UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm Ad Diversos Libri X.

Symmachus, Quintus Aurelius

Neapoli Nemetvm, MD CXVII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1363

Visual Library

T. Wopkens.

70145
Gewann

ex Bibl.ca D. Chriani

Q. AURELI

SYMMACHI

V.C.P.V. ET COS. ORD.

EPISTOLARVM

AD DIVERSOS

Libri X.

D2
559

Ex novâ recensione

JOH. PHILIPPI PAREI.

Accesserunt etiam ELECTA SYMMACHIANA, Cum Indice



UM IN ELBERFELD

NEAPOLI NEMETVM,
Impensis Joh. Caroli Vnckelij, Excudebat Heinricus Starckius.

∞ Io CXVII.

Q. AURELI SYMMACHI V.C.P.V. ET COS. ORD.

EPISTOLARVM AD DIVERSOS

Libri X.

Ex novâ recensione

JOH. PHILIPPI PAREI.

Accessit etiam ELECTA SYMMACHIANA, (cum indice)



NEAPOLI NEMETVM.

Impensis Joh. Caroli Vnckelij, Excudebat Heinricus Starckius.

∞ Io CXVII.

V. CL.

JACOBO GOTHOFREDO

In Regio PARLAMENTO Parisiensi Advocato

JOH. PHILIPPVS PAREVS

Salutem D.

ABVNDANTISSIMÈ gaudeo, CL. Gothofrede, assensûs ac iudicij vestri honore vadatus, cùm proximè ELECTA meæ PLAVTINA incomparabili tuo parenti inspicienda ac censenda offerrem. Ibi illicò adprobatorem eximium nactus, industriæ meæ cuicuimodi ipse blandum dedi applausum. Quis enim non gestiat in tanto calculo? Heraclitus Philosophus, attestante Symmacho nostro, summam laudis arbitrabatur, placere uni, si esset optimus, qui probaret. Nec verò hoc solùm animo meo volupe erat, complacitum studium nostrum tanto viro, velut alteri Scævolæ: verùm & in filij, patri

quàm similimi amorem illatebrasse. FELICITER! mi Gothofrede. Invitamentum primum tuum, ut me tenuit! Nec mihi requies ulla, donec ê loculamentis meis Musivis ἀντίδωρον tibi reperirem, quo largitatem tuam aliquomodo redhostire possem. Et inveni tandem scientiæ tuæ, hoc est, IVRIS, magnum Sacerdotem an Custodem, AVRELIVM SYMMACHVM, Præfectum Vrbis. EPISTOLAS illius, quòd me mirificè semper recrearet earumdem lectio, ante hos paucos annos cæpi cõparare cum Criticorũ huiusce ætatis omnium, quotquot eæ censoriam falcem expertæ fuerant, correctionibus. Illas tandem, ita uti vides, concinnavi ad promptitudinem legentium. Quid inibi præstiterim, cur me præcone utar? Conscientia laboris & fidei mihi scutum obtendet aduersum Livorem, qui omnibus bonis solet obstrepere. Quicquid agas, Livor, etsi non capit, tamen carpit. At nihil hodie solemnius in circo litteratorum, quàm invidâ æmulatione rectê sentientibus obicem figere bonæ atq; incontaminatæ voluntatis. Expertus id sum, cùm aliàs sæpé, tum vel maximè in castigatione huius præclari Authoris, cui utilem profectò operam multi clarissimæ memoriæ viri navarunt, quorum pieta-

pietatem, doctrinam, ac sapientiam ipse ego olim adolescens incoram suspexi, adoravi: & iuxtà mecum omnes boni. Quam verò gratiam, quæso te, retulerunt huius suæ erga Rempublicam litterariam φθυμίας, ab infaustis quibusdam æmulis? quibus aliud nihil agitur, nisi φροπηλακίζειν, καὶ τύπτειν τὸς περὶ τῶν ἀρετὴν γεγυμνασμένους. DI boni! quò evadent litteræ, si sic pergitur? Athenienses (memorat Plato in Euthyphr.) eruditionem ac doctrinam nemini invidebant, quoad sibi soli illam servaret: nec propalam ad alios propagaret. Quid aliud faciunt hodie Satagei nostri? Virtus ne moveatur. Nec tu mihi iccircò diutius premes THEODOSIANI CODICIS Primitias, post felicem successum Legg. XII. Tabb. in quîs quid in Iure Civili illustrando olim valeas, abundè Mystis eius sacrosanctis ostendisti. Ego post Electa Plautina elaborata, nunc in divino PLATONE vigilabo: nec non universali PANOPLIA Sapientiæ Humanæ, quam adorno, nisi me omnis ratio fallit, cum magno Reip. litterariæ commodo. Adsit Deus cæptis nostris, & Favor eruditorum! Vtrumq; tibi quoq; adprecor, teq; valere cupio, ô decus litterarum. Ex Museo meo. Kall. Aug. ∞ Iↄ CXVI.

Hunc suspicio.

Iuvidos & æmulos.

ELOGIA SYMMACHIANA.

MACROBIVS, AMBROSIVS, AVRELIVS, THEODOSIVS, LIB. V. SATVRNAL. CAP. I.

QVATUOR sunt, inquit Eusebius, genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur: breue, in quo Sallustius regnat: siccum, quod Frontoni adscribitur: pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo veterum minor, noster Symmachus luxuriatur.

AVRELIVS PRVDENTIVS Lib. I. contra Symmachum.

O Linguam miro verborum fonte fluentem,
Romani decus eloquij, cui cedat & ipse
Tullius, has fundit dives facundia gemmas!
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro,
Si mallet laudare Deum, cui sordida monstra
Prætulit, & liquidam temeravit crimine vocem.
Haud aliter, quàm si rostris quis tentet eburnis
Cœnosum versare solum, limòque madentes
Excolere aureolis si fortè ligonius ulnas,
Non vereor ne me nimiùm confidere quisquam
Arguat, ingenijque putet luctamen inire.
Sum memor ipse mei, satis & mea frivola novi.
Non ausim conferre pedem, nec spicula tanta
Indocilis fandi conjecta lacessere linguæ.
Illæsus maneat liber, excellénsque volumen
Obtineat partam dicendi fulmine famam.

Idem

Idem in præfatione lib. 2.

Sum planè temerarius,
Qui noctis mihi conscius
Quam vitæ in tenebris ago.
Pappim credere fluctibus
Tanti non timeam viri,
Quo nunc nemo disertior.
Exsultat, fremit, intonat,
Ventisque alloquij tumet,
Cui mersare facillimum est
Tractandæ indocilem ratis.

Et alio loco.

Talia principibus dicta interfantibus, ille
Prosequitur, magnisque tubâ concentibus instat.
Allegat morem veterum.

AMMIANUS MARCELLINUS LIB. 27.

SYMMACHUS Aproniano successit, inter præcipua nominandus exempla doctrinarum, atque modestiæ, quo instante Vrbs sacratissima otio copiisque abundantiùs solito fruebatur, & ambitioso ponte exultat atque firmissimo, quẽ condidit ipse, & magnâ civium lætitiâ dedicavit, ingratorum, vt res docuit apertissima: qui consumptis aliquot annis domum eius in Transtiberino tractu pulcherrimam incenderunt, eâ re perciti, quòd vilis quidam plebeius finxerat illum dixisse sine indicio ullo vel teste, libentiùs se vino proprio calcarias extincturum, quàm id venditurum precijs quibus sperabatur.

DIVUS PROSPER AQUITANICUS DE PROMISSIONIBUS DEI, PARTE 3.

CVI Symmachus ille, mirabili eloquio & scientiâ præditus, tamen paganus, præconio laudum in consistorio recitato, subtili arte, quâ valuit, Aram Victoriæ in Senatu restitui, Christiano, ut noverat, Principi intimavit. Quem statim à suis aspectibus pulsum in centesimo lapide rhedæ non stratæ impositum, eâ die manere præcepit.

CAIUS SOLLIUS APOLLINARIS SIDONIUS. LIB. I. EPIST. I.

QVINTI Symmachi rotunditatem, Caij Plinij disciplinam, maturitatémque vestigijs præsumptuosis insequuturus.

Idem lib. 8. Epist. 10.

INGENTES præconiorum titulos morib. meis applicas. Sed si pudoris nostri feciſſes vtcunque rationem, Symmachianum illud te cogitare par fuit. *Vt vera laus ornat, ita falsa castigat.*

Idem Sidonius ad Felicem Consulem.

SED ne tu mihi comparare tentes,
Quos multò minor ipse plus adoro,
Paulinum, Ampeliúmque, Symmachúmq;.

MAGNUS

MAGNUS AURELIUS CASSIODORUS LIB. VARIAR. II. EPIST. I.

DEINDE retinetis facundissimi Symmachi eximium dictum: Spectо feliciter virtutis ejus augmenta, qui differo laudare principia.

CASSIODORVS HISTOR. TRIPART. lib. 9. cap. 23.

DUM in Romanâ Vrbe Valentinianus & Theodosius morarentur, festivitates pro victoriâ celebrantes, tunc suam bonitatem circa Symmachum Exconsulem Theodosius Imperator ostendit. Is enim Symmachus inter Senatores præcipuus habebatur, eratq; Romani eloquij eruditione mirabilis, cuius multi quoque reperiuntur libri. Scripsit autem Maximi laudem, eámque recitavit: unde posteá reus esse maiestatis videbatur. Quamobrem mortem metuens, confugit in Ecclesiam. Verùm Imperator, cùm esset perfectissimæ Christianitatis, & non solùm suæ fidei sacerdotes honoraret, sed etiam Novatianos, qui proximè eius fidei decreta servarent, Leontio tunc Episcopo Romano Ecclesiæ Novatianorum rogante beneficium conferens, Symmachum absoluit à crimine. Cúmque veniam Symmachus meruisset, Apologeticum, id est, satisfactionalem librum ad Theodosium conscripsit Imperatorem. *Hactenus. Quæ etiam extant apud Sozo-*

menum Hist. Eccles. lib. 5. cap. 14. & Nicephor. lib. 12. cap. 21.

VERSUS ENNODI TICINENSIS, DE Epistola Ambrosii contra Symmachum, super ara Victoriæ, quando petens cultum ipsius, victus est Symmachus.

Dicendi palmam Victoria tollit amico.
Transit ad Ambrosium, plus fauet ira Deæ.

SIGEBERTUS GEMBLACENSIS in Chronico sub Anno Domini 407.

RAdaisus Scytha, cum ducentis millibus Gothorum à Scythiâ veniens, Italiam invadit. Ex hoc murmur multorum blasphemantium infremit in Christum. Christianitatis tempora culpantes, felicitatem attollunt: inter quos præcipuè Symmachus Orator furebat, qui etiam scriptis & epistolis suis agebat de idololatriâ, & de repetendâ Arâ Victoriæ. Quorum latrantium ora iniecto eis veritatis osse obstruxerunt, Augustinus libro de Civitate Dei, & Orosius historiâ suâ. Prudentius quoque Poëta luculento metrici operis libello blasphemias Symmachi refellit.

AUTHOR ANTICLAUDIANI, quem quidam Alanum esse volunt.

SYMMACHV S in verbis parcus, sed mente profundus:
Prodigus in sensu, verbis angustus: abundans
Mente, sed ore minor: fructu non fronte beatus,
Sensus divitias verbi brevitate coarctat.

IOAN-

IOANNES CVSPINIANVS IN Commentario Consulum.

Q. Symmachus, vir Consularis, & Vrbi Præfectus eloquentissimus & doctissimus, Ausonij frater: qui causſam gentilium Deorum luculentissimâ oratione defendit apud Theodosium & Valentinianum Imperatores, quæ oratio libro quinto epistolarum inseritur. Contra quam ardentissimè scripsit D. Ambrosius, & Aurelius Prudentius, qui circa hęc tempora floruit, duob⁹ elegantissimis libris, versu Heroico. Scripsit autem EPISTOLAS quoq; familiares elegantissimas, miræ brevitatis ac rotunditatis, Ciceronis Academiæ primus accola: quæ pro Caroli & Casparini epistolis certe sunt junioribus legendæ, & quas nostri seculi duo clarissima lumina Pomponius Lætus, & Angelus Politianus mirè laudarunt. Habent enim elegantiam concinnam cum brevitate amabili, & huius tẽporis gesta nonnulla explicant. Lege, Lector, & lætaberis.

JACOBUS LECTIUS.

FVit Symmacho vera facundia, solers ingeniũ & acutum, par sententiarum gravitas & venustas: si verba respicias, brevitas grata: sin altius sensum investigas, prolixa & multiplex eruditio. Adde sapientiæ civilis solidam, atq; abstrusam cognitionem. Adde raram sub Imperatoribus sanctimoniam morum, & Romanam in Jure suggerendo libertatem.

IOH.

IOH. IACOMOTTVS.

CUI thymus eloquij, brevitas cui docta, gravis cui
Sententiarum dignitas,
Principibus cui digna viris prudentia rerum,
Et felle non tincti sales,
Cui Themidos Latiæ decreta verenda placebunt,
Vigorque sollers, Huc ades.

CASPAR BARTHIUS.

DICI non potest, quanti merito suo æstimandæ sint Symmachi Epistolæ. Non sane ob accuratam illam, & maxime ei generi scriptionis aptam brevitatem solùm, sed propter sententias politicas tales, atque eâ copiâ, ut vel inde prudens aliquis Reipublicæ, cum gloriâ & emolumento administrandæ, usum discere possit. Nulla ex ijs est, quæ non spiret Genium quempiã, viri in reb. Egregij publici procurandis exercitati: nulla Epistola est, quæ non integrum dogma Politici alicuius Syntagmatis propagare queat.

FINIS ELOGIORUM SYMMACH.

Q. AVRELI SYMMACHI V. C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARVM

LIBER I. *

* Editus post eius obitū à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

SYMMACHUS PATRI SUO

NE MIHI VITIO VERtatur intermissio litteratum, malo esse promptus officij, quàm longâ expectatione vicissitudinis *a* desidêre: tum quòd parentibus, non ad lancem, neque ad dimensum verba tribuenda sunt. Iniurius videar, si summo vobiscum jure contendam. Nam præter æquum *b* censet, qui inter dispares obsequium par *c* requirit. Itaque sermo vester ex beneficio proficiscitur, noster ex debito. Hæc me, atque alia huiusmodi oppidò perpulerunt, scribendi munus *d* insuper non habere. Nunc vobis actuum nostrorum ordo pandendus est. libet enim non minus otij, quàm negotij præstare rationem. Baulos Lucrinâ sede mutavimus: non quòd eius diversorij *e* satias cæperit nos, quod, cùm diutius visitur, plus amatur: sed quòd metus fuit, ne si Baulorum *f* mihi inolevisset affectio, cætera, quæ visenda sunt, displicerent. Ibi Acyndino conditori, *g* ejusque maiori-

a *Sic leg. ex Ms. Pith. ut infra ep. 3. & ep. 6.*

b *Sic vet. cod.*

c *Sic vet. cod.*

d *vide Ind.*

e *vide Ind.*

f *Sic vulg.*

g *Ita Ed. Mog. ex Ms. Gif.*

Barth. adv. XXX. 6.

maioribus *a* ἐμμετρα verba *b* libavi, & picturæ licentiam, quæ vestitum disparem singulis tribuit, in rationem coëgi. Protelarem te paululùm, nîvererer, ne dilatione expectatio *c* minuatur. Quare elaboratam *d* soloci filo accipe cantilenam.

Attica palla tegit socerum, toga picta parentem.
Præfuit e ille sacris: hic dixit iura Quiriti.
At mihi castrensem quòd mordet fibula vestem,
Aurora in populis Regum Pratoria rexi.
Sed fasces f pictura tacet; tu respice fastos.

Scio te simul atque hæc legeris, actutùm poëtica plectra moturum. Nullus faceris, ne mei periculo gloriere. Ego te nostri vatis exemplo quasi quadam lege convenio. Liceat inter olores canoros, anserem strepere. Silentium mihi, nisi præstiteris, *g* imperabis. Quàm nihil abs te metuam, vis probare? En tibi *h* aliud alucinationis meæ prodo secretum, adhuc sollicitus de priore. Audi versus ad Baulorum historiam pertinentes.

Huc Deus Alcides stabulanda armenta coegit,
Eruta tergemini de lare Gerionis.
Inde recens ætas corrupta Boalia Baulos
Nuncupat, occulto nominis indicio.
Ab Divo adproceres i dominos Fortuna cucurrit,
Fama loci obscuros ne pateretur heros.
Hanc celebravit opum felix Hortensius aulam,
Contra Arpinatem qui stetit eloquio.
Hic Consul clarum produxit Acyndinus ævum,
Quique dedit leges Orfitus Æneadis.
Hos inter iuvenale decus, sed honore senili,
Bisseno celsus, Symmache, fasce cluis.
Sed te Baulorum necdum lenta otia quarunt;
Cura habeat iuvenem publica pervigilem.

Nempe, derides, quòd de me aliqua iusto indulgentiùs prædicavi? Est hæc vera & digna reprehensio. Omnis quippe ostentatio non caret suspicione mendacij: quia quicquid assumitur, proprium non putatur.

a *Sic quoq; ex Ms. Gif. corrigendum. vide Indicem.*
b *Sic vet cod.*
c *Ita ad sensũ Grut.*
d *Sic Mss. Gif. Fuld. Vatic. vide Ind.*
e *Sic vet. cod. Al* sophis.
f *Ita vet. ed. Gelenij.*
g *Sic Ms. Gif. & Fuld.*
h *Aliud carmen, quo alucinans & dubitans Baulorum historiã complexus sum.*
i *Al.* dominans Fort. *h. e. Imperium.*

tur. *a* Dehinc quòd iactantia avara laudis multum decoquit de pudore. Possem dicere, (si quis irrepserit externus auditor) *b* meos esse versiculos: efficerè utiq; ut verecundiæ ignoscat, si esset ab altero profecta laudatio. Sed video opusculum non esse pœnitendum. Ita res crepera atque anceps dubium me habet, verecundiæ præmetuendum sit discrimen an gloriæ. Tibi igitur, qui prudentiâ cæteris *c* antistas, optationis huius delego provinciam. Quid facto usus siet, ipse videris. Ego & infantiæ *d* & impudentiæ meæ Patrem conscium non impudenter elegi. Vale.

a *Ita ex vulg. leg. vide Ind.*
b *Sic Ven. Bene.*
c *Vide Ind.*
d *Sic Iur. ea v. c.*

EPIST. II.

PATER SYMMACHO.

HOC *est munus, quo se nō sola possit jactare Campania; sed* e *praterea Roma aut Athenis in Græcum loquendi honorem huiusmodi lingua vertatur. Quid enim concinnius epistolâ tuâ, quam nuper accepi? Quid versuum admixtione iucundius? Verè dicam tibi, plura legere volentibus celeriter terminata est.* f *Quod utinam sensus aliquis eorum superstit! quorum imaginibus præscripta videmus epigrammata. Facile laudabunt tales successores laborum suorum, qui pictura nitorem pulchrioribus versibus* g *illuminarint. Et ego igitur gratulor non magis ostreis,* & h *peloridibus abdomen, quàm pectus eloquio tibi esse satiatum. Et quoniam pudorem meum ipse ordiendo solvisti, a nobis quoque accipe bonorum ætatis meæ exarata nuper elogia. Nam quia nihil est quod* i *agam, &, si nihil agā, subit me malorum meorum misera recordatio: inueni quod illis libellis, quos nuper* k *dictaveram, possimus adiicere. Scis Terentium,* l non Comicum, sed *Reatinum illum Romana eruditionis parentem, hebdomadon libros epigrammatum adiectione condiisse. Illud nos, si fors tulerit, conamur imitari. Sed quæ prima* m *compegi, interim pauca misi, obtestatus te per Deum, vt si quid in his displicebit, emendes. Quod mihi pudendum non est. Nam si quid ex te placuerit, mea laus est, nec vito* n *consortium, in quo talem non erubesco* o *censorem.*

e *Ita leg. Ven. optimè.*
f *Vide Ind.*
g *Sic Rittersh. ex Mss.*
h *Vide Ind.*
i *Ita Sciop. ex Mss. Fuld. & Gif.*
k *Sic Ms. Fuld.*
l *Hæc de glossâ videntur. Intelligitur enim M Terentius Varro Atacinus: sive etiā Reatinus.*
m *Sic Fuld.*
h e. compo-sui. *Posset tamen legi* condidi: *vt infra Ep. 3* nunc nuper condis epigrāmata.
n *Sic omnes Mss.*
o *Ita recte Lect.*

AR A-

* ARCADIUS RUFINUS.

PRINCEPS *ingenio, fortuna munere princeps*
Ætatis Rufine tua, cui prospera cuiq;
a *Tristitiam tumidis aquat gloria rebus.*
Vnus amor cunctis, & præsidium trepidorum.
Principibus b *quorum viguisti tempore, doctus*
Aut calcaria ferre bonis, aut frena tyrannis.

VALERIUS PROCULUS.

CUM *primis* * *quos non oneravit gloria Patrum*
Ponemus Proculum, vitæ morumq; decorem,
Haud unquam indignum magnorum Poplicolarum.
Olli semper amor veri, & constantia, simplex
Cœlicolûm cultus. non illum spernere posses,
Et quanquam c *reverendus erit, non deinde timebis.*

ANICIUS JULIANUS.

CUIUS *opes, aut nobilitas, aut tanta potestas,*
Cedenti cui non d *præluxit Anicius unus?*
Ater ab ingenio, cunctisq; adcommodus idem.
Hic & carus erat; conferre, iuvare paratus:
Nam dives, tum celsus honoribus, attamen illis
Grandior, e *æternam complebat nomine Romam.*

PETRONIUS PROBIANUS.

JACTET *se Fortuna aliis,* f *quòd iudice nullo*
Lucem g *ad Romuleam sua sola licentia vexit.*
Te, Probiane, pudor, te felix gratia, teque
Italа simplicitas morum, & solertia iuvit.
Quocirca h *adsiduus Augustis notus & hospes*
Præmia magnorum tetulisti dignus honorum.

VERINUS.

VIRTUTEM, *Verine, tuam plus mirer in armis,*
Eoos Dux Armenios cùm cæde domares?
An magis eloquium, morum vitæq; leporem?
Et (i *nisi in officiis, quotiens tibi publica cura*)
Quâd vitam innocuis tenuisti latus in arvis.
Nullum vltra est virtutis opus. nam si esset, haberes.

* * * * *

Octoginta

* *Sic Inscript. vett. vulgo* Arcadius.

a *Ita Pfiugius & Ms. Fuld.* Res prosperę & tumidę *opponuntur.*

b *Ita Sciop. & Lect. Al.* quìvis: *h. e. quovis. vulgo enim,* quibus

* *h. e. qui tuëtur propriâ virtute gloriâ Patrum.*

c *Sic versum & sensum iuvat Lect. & consentiunt panè Mss. oës. Alij* erat: *& timeres.*

d *Sic Sciop. Iur. Mss. Fuld. & Gif.* Annius *vel* Amnius.

e *Ita Sciop.*

f *Al.* quot *h. e. quotquot.*

g *h. e. magistratus in vrbe Romulâ.*

h *Sic rectè Sciop. h. e. amicus.*

i *An hoc miser, quod semper ruri innocenter vixeris, nisi si esses cũ officio, & magistratum geteres.*

*Octoginta personis nescio an solus occurram. Et ideò in socerum, atq;, avunculum nostros tibi delegamus epigrammata. Nam & Varronis libri diversis notantur auctoribus.

* *Ista, ut & tota Ep. in Ms. Gif. sic sequuntur.*

EPIST. III.

SYMMACHVS PATRI.

SVMMA afficior gratiâ, quòd animadverto litteras meas tibi insubidas non videri: & *a* in gravi dono habeo, hanc apud vos esse de nostris epistolis censionem. Laudari quippe ab laudato viro rara est *b* merces ingenij; Verùm vt hoc mihi lætitiæ fuit: ita illud ludificandi gratiâ opinor adjectum, si quid in tuis versibus sordu isset, id vt mei styli cura limaret. Næ ego sum stultus ac nihili, *c* si os sublinitum mihi esse non sentio. Quid enim corrigi vel à me potest, vel in te fas est? Vnus ætate nostrâ monetam latiaris eloquij Tullianâ incude finxisti. Quicquid in poëtis lepidũ, apud oratores graue, in annalibus fidele, inter grammaticos eruditum fuit, solus hausisti, iustus hæres veterum litterarum. Ne mihi verba dederis. Novi ego quid valeat adagio: SVS MINERVAM. Apprimè calles epicam disciplinam, non minus pedestrem *d* lituum doctus inflare. Ain tandem? orandi æquè magnus & canendi, *e* meæn' te opis indigũm mentiare? Haud æquum facis: neque me juvat falsa jactatio. Interea si nobis vacuas aures utendas datis, dicam quid diebus superioribus egerimus. Baijs remotis arbitris otiabar. Eò postquam rumor allatus est terræ filios convenire; oppidò *f* cavimus, ne sobriam solitudinem nostram *g* sodalitas plebeia fuscaret. Ac primò Neapolim, dehinc brevi intervallo Beneventum me recepi. Ibi summo *h* cultu omnium plausuq; susceptus, tanto honore celebrabar, ut jam grauarer officijs. Sedulitas enim, quæ non compensatur, onerosa est. Et urbs cùm maxima sit, singuli ejus optimates

a *Sic omnino rectè legit Lect. vide inf. l. 6. Ep. 3. & lib. 3. Ep. 44.*
b *In Mss. legitur* melsis.
c *Sic Ms. Fuld vide Ind.*
d *Ita Carri. & Sciop.*
e *Ita Ms. Fuld. & Carrio.*
f *Ita Ms. Fuld.*
g *Sic Ms. Fuld. & Mercerus.*
h *Ita Carr. & Mss. Fuld. & Gif. Lect.*

visi sunt mihi vrbe maiores, *a* amantes litterarum, morumque mirabiles. Deum magna pars veneratur. Privatam pecuniam pro civitatis ornatu certatim fatigant. Nam postquam terra movit, nihil *b* pene illis reliqui factum est. Sed fractæ opes infractos animos repererunt. Pro se quisque operam boni civis affectat. Nox diei iungitur ad laborem. Vnde nobis summa cura fuit, abire ocius, quàm volebam, ne aut mihi *c* diu dediti ab opere *d* desiderent: aut eos occupatio geminata distenderet. Itaque Baianum sinum *e* rursus accessi. Nam Baiæ id temporis jam silebant. Hinc vos munere salutationis impertio, doque nuntium, propere nos, *f* Deo volente, esse redituros. Fors *g* fuat huiusce promissi. Vestra tamen indulgentia affatum sæpe tribuat, quasi diutius *h* abfuturis. Vale.

a *Sic Carrio.*
b *Ita Carrio & Sciop.*
c *Sic Carr.*
d *Sic leg. cum Lect. Sciop.*
e *Sic Ms. Fuld. & Carr.*
f *Sic Mss.*
g *Sic ijdem.*
h *Sic leg. cum Lect.* h. e. *Forte ad vos brevi revertemur. Sed videte, ne segniores hæc spes vestra, aut promissio mea vos faciat, quin ad me, perinde ac si diu sim abfuturus, sæpe scribatis.*

EPIST. IV.

SYMMACHVS PATRI.

STVDIVM quidem *i* Menippei Varronis imitaris, sed vincis ingenium. Nam quæ in nostrates viros nunc nuper condis epigrammata, puto hebdomadων elogiis prænitere; quòd hæc æquè sobria, nec tamen *k* casca sunt. Illa bono metallo cusa, *l* torno exigi nescierunt: Et duriorem materiem, nisi fallor, *m* adniteris. Ille Pythagoram, qui animas in æternitatem primus asseruit: Ille Platonem, qui Deos esse persuasit: Ille Aristotelem, qui naturam bene loquendi in artem redegit: Ille pauperem Curium, sed diuitibus imperantem: Ille Severos Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum, totumque illum triumphalem Senatum *n* parcâ laude perstrinxit. Tu *o* ruinam proximæ ætatis illuminas. Difficile *p* factu est, ut honor angustis rebus addatur. Me quoq; iubes versibus tuis nonnulla subnectere. Haud ita Flaccus tuus præcepit in illis poëticæ artis Edictis; quorum hoc meminisse principium, ne *humano capiti cervix equina* iungatur. Malo itaque tibi contumaciâ negati officii, *q* quàm

i *Sic ex Ms Gif & Fuld. leg.*
k *Ita ex Ms. Gifan. Sciop.*
l *Sic ex vestigijs Ms. Sciop.* h. e. *perpoliri torno, seu instrumento, quo rotunda cælari solet vid Ind.*
m *Ita Sc ex Mss* h e *conaris polire.*
n *Sic Sciop. Lect.*
o *Ita Iur. ex Ms. Pith.*
p *Sic rectè emendatum.*
q *Ita Lect.*
r *Sic Lect.*

Castrata Barth. adv. XXX. 8.

quàm mihi imprudentiâ promissi operis displicere. Plura de hoc coram loquemur, quando hanc epistolam sequi paramus, aut consequi. Tu cœpta perage, & tam solertis *a* eloquij esto munificus. Ego tibi ut linguæ obsequia nego, ita aurium commodabo. Vale.

a *Sic Lect. & Scrip.*

EPIST. V.

SYMMACHVS PATRI.

NEQVICQVAM taciturnitatis incessimur, quibus summa cautio est officij prosequendi, ferè ut nulla fuerit statio tot locorum, in quâ huius muneris ferias egerimus. *b* Sed sanè iuvat animũ pia sermonis exactio. Dulcis est enim querela, quæ nascitur ex indulgentiâ. Vos modò facilè noueritis, hanc *c* expostulationem magis esse religiosam, quàm justam. Interea-loci de Præneſtinâ secessione siluisti, cuius mihi fama fecit indicium. Quàm vellem deliciis vestris improuisus *d* obrepere! Licèt Campaniæ amœna præniteant; mihi tamen esset accommodatiùs, agitare vobiscum, & spiraculis regionis illius æstivam flagrantiam temperare. *e* Sed res familiaris inclinat. Ea nobis usquequaque visenda est, non ut quæstuum summa diteſcat, sed vt spes agri voluntariis dispendiis fulciatur. Namque hic vsus venit in nostram ætatem, vt rus, quod solebat alere, nunc alatur. Verùm hæc missa facio, ne salutatio in querelam versa, minuat *f* officii voluptatem. Date operam bonæ valetudini, & alloquio crebriori: quod cùm petimus, sedulò pollicemur. Vale.

b *Ita Lect.*

c *Sic Lect.*

d *Ita Mss.*

e *Ita Ms.*

f *Sic v.c.*

EPIST. VI.

SYMMACHVS PATRI.

SOLENT impatientes dilationis esse, qui sperant in se aliquid muneris conferendum. Hoc verò à vobis recens ortum videmus, vt suarum rerum munifici moram non ferant largiendi. Nunc nuper ad vos prædium lege venit, cuius me iure donastis. Cucurrit

quæstus vester in meum commodum, & meliore voto fortunam estis imitati. Nam quod ex *a* propinquæ bonis cum mœstitiâ sumpseratis, cum lætitiâ tradidistis. Quid, quòd hanc liberalitatem cumulastis amplissimo testimonio? Cuius ego honestamentum præopto muneribus. Nam qui opibus inlaudatus iuvatur, necessarium magis donum, quàm iustum præmium videtur adipisci. Igitur judicio vestro ago, atque habeo gratias, quantæ sunt maximæ, quòd mihi honorem utrumque feciſtis; & Deos precor, ut datis in commune omnes longum fruamur, sintque ex nobis, quibus Ostiense prædium nostro judicio, vestro tradamus exemplo. Vale.

a *Sic leg. Lect.*

EPIST. VII.

SYMMACHVS PATRI.

BONO animo sumus, cùm viam promiſſi memores inchoastis. Nunc properato opus est, ut dum *b* anni tempus calet, Autumni bona raptim fruamur. His quippe mensibus Campania nitet agri vbere, & arbusti honore. Baiæ imbre raro, Sole modico temperantur, mensæ ab *c* edilibus copiosæ sunt, quibus tu amicorum catervas minaris. Sed mihi honestæ multitudinis nulla *d* vitatio est. Et si bis tanto plures, quàm scribis, affuerint, bonam *e* frugem feceris. Non deerit, quo famem *f* pellant. Nam comitibus vestris *g* utpote sobrijs, *h* cædundæ saginæ cura posterior est. Quousque longum loquor? Mitto verba, rem flagito. Occasionem *i* arripere prudentis est. Si quid *k* dilatione itineris adimitur, morâ otij rependetur. Vale.

b *Sic Ms. Pith.*
c *Sic omnes membranæ: & Sciop.*
d *Sic Ms. Sciop. Lect.*
e *Vide Ind.*
f *Sic rectè Iur. & Sciop.*
g *Ita supplēdum ex Ms. Gif & Pith.*
h h.e. *Implēda, tendenda. vide Ind.*
i *Ita corrigendum.*
k *Sic probam lectionem censeo ex Mss. vestigijs.*

EPIST. VIII.

SYMMACHVS PATRI.

IAMDVDVM *l* vestri cupiunt Lucrina tacita, & liquida Baiana, & Puteoli adhuc celebres, & Bauli magnum silentes. Vos apud Coram rusticam, vel apud steriles Formias desidetis. Tandem si operæ est, con-

l h.e. *vestri cupidi sunt. Sic ex Ms. emendat Sciop. & probat Lectius.*

tendit

tendite viam, & meliora terrarum animaduertite, ubi altè turbis quieſcitur, ubi fruendis ferijs nullus eſt modus.

Vbi corniger Lyæus
Operit a ſuperna vite,
Vulcanus æſtuoſis
Medium coquit cavernis,
Tenet jam piſce multo
Thetis, & Baiæ ſorores:
Calet vnda, friget æthra,
Simul innatat choreis
b *Amathuſium renidens,*
Salis arbitra, & vaporis
Flos ſyderum Dione.

a *Sic Iur. ed. Al.* Op ſup. Brutl: *ſcil. agri. Al.* ſup. guttur.

b *Sic rectè retinetur.*

Num vobis videor quaſi multæ luxuriæ ebrius, c mētis inſipere, atque adeò in poëtas nomen dediſſe? Nihil moror d hanc litteraturam: loci potius, quàm ingenij mei munus exercui. Sed ſi invitantia loquor, gradum tollite, ut & vos ſitis læti præſentium, & nobis e potiundi, quæ volumus, fortuna ſuccedat. Vale.

c *Ita ex Ms. Giſan. corrigit Sciop.*

d *Sic Ms. Fuld. & Lect.*

e *Ita rectè Sciop.*

EPIST. IX.

SYMMACHVS PATRI.

IN metu fuimus, ne vos imber f inhiberet. Sed verum eſt illud, quod poëta noſter ſcriptum reliquit, iter durum viciſſe pietatem. Quare adventum veſtri in diem placitam præſtolamur. Dij modò auctores ſint, ut quæ animo deſtinatis, nullis cauſationibus obſtrepantur. Vale.

f *Sic omnes codd.*

EPIST. X.

SYMMACHVS PATRI.

HANCINE mihi eſſe fortunam, vt quoquo verſum pedem gradumque contulero, exædificandum aliquid offeratur? velut me nunc Capuani g Prætorij inſtauratio in graves cogit expenſas: cuius pars fatiſcit incuriâ, pars neglegenti dudum celeritate re-

g *Vide Ind.*

parata *a* indecorum & imbecillum præstat habitaculum. His nisi properata cura subvenerit, aut pecuniæ postea dispendium cumulabitur, aut ruinæ. Nam quisquis hæc opera intermittit, amittit. Quare animus est, amoliri ædium senectutem. Ita desiderato & expetito ocio ad negocium *b* concessimus sumptuosum. Quid rerum geramus, audistis. Facite vicissim vestræ salutis atque actuum prospera nouerimus: ut hoc paucillum tempus, quod in Campania *c* paramus absumere, sine *d* offensâ vestri silentij transigamus. Vale.

a *Sic ex Mss. Pith. & Gif. coniungi hæc possunt.*

b *Sic Ms. Gif.*

c *Ita Ms. Gif.*

d *Sic Ms. Pith.*

EPIST. XI.

SYMMACHVS PATRI.

CVM iam filiæ *e* nostræ dies natalis appeteret, commodùm aderant, quæ muneri miseratis Ea nobis in *f* commune quàm cara & gravia fuere. Nam si quid in absentes *g* benè consulas, impensu maiore gaudetur. Illicò *h* amplexi litteras, quæ prosequebantur oblata, in expectatione esse cœpimus, *i* quam mox vobis capessendum iter Appiæ scriberetis. Nihil horum pagina nunciabat. Percontor tabellariũ, num constantiam decreti rerum subita turbassent. ait sententiam nihil claudicare, sed placita differri, *k* donec cunctatio Formiana multâ fruge, & aliis hoc genus in vsum necessariis instruatur. Tunc mihi animus ab ægritudine remigravit. Do fidem nihil herili mensæ, nihil servitiis, aut pecori defuturum. Ne mihi sit dicti huius post hac negatio, en vobis chirographi instar litteras. Sponsionem stipulat affectio. *l* neque enim patiar decipi, quos opto complecti. Vale.

e *Ita Lect.*

f *Sic v. cod.*

g *Bene sic Ms.*

h *Sic optimè Ms. Cuiac.*

i *Ita Sciop.*

k *Sic Ms. Pith.*

l *Ita Ms. Cuiac.*

EPIST. XII.

SYMMACHVS PATRI.

CENSORVM notio fuit *m* spectare opera, quę locassent. Hoc me negocium curare voluisti. Mos gestus imperatis; vel quòd tibi dicto audiens esse debui,

m *Ita supplent Mss.*

bui, vel quòd studio meo congruere mandatum munus agnovi. Habe igitur quantum in ædibus nostra cura promoverit. Scalis suppactus est honor marmoris: superiora conclavia crustis teguntur, eâ operis levitate, vt compago *a* solidum mentiatur. Columnas nihilo amplius mercatus es, *b* quàm si tibi muneri contigissent. Eas bithino lapide cæsas, si bene oculis utor, existimo. Hactenus est, quod scire debueris. Deinceps tantum adjiciemus cognitioni tuæ, *c* quantum ædificationi viderimus accedere. Vale.

a *Sic editur Sciop. ex Ms.*

b *Ita hæc tota periodus restituenda ex Ms. Cuiac*

c *Sic idem Ms. Cuiac.*

EPIST. XIII.

SYMMACHVS AVSONIO.

SOLET facundæ esse *d* lætitiæ, & angustias claustri pectoris aspernata gestire. Tibi, amice, stribendi oblivionem peperit res secunda. Id mihi imitationi esse non potuit, quem Domini nostri Gratiani cœlestis oratio bonæ spei & hilaritatis implevit. Vltrò igitur alloqui residem non peperci, vel officij, vel gaudij mei gratiâ: quorum alterum familiaritas nostra, alterum felicitas publica suggerebat. Nunc si *e* operæ est, utendum mihi tantisper animum fac remittas. Primores *f* Kalendæ Januarijs appetebant. Frequens Senatus *g* maturimè in Curiam veneramus, priusquâ manifestus dies creperum noctis absolveret, fortè rumor allatus est sermonem desiderati Principis multâ nocte venisse, & erat verum. Nam tabellarius vigiliarum fessus adstabat. Nondum cœlo albente concurritur luminibus accensis, noui seculi fata recitantur. Quid multa? lucem, quam adhuc opperiebamur, accipimus. Dic mihi inquies: (nam id præstat audire) quid nostri Patres super eâ oratione senserunt? Rerum tibi natura respondeat, quibus suffragijs exoptata pietas audiatur. Novimus bona nostra complecti. Si credis, etiamnum illius gaudij mei quandam patior eruditatem. *h* Bonus Nerva, Trajanus strenuus, Antonius

d *Sic omnia integrè supplentur ex Ms. Cuiac.*

e *Ita cum Mercero legẽdum.*

f *Sic optimè in Ms. Cuiac.*

g *Sic assentior Grut. & Lect.*

h *Ita totum hunc locum ex Ms. restituit Ed. Mog.*

pius, innocens Marcus *a* plenis officij temporibus adjuti sunt, quæ tunc mores alios nesciebant. Hic in laude est natura Principis, *b* ibi priscæ munus ætatis. Cur verso ordine ista optimarum artium putemus exempla, & illa de sæculo priore vestigia? *c* Vetus officium suum fortuna tuetur, & has saltim Romano nomini velit servare *d* delicias. Nullo fascino felicitas publica mordeatur. Audisti omnia, sed summotenùs ore libata. Monumenta Curiæ nostræ pleniùs tecum loquentur. Ubi cùm plura rescripta tepereris; æstima, quanto uberiora unius mens optaverit, *e* quàm plausus effuderit. Vale.

a *Idem sic legit. c. quæ faciebant omnia officiosissimè, ut decebat, nec alios mores sciebant.*

b *Sic supplendum ex Ms. Cuiac.*

c *Ita leg. ex Ms. I Vovv.*

d *Sic vetus cod.*

e *Ita Sciop. ex Grut. & Lect.*

EPIST. XIV.

SYMMACHUS AUSONIO.

PETIS à me litteras longiores. Est hoc in nos veri amoris indicium. Sed ego qui sum paupertini ingenij mei *f* mihi conscius, Laconicæ malo studere brevitati, quàm multijugis paginis infantiæ maciem publicare. Nec mirum si eloquij nostri vena tenuata est; quam dudum neque ullius poëmatis tui, neque pedestrium voluminum lectione juvisti. Unde igitur sermonis mei largam poscis usuram, qui nihil litterati fœnoris credisti? Volitat tuus Mosella per manus sinusque multorum, *g* divinis à te versibus consecratus: sed tantùm nostra ora *h* prælabitur. Cur me istius libelli, quæso, exsortem esse voluisti? aut ἄμουσος tibi videbar, qui dijudicare non possem; aut certè malignus, qui laudare nescirem. Itaque vel ingenio meo plurimùm, vel moribus, derogasti. *i* Ego tamen contra interdictum tuum vix ad illius operis arcana perveni. Velim reticere, quid sentiam, velim de te justo silentio vindicari: sed admiratio scriptorum, sensum frangit injuriæ. Novi enim istum fluvium, cùm æternorum Principum jam pridem signa comitarer, parem multis, imparem maximis. Nunc improviso clarorum versu-

f *Ita addit Ms. Cuiac.*

g *Auson. Idyll. 10.*

h *Sic Ms. Cuiac.*

i *Ita Ms. Cuiac. & VVovv.*

versuum dignitate *a* Ægyptio Melone majorem, frigidiorem Scythico Tanai, clarioremque hoc nostro populari Fucino reddidisti. Nequaquam tibi crederem, *b* de Mosellæ ortu ac meatu magna narranti, nisi certò scirem, quod nec in poëmate mentiaris. Unde illa amnicorum piscium examina reperisti? quàm nominibus varia, tam coloribus; ut magnitudine distantia, sic sapore; quæ pigmentis istius carminis supra naturæ dona fucasti. Atqui in tuis mensis sæpè versatus, cùm pleràque alia, quæ tunc in prætorio erant, esui objecta mirarer; nunquam hoc genus piscium deprehendi. Quando hi pisces in libro tibi nati sunt, qui in ferculis non fuerunt? Iocari me putas, atque agere nugas? Ita me *c* Diis probabilem præstem! ut ego tuum carmen libris Maronis adjungo. Sed jam desinam mei oblitus doloris, inhærere laudibus tuis, ne hoc quoque ad gloriam tuam accedat, quòd te miramur offensi. Spargas licet volumina, & me semper excipias, fruemur tamen tuo opere, sed aliorum benignitate. Vale.

a *Sic Ms. Fuld. Berth. & Cuiac.*

b *Ita Ms. Cuiac.*

c *Sic ex Ms. Cui emendãdum cum Lectio. Cassic:* Ita me Di dominis prob. præstent! *Sed prior lectio ex Ms. pferenda est.*

EPIST. XV.

SYMMACHUS AUSONIO.

PÆNE evenerat, ut tecum succinctâ brevitate loqueremur, quoniam deerant digna memoratu: & in defectu rerum, nihil opus est indulgere verbis. Sed tempestivè Palladij Rhetoris nostri declamatio auxit paginam. Ea complacita summatibus litterarum, clam te esse non debuit. Itaque cùm & meo officio, & tuo studio talis relatio conveniret; vix soluto cœtu, necdum *d* eventilatam auditionis meæ fidem judicio calente dictavi. Movit novus Athenæi hospes Latiare concilium, divisionis arte, inventionum copiâ, gravitate sensuum, luce verborum. Opinione meâ dico: tam probus est oratione, quàm moribus. Tunc nostrates viri, qui inter se aliarum rerum *f* sæpè dissentiunt,

d *Ita ex Ms. Verd. ex Pith. leg. Lect.*

e *Sic retinendum.* φιλοτιμίαις. scil. causâ.

sentiunt, concordem sententiam super hujus laude tenuerunt. Credo planè, nec fides cassa est, Rhetorum hanc esse prosapiam. *a* Nam plenum ingenio pectus noscitur. Nec solus vultus, aut colos, asserit posteros in honorem parentum. Certiores habet natura vindicias benè sentiendi, ac benè loquendi. Gignuntur non scribuntur hæredes. Quod alij docentur, hic natus est. Hæc apud te, mi domine, silenda non credidi; & quòd præ tui amore nihil habeo pensi; & quòd vicissim, quanti à te, fiam nunquam me pœnitet. *b* Quod Palladio factum volo, ne lateant honesta prolatu. Cura ut valeas; & quoniam tibi facultas scribendi præstò est, adhibe voluntatem. Vale.

a *Sic vulgata lectio retineri potest bono sensu.*

b *Nihil hoc mutandum.*

EPIST. XVI.

SYMMACHUS AUSONIO.

SÆPE unanimitatis tuæ sermone convenior, ut de acceptis litteris, quas ad me curâ propensiore misisti, vel scribam; quibus ego, *c* ut quæquæ redditæ sunt, actutùm pari religione respondi: quia neque rescriptorum ratio, neque amoris vicissitudo sinebat diutiùs desidêre. Nunc quoque agere me *d* atque habere gratias protestor, quòd prospera nunciorum clâ me esse non pateris. Hæc & *e* alia prioribus quoque litteris tecum fueram collocutus. Sed si te tabellarij sermonis mei compotem reddiderunt, congesta non onerant. Malo quippe aures tuas iterando obtundere, quàm fraudare reticendo. Fratris mei Hesperij honore exsulto, taciturnitate convulneror. Nam si me sui amantem usu rerum probavit, scriptis famam decuit prævenire, quæ diu incerta fluxam fidem gaudiis exhibebat. Ipse igitur nuntius communis boni esse debuerat, ut epistolæ assertio nihil relinqueret opinionis ambiguo. Sed dicis, eum pudore præstrictum, successum suorum vitasse jactantiam. Quisquàmne, cùm de se apud seipsum loquitur, erubescit? Quid quòd

c *Ita in Ms. Cuiac.*

d *Sic plenius in eodem.*

e *Ita ed. Sciop.*

quòd eam rem mihi supersedit ingerere, quam justè ad utrumque noverat pertinere? Verùm ego, ut religiosè ista conqueror, ita libenter omitto: quia nec amori in vos meo convenit silere, quod doleam, nec amicitiæ incussi doloris transire mensuram. Vale.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS AUSONIO.

AMBROSIUM de summatibus provincialis fori ad Dominos & Principes nostros Siciliæ cõmune legavit, varijs instructum mandatis, quæ spectare visa sunt bonum publicum. Huic si fautor accesseris, futurum reor, ut illi pro labore fructus accommodet. Quæso igitur vel legationis merito, vel meo nomine in optimum virum benè consulas, qui satis animi confirmatus est, suffragio tuo successuram facilitatem petitionibus promovendis. Vale.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS AUSONIO.

EGO etsi continuis litteris honorem tuum celebrare possem; non satis mihi viderer *a* proquàm res postulat, fungi debitum meum: tantùm abest, ut operam assiduitatis exprobrem. Sed ut hoc meæ verecundiæ competit; *b* item tuæ humanitatis est, studiũ nostrum pari gratiâ sustinere. Animadverte, quò tendat summa verborum. Jamdudum nihil tribuis, quod legamus. Totum me, inquies, emancipavit sibi cura Prætorij. Verum est. Potiris meritò summa *c* judicia. Sed maximas ingenij tui vires fortuna magna non onerat. Proinde his etiam rebus intende, quæ ita occupatis nihil molestiæ afferunt, ut ipsas molestias plerumque solentur. Vale.

a *Sic Ms. Gif.* Proquàm ἀντὶ τοῦ prout, *sicut habet Ms Cuiac. Vide Ind.*

b *Ita Ms. Gif. vide Ind.*

c *Sic Ms. Cuiac.*

EPIST. XIX.

SYMMACHUS AUSONIO.

QUI suâ fiduciâ deferuntur, epistolas meas in usum commendationis accipiunt. Id nunc aliter est.

est. Nam fratri meo Potito hac conditione litteras dedi, ut eas ipse commendet. Est enim nihilo secius atq; ego sum de summatib. amicorum tuorum: qui ubi te *a* compotem fecerit præsentiæ suæ, vereor ne excusatio mea ignoscenda non sit. Sed si mihi *b* placibilitas tua experiundo probè cognita est, futurum reor, non ut me, qui *c* resedi, collatione alterius venientis incessas, sed ut illum magis pro utroque suscipias. Vale.

a *Sic omnes Mss.*

b *Sic omnes Mss. & vulg. Unde Lectius conjecit* placabilitas.

c *Sic corrigendum ex sententiâ Gothofredi IC.*

EPIST. XX.

SYMMACHUS AUSONIO.

ABUNDO gaudio, cùm te Consulem novus annus *d* excipiat. Sed nunc transcurso est opus. Plenius enim secundis litteris contestabor hujusmodi de te gratulationem. Alius in præsentiâ mihi sermo sumendus est. *e* Patroinus C. V. accitu tuo iter adornans, in rem suam fore existimavit, si meo testimonio niteretur. Huic ego nihil per me accessurum putavi: & tamen deesse nolui, sciens judicio erga illum tuo nihil adijci posse, si scriberem; decessurum tamen aliquid meo officio, si tacerem. Vnum est igitur, quod oratum te atque exoratum volo, ut ineat gratiam suscepti laboris, præter eum fructum, qui illi ex tuo conspectu, tuo congressu, tuo honore, proveniet. Vale.

d *Ita Ms. Pith.*

e *Sic Ms. Fuld. & Gif.*

EPIST. XXI.

SYMMACHUS AUSONIO.

BENE ac sapienter majores nostri, vt sunt alia ætatis illius, ædes Honori atque Virtuti *f* gemellâ facie junctim locarunt; commenti, quod in te videmus; ibi esse præmia honoris, ubi sunt merita virtutis. Sed enim *g* propter eas Camænarum religio sacro fonti advertitur; quia iter ad capessendos magistratus sæpè litteris promovetur. Hæc parentum instituta Consulatûs tui argumenta sunt: cui morum gravitas & disciplinarum vetustas, curulis sellæ insigne pepererunt.

Multi

f *Sic Mss. Cuiac. & Pith.*

g *Ita ex Ms. VVouv. corrig. h. e. propè ædes Hon. & virt.*

Multi *a* posthac adnitentur artes bonas, & laudis germanas & meras litteras. Sin ignoramus Magnum illum, cuius supra votum fortuna fluxit, Stagiritæ suo nihilum commodasse, nisi Quinto Ennio ex Ætolicis manubijs captiva chlamys tantùm muneri data *b* Fulvium decolorat. Enimverò neque Panætio Africanorum *c* secundus, neque Opillo Rutilius, vel Cyneæ Pyrrhus, aut Metrodoro suo Mithridates Ponticus liberalium disciplinarum precia solverunt. At nunc eruditissimus Imperator, & opum largus & honorum, quasi prousurâ tibi *d* præmia detulerit, ita super sortem fœnoris reddit. In hâc tantâ lætitiâ meâ, quibus verbis diluam, quod adesse non possum? Nimis vereor, ne malè interpretatus excusationem meam, quantum tibi gratuler parùm credas. Optavi ad oculos tuos raptim venire: sed fessus virium, quas diu morbus exhausit, itiones longas & mansiones asperas, tum accessiones frigorum, & decessiones dierum, *e* quæq; alia sunt noxæ opportuna vitavi. Si sum tibi spectatus ex animo, quæso ut æquus sis mihi, atque has allegationes boni consulas. Fors *f* fuat, an obtineamus apud te veterem gratiam, nunc quod satis est, eluctemur offensam.

a *Ita ex Ms. Cuiac leg.*

b *Quia Fulvius de Ætolis triumphũ egit. Liv. l. 38. 39.*

c *Ita Ms. Pith.*

d *Sic Ms. Pith.*

e *Ita Mss. Fuld. Cuiac. Pith.*

f *Sic Vulg.*

EPIST. XXII.

SYMMACHUS AUSONIO.

GAUDEO me tibi pluris esse, quàm cæteros: quando ita animatus es, ut sponte in rem meam consulas, nec operiaris petitiones, sed solam voluntatis meæ famam sequaris. Accepi Evectiones quatuor, immane quantum commodas in excursus & recursus mearum. Dij te pro tantâ gratiâ munerentur!

Et quia perfectis atque elatis in cumulum bonis
nihil adijci potest, *g* velint tuta manere,
& *h* propria, quæ dederunt.
Vale.

g *Sic optimus liber Ms. Pith.*

h h. e. *diuturna. Vide Ind.*

EPIST.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS AUSONIO.

POST longum silentium tuum non minus desiderabam, quàm sperabã litteras *a* longiores. Namq; his vicib. humana vatiantur, vt defectui succedat ubertas. Ea me opinio frustrà habuit: siquidẽ brevis in manus meas pagina recens à te profecta pervenit. Erat quidem illa Atticis salibus aspersa, & thymo *b* odora, sed parcior, quæ magis fastidium detergeret, quàm famem frangeret. *c* Quid? si ego cœnas *d* dapsiles, & Saliare convivium, tum viscerationes, atque epulum postulassem: tu mihi mensas secundas, & scitamenta exiguæ lancis apponeres? Fac veniat in mentem, quid Græca super hoc dicat oratio. *Parvis* e *nutrimentis*, inquit, *quamquam à morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promovemur.* Putasne me de occupationibus tuis esse taciturum? Quæstor es, memini: *f* consilij regalis particeps, scio: adde huc alia mille rerum. Nunquam eveniet, ut ingenium tuum labor deterat, benignitatem cura flectat, facundiã usus exhauriat. Si diurna negocia nunquam distingues quiete; certè antelucano somno nullus indulseris, ut detur aliquod tempus officijs. An tibi parùm exempli videtur in Comico, cùm ait? *Quàm vellem, etiam noctu amicis operam mos esset dari!* Sed cur ego diutius sermonis pauper obgannio? Imitanda est mihi epistola recens, ut cætera morum tuorum: fortè occupatus recusas litteras longiores. Id ita esse, rectè conjecto. Video enim, quàm nolis multa legere, cui vix est ocium pauca dictare. Vale.

a *Sic Ms. Pith.*

b *Ita Ms. Al.* odorata & resperſa.

c *Sic vet. cod.*

d *Ita Ms. Pith. Demſt.* dapales. & *Ed. Mog.*

e *Sic est in omnibus codd. Vide inf. Elect.*

f *Ita Ms. Cuiac.*

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS AUSONIO.

SI te amor habet naturalis historiæ, quam Plinius elaboravit; en tibi libellos, quorum præsentanea copia fuit: in quis, ut *a* arbitror opulentę eruditioni tuæ

a *Sic Ms. Pith.*

tuæ negligens veritatis librarius displicebit. Sed mihi fraudi non erit emendationis incuria. Malui enim tibi probari mei muneris celeritate, quàm alieni opetis examine. Vale. a *Sic Ms. Gif.*

EPIST. XXV.

SYMMACHUS AUSONIO.

ETSI plerumq; vera est apud parentes prædicatio filiorum, nescio quo tamen pacto detrimentum meriti sui patitur, dum personarum spectare gratiam judicatur. Quæro igitur incertus animi, quæ mihi nunc potissimùm super viro honorabili Thalassio genero tuo verba sumenda sint. Si parcè morum ejus decora attingam, liventi similis æstimabor: Si justè prosequar, ero proximus blandienti. Imitabor igitur Sallustiani testimonij castigationem. Habes virum dignum te, & per te familiâ Consulari; *b* quem fortuna honoris parti majorem beneficijs suis reperit, emendatio animi & sanctitas *c* honoribus æquiparavit. Vale.

b *Sic ferè omnes libri Mss.*

c *Sic vulgata lectio retinenda.*

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS AUSONIO.

VTOR apud te fiduciâ, quam dedisti. Dudum parcus es litteratum, sed non imitabor exemplum: ut qui noverim, viro in speculâ honorum locato, & ideò varia & magna curanti, non tam studium deesse, quàm copiam. Ea quippe natura est rerum, ut quæ præter industriam negliguntur, ignoscenda dicantur. Ego tamen securus, ut soleo, amoris tui, solemne officium non renuo: in summâ gratiâ & honore positurus, si familiari meo, qui has tibi litteras dabit, fructus, *d* aliquis pro tantâ in nos sedulitate responderit. Vale. d *Ita Ms. Pith.*

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS AUSONIO.

QUID agam, scire postulas. Opperior in dies litteras, quales nunc mihi *e* facultas tua promittit, e *Sic omnes libri.*

tit, amor semper exhibuit. Sum verò præsentium lætus, ut qui sciam insidiatori meo nihil loci relictum, atque insuper tibi, cui a factum semper volo, meritam polliceri fortunam. Ergo quando res ita tulit, ut sollicita mutarentur: optati sermonis tui fructum feramus, qui animum mihi exaugeat, atque indicet, pro tantâ rerò familiaritate, mei te oppidò esse cupientem. Vale.

a *Alij* fautum.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS AUSONIO

FACIS pro mutuâ diligentiâ & antiquitate amicitiæ nostræ, quòd honorem tuum vires meas esse confirmas. Convenit dictum cum fide morum *b* tuorum, nec unquam te dissimilem scriptis talibus dies *c* arguerit: tantum fortuna munifica prosperorum secundet optata. *d* Longùm de his loqui cautio est, ne blanditiæ longiores corrumpant veri dignitatem. Si quid de me scito opus fuerit, frater meus Claudius, & cultui tuo deditus, & studij mei gnarus *e* expediet. Vale.

b *Sic vulg. ed.*

c *Ita Ms. Gif.*
d *Sic lib. Ms. Pith.*

e *Sic vulg. &*

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS AUSONIO.

NIHIL *f* moror cæteros, vulgus ignobile, qui, philosophiam fastu & habitu *g* mentiuntur. Paucos (& in his præcipuè familiarem meum Barachum) nostra ætas tulit, quorum germana sapientia ad vetustatem *h* vergeret. Tune, inquies, audeas de philosophis judicare? Licet alienas spectare virtutes. Nam & Phidiæ Olympium Jovem, & Mironis buculâ, & Polycleti *i* Canephoras, rudis ejus artis hominum pars magna mirata est. Intelligendi natura indulgentius patet. Alioqui præclara rerum paucis probarentur, si boni cujusque sensus, etiam ad impares non veniret. Concede igitur mihi de Baracho testis officium, & amici-

f *Ita Iur. & vet. cod.*
g *Sic rectè vet. Cod. Iur.*

h *Sic emendat Iuretus.*
i *Ita primus correxit Iur. Canephoræ signa duo enea erant virginali habitu manibus sublatis sacra in capitibus sustinentia.*

& amicitiam viri prudentis amplecteretur: cuius exploratio brevi faciet, ut mihi de omnibus, quæ scio, æquè facilè credas, cùm videas, *a* nec in his falsum esse, quæ nescio. Vale.

a *Sic ex Ms. reposuit Iuretus.*

EPIST. XXX.

SYMMACHUS AUSONIO.

EN tibi rusticum vix urbanis negotijs absolutum: cui volo pro nostrâ amicitiâ morarum culpam remittas. Neq enim laboris fugâ indulsit quieti. Difficile est hinc abire, cùm veneris: adeò si contemplari maiestatem *b* urbis nostræ velis, justo citius videbitur revertisse. Sed de hoc non laboro, quando ita ingenio placabili inter reliqua virtutum, ut boni consulas errata leviora. Illud orare impensius convenit, tanta ut animo tuo scribendi cura sit, quanto me amore dignaris. Vale.

b *Roma.*

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS AUSONIO.

MERUM *c* gaudium mihi eruditionis tuæ scripta tribuerunt, quæ Capuæ locatus accepi. Erat quippe in his óblita Tulliano melle festivitas, & sermonis mei non tam vera, quàm blanda laudatio. Quid igitur magis mirer, sententiæ incertus addubito, ornamenta oris an pectoris tui. Quippe ita facundiâ antistas cæteris, ut sit formido rescribere: ita benignè nostra comprobas, ut libeat non tacere. Si plura de te prædicem, videbor *d* mutuum scabere, & magis imitator tui alloquij, quàm probator. Simul quòd ipse nihil ostentandi gratiâ facis, verendú est, genuina in te bona tanquam affectata laudare. *e* Unum hoc tamen à nobis indubitatâ veritate cognosce, neminem esse mortalium, quem præ te diligam: sic vadatum me honorabili amore tenuisti. Sed in eo mihi verecundus *f* nimio plus videris, quòd

c *Ita editio Frobenij.*

d *Proverbialiter dictum.*

e *Sic Mss. Cuiac. Fuld. Bertin. & Vatic.*

f *Ita vet. cod.*

libelli tui arguis proditorem. Nam facilius est, ardentes favillas ore comprimere, quàm luculenti operis servare secretum. Cùm semel à te carmen profectũ est, jus omne *a* posuisti. Oratio publicata, res libera est. An vereris æmuli venena lectoris, ne libellus tuus *b* admorsu duri dentis uratur? Tibi uni nihil ad hoc locorũ gratia præstitit, aut dempsit invidia. *c* Ingratis scævo cuique proboque laudabilis es. Proinde cassas dehinc seclude formidines, & indulge stilo, ut spè prodaris. Certè aliquod didascalicum seu protrepticum nostro quoque nomini carmen adiudica. Fac periculum silentij mei, quod etsi tibi exhibere opto, tamen spondere non audeo. Novi ego, quæ sit prurigo emittendi operis, quod *d* probaris. Nam quodam pacto societatem laudis affectat, qui aliena benè dicta primus enunciat. Ea propter in comœdijs summatem quidem gloriam scriptores tulerunt: Roscio tamen atque Ambivio, cæterisque actoribus fama non defuit. Ergo tali negotio expende ocium tuum, & novis voluminibus jciunia nostra sustenta. Quod si iactantiæ fugax garrulum indicem pertimescis; præsta etiam silentium mihi, ut tutò simulem esse nostra, quæ scripseris. Vale.

a *Sic vet. cod.*

b *Ita vet. cod.*

c h. e. *etiam invitis omnibus. Sic rectè legitur.*

d *Ita vet. cod.*

EPIST. XXXII.

AUSONIUS SYMMACHO.

MODO intelligo, quàm mellea res sit oratio, quàm delenifica, & quàm suada facundia. Persuasisti mihi, quòd epistola mea apud Capuam tibi reddita concinnatio inhumana non esset. Sed hoc non diutius, quàm dum paginam tuam legi, qua me blanditijs inhiantem suis, veluti succo nectaris delibuta e perducit. Ubi enim chartulam pono, & meipsum interrogo: tum absynthium merum resipit, & circumlita melle pocula deprehendo. Si verò, id quod sæpè facio, ad epistolam tuam redij, rursus illicior; & f retrorsum ille suavissimus, ille floridus tui sermonis afflatus, depositâ lectione vanescit, & testimonij pondus

e *Ita libb. vett.*

f *Sic ed. Sciop.*

dus prohibet ineſſe dulcedini. Hoc me velut aërius bracteæ fucus, aut picta nebula, non longius, quàm dum videtur, oblectat, Chamæleontis beſtiolæ vice, quæ de ſubiectis ſumit colorem. Aliud ſentio ex epiſtolâ tuâ, aliud ex conſcientiâ meâ. Et tu me audes facundiſſimorum hominum laude dignari? tu, inquam, mihi iſta, qui te ultrà emendationem omnium protuliſti. Haud quiſquam ita nitet, ut comparatus tibi non ſordeat, Quis ita Æſopi venuſtatem, quis ſophiſticas a *Socratis concluſiones, quis enthymemata Demoſthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem noſtri Maronis accedat? Quis ita affectet ſingula, ut tu imples omnia? Quid enim aliud es, quàm ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio? Hæc, domine mi, fili Symmache, non vereor, ne in te blandius dicta videantur eſſe, quàm verius. Et expertus es fidem meæ mentis atque dictorum, cùm in Comitatu degimus ambo, ævo diſpari: Vbi tu veteris militiæ præmia tyro meruiſti, ego tyrocinium iam veteranus exercui In Comitatu tibi verus fui: nedum me peregrè exiſtimes compoſita fabulari. In Comitatu, inquam, qui frontes hominum aperit, mentes tegit,* b *me tibi & parente, & amico, & ſiquid utroq; charius eſt, chariorem fuiſſe ſenſiſti. Sed abeamus ab his, ne iſthæc commemoratio ad illam Soſiæ formidinem videatur accedere, Illud quod pœnè præterij, quâ affectatione addidiſti, ut didaſcalicum aliquod opuſculum, aut ſermonem protrepticum mitterem? Ego te docebo docendus adhuc, ſi eſſem id ætatis, ut diſcerem? aut ego te vegetum & alacrem commovebo? Eadem operâ & Muſas hortabor, ut canant; & maria ut effluant; & auras ut vigeant; & ignes ut caleant admonebo: &, ſi quid invitis quoq; nobis natura fit, ſuperfluus inſtigator agitabo. Satis eſt unius erroris, quòd aliquid meorum me* c *prænitente vulgatum eſt, quod bona fortuna in manus amicorum incidit. Nam ſi contrà eveniſſet, nec tu mihi perſuaderes, placere me poſſe. Hæc ad literas tuas reſponſa ſint. Cætera quæ noſcere aves, compendifaciam: ſic iam quoq; longa eſt epiſtola. Iulianum tamen familiarem domûs noſtræ, ſi quid de nobis percontandum*

a *Ita Lect.*

b *Sic rectè ed. Sciop.*

c *Sic Ms. Pith.*

arbitrariis, tibi allego: simul admoneo, ut cùm causam eius adventùs agnoveris, iuves studium, quod ex parte fovisti. Vale.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS AUSONIO.

a *Vide Plaut Capt 1.1 v. 12.*

AIUNT cochleas, *a* cùm sitiunt aëris, atque illis de cœlo nihil liquitur, succo proprio victitare. Ea res mihi usu venit, qui desertus eloquij tui pastu, meo adhuc rore sustentor. Diu scribendi operam protulisti, & vereor, ne forté in nos parentis *b* claudat affectio. *c* Si falsum me opinio habet, facito cæteris negotiis tuis respondendi cura prævortat. Vale.

b h.e. *Claudicet, deficiat. Sic Mss. Gif. Bertin. Fuld. vide Ind.*

c *Ita rectissimè coniecit Sciop. Nam sic etiam Sallust. loquitur.*

EPIST. XXXIV.

SYMMACHIUS AUSONIO.

PLENUM laboris negocium gero, qui compellare toties tacitum perseverо. Contrà nisi instare pergo, atque exsculpere à te aliquid litterarum, gliscet oblivio. Sive igitur hoc officium meum sedulum judicas, seu molestum; stat sententia, honorem suum celebrem præstare colloquiis: adeò mihi veteris in te amoris nulla discessio est. Et meritò. nam amicitiæ operam nusquam locavi æquè benè. Propterea silentium tuum conqueror. Facit enim tenerior affectio, ut sit querela proclivior. Mollis est animus diligentis; & ad omnem sensum doloris argutus. Si negligentius tractes, citò marcet, ut rosa: si duriùs teneas, livet ut lilia. Legisse memini: vultu etiam sæpè lædi pietatem. Quid ille tam serius arbiter super continuo silentio ac dissimulato scribendi munere censuisset? Tecum hæc pensius æstimabis. Mihi religio fuit, tegere, quæ dolebant. Nam ut in te animi usque pendeo; ita opere maximo usuram tuæ unanimitatis expecto.

Vale.

EPIST.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS AUSONIO.

DIU in Campaniæ secessibus ociatus, *a* occasione carui scriptionum. Ideò paulisper sermonis mei circa te munus intepuit. Sed ubi in patriam pedem retuli, antiqua mihi fuit instaurandi officij diligentia. Ergo debito honore salutationis te imperto, utrumque deposcens: ut & silentio superiori venia justa præstetur, & præsenti obsequio vicissitudo respõdeat. Vale.

a Sic corrigẽdum ductu vet. cod.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS AUSONIO.

INTERPELLO occupationes assiduitate colloquij. Nam & ipse huiusmodi pascor officio, & peregrinationem tuam talibus solatijs credo recreari. Tuas autem litteras vicissim expecto, non exigo. Iniurium quippe est, magnoperè flagitare, quod speres, ne quod est voluntarium, videatur exortum. Sanè fratri meo Innocẽtio gratulor, amicitias tuas, priusquã scriberem, contigisse: quia facilior mihi cœpit esse eius commendatio, quem probasti, quàm fuisset incogniti. Itaq; hoc unum beneficij *b* expostulo, ut qui sui emendatione jam nititur, testimonij nostri gratiâ cumulatiùs diligatur. Vale.

b Sic non male editum.

EPIST. XXXVII.

SYMMACHVS AUSONIO.

NON frustrà prædicant: mentes hominum nitere liquido die, coactâ nube flaccescere. Meus animus fidem facit exemplo. Nam quotiens tibi scribo, *c* ex sententiâ usus verborum suppetit, quorum aliàs supellex mihi defit. Quippe lætitia loquax res est, atque ostentatrix sui: adeò magnæ parti hominum ab hoc morbo nulla cautio est. Patere igitur, quæ ad laudes tuas pertinent, obloquentem, vir quantum est ho-

c Sic εὐστόχως legunt Mss. Bertin. & Vat.

minum in terris spectatissime; qui ex summis copijs vigiliam pro meis rebus anniteris, & *a* amicitiam stabili diligentiâ perseveras. Si fides seria cuiquam fuit, tibi puto esse: quam plerique verbo ostentant, *b* opere deserunt: quod genus nulli rei est, nisi ad loquendum. Meritò processus tuos in meo ære duco: quando juxtá magnæ curæ sum tibi, atque cùm maximè fui. Superest tamen aliquid, quod huic in me studio adjici velim. Nolo memineris, quòd aliquando animo tuo succensui. Amor fiduciam nutrit. Quid tam liberum, quàm amicitia? Negocijs plerumq; apposita est expostulatio sine labe concordiæ. Ita verum est, quòd hodie tibi gratias ago, ut illud non potuerim dissimulare, quòd dolui. *c* Cassâ fide sunt, qui jugiter blandiuntur. Sed quid diutius ea retexo, quorum te oblivisci volo? Esto, *d* ut es, benignâ in me voluntate: quod ego sperandum magis à te sentio, quàm petendum. Vale.

a *Ita in omnibus libb. Mss.*

b *Sic Ms. Bert.*

c *Ita rectè emend. Sciop.*

d *Sic Lect. benè.*

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS AUSONIO.

FALSO creditur, judicij nesciam esse fortunam. Illa verò & præteritorum *e* memor, & præsentium diligens, & prudens futuri, tibi rependit, quicquid cæteris præstitit. Non ergò vana, neque erratica est: à quâ scimus alios donum cœpisse, te præmium. Quis tibi honoris nostri (inquies) fecit indicium? Celebritas famæ, cui justa narranti statim creditur. An operirer super hoc tuas litteras, quas verecundia differebat? Minime: siquidem difficilis est patientia gaudiorum, Fungor igitur, ut vides, partibus tuis, & quæ debui cognoscere, malui quodammodo nunciare. Sed nolo ista properatio litterarum mearum tuum munus impediat. Scire me, quod nunc scribo, dissimula, & tribue quasi novum nuncium, *f* quem ego gratulabor iteratum. Vale.

e *Sic rectè leg. nihilq; mutandum.*

f *Ita omnes Mss. ex Genio latini sermonis.*

EPIST.

EPIST. XXXIX.

SYMMACHI AUSONIO.

SCIO quidem litteras meas tibi serò reddendas, vel propter occupationes, quæ te in procinctu aliquantisper tenebunt, vel quod frater meus Gorgonius, admirator virtutum tuarum, diutinæ apud Picētes indulgebit quieti. *a* Ut ut est tamen ista conditio, supersedendum officio non putavi. Fors fuat, an hæc maturè in manus tuas scripta sint ventura. Ego tamen quantum per commeantes licebit, justi muneris operam non reparcam. Vale.

a *Ita benè Mercerus.*

EPIST. XL.

SYMMACHUS AUSONIO.

NON novum aut incognitum, sed compertum jam fide & sedulitate militiæ, sanctum Victorē amicum meum promptus commendator insinuo, quē ad hoc ævi nulla actuum culpa fuscavit; sed fortunæ licentia (interdum optimos decolorans) spes eius paulisper infregit, quas in integrum sæculi beatitudo restituet, si innocentiam supplicis secundo favore respexeris. Vale.

EPIST. XLI.

SYMMACHUS AUSONIO.

FACIO rem, cùm tuis moribus, *b* tum meo studio congruentem, ut præstantissimo viro amicitias optimi cuiusque conciliem: velut nunc tibi à me traditur philosophiæ Candidatus; cuius pudorem, vel prima facies, cætera bona lōgus usus expediet. Hunc ego abs te nollem diligi, nî mererētur probari. Sed si benè æstimo, actutùm merebitur, *c* atque ideò diligenter de hoc nihil amplius oro. Neque enim præiudicio meo debet astringi, cuius expecto iudicium. Illud te potius oratum volo, ut *d* nostri diligentiam perseveres. Quod cùm efflagito, vereor ne me injurium putes,

b *Sic vulg.*

c *Sic Ms. Cuiac.*

d *Ita benè ed. Sciop.*

qui à te postulem, quod sponte præstaturus es. Vale.

EPIST. XLII.

SYMMACHUS AUSONIO.

COMPENSASTI longum silentium geminâ scriptione. Pariter enim binas litteras præbuisti, desiderium meum officio largiore complexus. Ex quo adverti, non voluntatem tibi hactenus, sed baiulum defuisse. Neque enim aliter potuisset accidere, ut me tam diu sermonis tui honore fraudares. Meritò apud nos indies singulos tui cultus augescit, & justo cumulo crescit affectio. Namque ita usu comparatum videmus, ut amicitia benè locata, experiundo quotidiè *a* provehatur. Sed de istâ parte verbis supersedendum est. Neque enim me oportet dicere, quæ te malo sentire. Comperi sanè ex litteris tuis, quantopere publici muneris absolutionem requiras, & stupere me fateor tantum tibi administrationis eius esse fastidium, cui fructus *b* optabiles omnium amor spondet. An est aliquid tenacius gloriâ, *c* quæ laudem adjicit voluptati? sed tamen *d* cura non deerit, ut potiaris: tu tantum peregrinationem solare justo amore provinciæ. Vale.

a Sic benè Grut.

b Ita ad sensum Sciop.

c Ita Sciop. & Sirmond.

d h. e. curabo tamen, ut munere absolvatis.

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS AUSONIO.

VETUS sententia est: Artes honore nutriri. Eam nostræ ætatis usus confirmavit. Nemo enim belli notus, aut domi clarus, exsortem præmij sensit industriam. Ita quum dignis fructus tribuitur, eandem viam capescentibus spes paratur. Gliscо igitur gaudio, cùm propter alios, quibus fortunam sollers vita conciliat, tum maximè Juliani fratris mei gratiâ, quē fic à te diligi volo, ut probari posse confido. Scis nempè in illo forensi pulvere, quàm rara *e* cognatio sit facundioris & boni pectoris: dum aut modestum ingenium verecundiâ *f* contrahitur, aut successu eloquens inso-

e Ita rectè edidit Iuretus, & Sciop.

f Sic Lect.

insoleſcit. Hæc in meo familiari ac neceſſario eâ ſocietate viguerunt, ut neque obiectu pudoris areret, nec cum detrimento frontis afflueret. Nunquam in mercedem ornamenta linguæ corrupit | Merito ac fortunis tenuis, opulentiam fide, quæſtum laude mutavit. Hunc tibi in manum vel magis in animum libens trado. Nam mihi ſumma curatio eſt, *a* ut amicitiam tuam boni uberent. Te quoque idem velle, habeo cõpertum. Semper enim natura gaudet æqualibus, & familiare ſibi eſt omne, quod ſimile eſt. Sed ne prolixo teſtimonio ſuſpicionem *b* laudatoris incurram, quæſo ipſe de eo judices examine penſiore. Ita quum illius inſtitutum probaveris, periculum judicij mei feceris. Vale.

a Ita Ms. Gif. & Vulg.

b Sic Ms. & VVouv. ac Sciop. editio.

EPIST. XLIV.

SYMMACHVS AGORIO PRÆTEXTATO.

MERETUR indulgentia in me tua, ut ea, quæ proximè laudi mihi fuerunt, clam te eſſe non patiar. Credo indicium feciſſe tibi famam, quòd Parentem meum ruri atque in ſeceſſu amiſſæ domûs injuriam decoquentem, frequentibus ſuffragijs, denique oratoribus miſſis, novo honore Senatus acciverit. Quâ causâ ubi primum facultatem loquendi apud collegas attulit dies, egit ille Senatui gratias, eâ facundiæ gravitate, quâ notus eſt. Calendæ tunc erant, quibus annus aperitur. Brevi intervallo cùm familiaris mei Trigeti filio Prætorio Candidato actionis operam ſpopondiſſem, animum religio convenit, ut occaſione deſtinati officij obirem munus adhuc à me patri debitum, ſed, ut dixi, ab illo Senatui jam ſolutum. Ergò ad quintum Idus Januarij verba feci in ampliſſimo Ordine: quæ ubi in manus tuas venerint, ex tuo animo conjicies judicia cæterorum. Ego ſub incerto examinis tui, aliorum ſententias occulendas putavi, ne te præjudicio tanti Ordinis viderer urgere. Vale.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS AGORIO PRÆTEXTATO.

AUCTUS sum gaudio, quòd valetudo tecum revertit in gratiam. Nam semper incolumitas tua voti mei summa est. Nunc si Dijs volentibus reconciliatæ vires animi tui integraverunt vigorem, facito epistolæ tuæ *a* multijugis paginis augeantur. Odi parsimoniam verborum bonorum. Scribendi quippe brevitas magis fastidio, quàm officio proxima est. Nolo litteras de summo ore stillantes. Illas peto, quæ arescere nesciunt, quæ ex intimo pectoris fonte promuntur. Memini brevitatem Spartanam laudi quondam fuisse. Sed ego tecum Romanis legibus ago, &, si ita vis, Atticis: quibus tantum decus à facundiâ fuit, ut mihi videantur Lacones metu collationis in diversum studia destinasse. Vellem plura; sed tuo modo compungendus es. Simul cautio est, ne te sermo multus offendat. Instituto igitur meo calcem pono, dum tuo *b* pareo. Quâ ex re intelligis, eò te invidiæ & conditionis adductum, quasi à me pauca scribi velis, nisi multa rescripseris. Vale.

a *Sio v. cod.*

b *Ita benè vulg.*

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS AGORIO PRÆTEXTATO.

POTUI facere scripta compendij, cùm tibi *c* germanus meus verbis suis uberius satisfacturus videretur, quàm ego meis literis. Sed in majore lucro officia honesta, quàm ocia muta ponenda sunt. Ergò neque tacito opus est, ut honor amicitiæ mihi feratur accepto; neque omnia mandanda sunt litteris, ut illi aliquid ad narrandum relinquatur. Accipe tamen rerum capita, & summas negociorum, quibus frater admonitus, quæsita latus exsequatur. Convenit inter sacerdotes, ut in custodiam civium publico obsequio traderemus cutam Deorum. Benignitas enim superioris, nisi cultu teneatur, amittitur. Ergò multo tantò orna-

c *Frater.*

otnatior, quàm solebat, cœlestis factus est honor. Expectare mihi videris omnia, quæ supersunt. Titianus meus fungetur indicium, cui indulgentius narrandi quod velis, opera legata est. Edictum Principum, nisi jam notum est, idem tibi assertor expediet. Statuas etjam recepistis ijsdem pænè populi acclamationibus, quibus amiseratis. *a* Rides? & libet rideas affatim. plura desino, ne qui strictim meliora detexui, in minoribus videar immorari. Vale.

a *Sic ed Iur.*

EPIST. XLVII.

SYMMACHVS AGORIO PRÆTEXTATO.

SILENTII nostri ratio diversa est, sed unus effectus. Me impedit Pontificalis officii cura, *b* te Baiani ocij negligentia. Neque enim minùs residem facit remissio animi, quàm occupatio. Nec mirum, si te illa *c* ora totum sibi vendicat; cùm ipsum Annibalem fides certa sit bello invictum manus dedisse Campaniæ. Non illius cœli aut soli illecebram retinax adventarum lotos æquaverit, & Suada Circæ pocula, & *d* tricinium semivolucrum puellarum. Neq; ego te pingues ferias agere contendo, aut virtutem puto fregisse delicijs. Sed dum *e* tibi legis, tibi scribis, & urbanarum rerũ fessus ingentẽ animum solitudine domas, amicitiarum munia nullus exsequeris. Quin arripis stilum, nostræq; inter affectioni honorem mutuum facis? Nisi mavis auctoritatem Pontificis experiri. Multa nobis in Collegio deliberanda sunt. Quis tibi has inducias publici muneris dedit? Senties jus sacerdotis, nisi impleveris jus amici. Vale.

b *Sic Ms. Cuiac. & ed. Sciop.*

c scil. *Baiana vulg.* oratorem.

d *Ita ed. Sciop.* h. e. *tres Sirenes.*

e *Sic Ms. Fuld.*

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS AGORIO PRÆTEXTATO.

DII boni, quàm nihil homini tutũ atq; exploratũ est! Certè levãdi animi causâ Baias cõcesseratis. Quis

Quis oculus fascinavit destinatam quietem? Paulina ergò cura communis extremum salutis accesserat. An vester pro illâ tantus est metus, ut omne eius incommodum periculi instar habeatur? Quicquid horum est, spectari animo licet, quas ærumnas dierum, quas noctium vigilias duxeritis. Sic nati sumus, ut sæpius adversa fungamur. Fugiunt voluptates, & bonæ cuiusque rei tam brevis usus, quàm levis sensus est. Verùm hæc Philosophorum disputationibus relinquantur. Nunc habitum lætiorem mentibus suadeamus, quando Paulinæ nostræ valetudinem rursus locavit in solido pax Deorum. Vale.

EPIST. XLIX.

SYMMACHVS AGORIO PRÆTEXTATO.

QVÆRIS ut civis ad bonum commune genitus, quid super rebus anxijs vero proximum nuncietur. Certis indicibus secunda cognovimus. Dehinc multi silentij suspicio sollicitis rumoribus locum fecit. Sed mihi opinionum talium, quæ *a* sine auctore prodeunt, nulla curatio est. Impendiò angor animi, quòd sacrificijs multiplicibus, & per singulas potestates sæpè repetitis, nec dum publico nomine Spoletinum piatur ostentum. Nam & Jovem vix propitiavit octava mactatio, & Fortunæ Publicæ multijugis hostijs nequicquam undecimus honor factus est. Quo loci simus, intelligis. Nunc sententia est, in cœtum vo collegas. Curabo scias, si quid remedia divina promoverunt. Vale

a Ita Cod. Colv. & ed. Sciop.

EPIST. L.

SYMMACHVS AGORIO PRÆTEXTATO.

EGO *b* quidem securus amicitiæ æqui bonique facio, si quid in me ab amante peccatur. Sed tuos mores, quibus nihil defit ad laudem, decet officij negligentia Queri me opinaris, quòd nihil scribas: & tefellere mendacium paras, quia te aliquid scripsisse meministi.

b Ita ed. Sciop.

ministi. Ego verò minimum animi angerer, si taceres, *a* præut hoc est, quòd mihi & patri unas atq; eas oppidò breves litteras detulisti. Ita tibi ambo digni singulis paginis non videmur? Tui, inquies, honoris interfuit, ut jungereris parenti. Alia sunt, quæ cum illo nobis vel communia opto, vel paria. amor mihi meo nomine deferatur. Abstine igitur epistolis, quæ sunt instar Edicti. Facessat omne *b* fastidium, ex quo nascitur cura compendij. Sed lõgum de his loqui cautio est, ne tibi molestior sit plixitas querelæ nostræ, quàm mihi brevitas epistolæ tuæ. Quod superest, Deos quæso, ut nos plenus gaudij quam primùm revisas. Facile erit, angustiam scriptorum tuorum multiloquio repensare. Vale.

a *Ita Ms. Fuld. Vide Ind.*

b *Sic Ms. Pith. & Fuld.*

EPIST. LI.

SYMMACHVS AGORIO PRÆTEXTATO.

STATUERAMUS in externis adhuc morari; sed labantis patriæ nuncius destinata mutavit; cùm mihi in communibus malis *c* decolor videretur securitas mea. Ad hoc sacri Pontificalis adminïstratio curam de me & officium *d* stati mensis exigit. Neque enim fert animus in tantâ sacerdotum negligentia sufficere collegam. Fuerit hæc olim simplex divinæ rei delegatio. Nunc aris deesse Romanos genus est ambiendi. Vos Hetruria quousque retinebit? Iam querimur, esse aliquid, quod tamdiu civibus præferatur. Sit licet ruris status mitior, non potest benè defrui ocio, qui suis absentibus timet. Vale.

c *Est qui* decollare *legit.* h.e. *non successura.*

d *Ita Ms. Cuiac. & Fuld.*

EPIST. LII.

SYMMACHUS AGORIO PRÆTEXTATO.

ORATIONEM meam tibi esse complacitam, nihilo sequius gaudeo, quàm quòd eam secunda existimatione pars melior humani generis Senatus audivit. Adjecisti sacramenti pondus; & in bona verba jura-

juraſti: ut qui ſcires in ſuſpicionem gratiæ venire amãtium judicata. Nam ubi certa eſt amicitia, ibi fides *a* laudis incertior. Ergò ſecurus examinis tui nihil moror ſententias cæterorum. *b* Quid ſi affuiſſes tam bonæ voluntatis auditor, næ ego digito, ut aiunt, ſupera convexa tetigiſſem. Erit aliàs fortaſſe nobis optatior præſentiæ tuæ copia. Nunc teſtimonio epiſtolæ tuæ fruimur: tunc adjumento favoris utemur. Vale.

a *Sic Mſs. Pith. Colv. Gif. ed. Sciop.*

b *Ita bene Sciop.*

EPIST. LIII.

SYMMACHUS AGORIO PRAETEXTATO.

OCIO & venatibus *c* gloriare. Eſt hæc quidem jucunda jactatio, ſed ludo magis à te prolata, quam ſeriò. Nam remiſſa tempora & ab negocijs publicis feriata, libris veterum ruminandis libenter expendis. Alijs igitur dabis verba, qui te congreſſu *d* primore non moverunt. Ego actus, quos pernox & perdius *e* tibi curæ habes, tum cotidiana ingenij tui pabula de litterarum, quas mihi tribuis, ſapore conjecto. Niſi fortè in ſylvis *f* Apollinem continuaris, ut ille paſtor Heſiodus, quem poëtica lauru Camœnalis familia coronavit. Nam unde eſt hæc in epiſtolis tuis ſenſuum novitas, verborum vetuſtas, ſi tantùm nodoſa retia, vel pennarum formidines, & ſagaces canes, omnemque rem venaticam meliorum oblitus affectas? Quare cùm ſcribis, memento facundiæ tuæ modum ponere. Ruſtica ſunt, & inculta, quæ loqueris, ut venator eſſe credaris. Vale.

c *Sic ex Mſs. Pith. & Sciop.*

d *Ita cum Lectio leg.*

e *Sic rectè vulg.*

f *Ita Mod. ex Mſs. Fuld.* continuare, *eſt concurrere, ſequi, convenire, comitari.*

EPIST. LIV.

SYMMACHUS AGORIO PRAETEXTATO.

MÆSTITIAE meæ ſolatium grande tribuiſti. Nam ut dudum tibi fama fecit indicium, fratris obitu vulneratus, continuo animi dolore diſcrucior. Non mediocre tamen inter præſentes curas levamen accepi, quòd te comperi ſecundum communia optata

optata salvere. Supereſt, ut iſtiuſmodi officijs frequentem operam digneris impendere, quæ perſpicis medicinam quandam infortunij & mœroris afferre. Vale.

EPIST. LV.

SYMMACHVS AGORIO PRÆTEXTATO.

SCIO germani amoris eſſe, quod ſuades. Sed reconciliatio eum requirit auctorem, quem habuit injuſta diſſenſio *a* principem: ne noxam meruiſſe videatur, qui abjuratas amicitias, quaſi nihil paſſus, affectat. Quare oblatam concordiam non refuto. Sequeſtra tâ conſideratione fortunæ, redeat in gratiam, qui movit offenſam. Tibi pro noſtrâ amicitiâ ſatis gratulor, cuius labor ſaluti publicæ commodabit: de quo interim parcius loquar. Res enim, quæ ad omnes pertinet, nunquam uno teſte contenta eſt: & mihi magnopere convenit, ita meminiſſe gloriæ tuæ, ne verecundiæ oblitus exiſtimer. Vale.

a Ita & Sciop.

EPIST. LVI.

SYMMACHUS PROBO.

ET tibi publicis negocijs occupato, breves litteræ demunt faſtidium lectionis, & mei officij aſſiduitas, quicquid ſcribendum videbatur, exhauſit. Meritò ſalutatione libatâ, *b* frugi epiſtolam neceſſario ſtringo compendio. Alia eſt enim proteſtatio amoris, alia linguæ oſtentatio: atq; ideò antiquior mihi fuit obſequendi opera, quàm loquendi. Copioſi videbimur, ſi abundè ſeduli judicemur. Vale.

b Ita Iur. ed. & Sciop.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS PROBO.

IN præſentiâ quantum ſatis viſum eſt amicitiæ munerandæ, cùm tuas occupationes, tum feſtinationẽ tabellarij contemplatus, exhibeo. Aliâs mihi & uſus veniæ, & cura non deerit epiſtolæ longioris, Dij modò optata fortunent, ſalutem Reip. in ſolido locent! Tum volun-

a *Ita Ms. Gif. & VVouv.*

a voluntas promptior erit, & ad scribēda, quæ libenter accipias; & ad legenda, quæ animo vacante rescripseris. Vale.

EPIST. LVIII.

SYMMACHVS PROBO.

b *Sic coniecit Grut. & probant Lect. Sciop.*
c *Ita ed. Iur.*
d *Sic Lect.*

SIT tibi animus æquus, & patiens muneris imperati. Sæpè usu venit, ut in secundos labores virtus probata reparetur. *b* Quid? tui? libenter C. Atilio factū putas? quòd fascib⁹ aratra mutavit, & in medio sementis opere anhelos boves statuit rusticus? *c* Quisquis bonæ frugis est, in publicum commodum vindicatur. Pone illas interim cogitationes felicis ocij tui? *d* Quàm benè urbana opera novis fastigiis excitabam! Vbi ager noster? vel ille autumno omnis copiæ ferax,

e *Ita ex Mss. correxit Sciop.*

vel ille hyeme apricus, *e* aut qui vere anni primas rosas humo exuit, aut qui sub æstivo sole de nemore & fonte frigescit? Sed quid á proposito excidi? Dum medicinam facio querelis tuis, ultrò desideranda suggessi. Esto, vt es, curarum omnium tolerans, & debitam operam solve Principibus, qui rationem magis meriti tui, quàm voluntatis habuerunt. Vale.

EPIST. LIX.

SYMMACHVS PROBO.

e *Sic Ms. Fuld. & Lect.*
f *Ita Ms. Fuld. & Mod. quia Probus revera fuit maximus & omnium Romanorum ditissimus & nobilissimus.*
g *Sic ex genio Symmachi emendat Sciop.*
h *Ita bene ed. Sciop.*

MONES amicitiæ bonum scriptis frequentibus excolamus. Placet hortatio *e* invitatrix religionis. Et, ut verum fatear, decus mihi est hæc tua voluntas, Amor enim *f* maximi plus requirit Sed quod ais, me potius, qui sim vacuus publicæ rei, istiusmodi vigiliam debere sortiri, æquum esse dissentio. Jamprimùm quòd homo licentis ocij scrutari vices commeantium non laboro: tuus honor vecturam litteris nisi invenit, facit. Dehinc quòd mihi iners desuetudo oblimat ingenium. Tibi impigro iamdiu *g* negocii levatur usus loquendi. Ergò quo tu ad scribendum *h* maior copiâ, hoc ego dignior veniâ ratitatis

tis. *a* Satisnè videor his causis munitus in posterum? Memineris volo, quicquid à me sermonis acceperis, obsequij esse, non ocij Vale.

a *Sic & Sciop. ex correctione Lectij.*

EPIST. LX.

SYMMACHUS PROBO.

SCIO te non fortunarum habere dilectum, sed meritorum Romanus familiaris meus aulicis etiam nunc paret officijs, utpote sacri administer rarij. Sed instrumenta probitatis sub usu honoris excoluit. Quare dignitas illi est promiscua cum plurimis, honestas æqua cum paucis Quod eò memorandum putavi, ut à te quoq; pro ratione vitæ, non pro gradu militiæ censeatur. Fac periculum maximis in negotijs; fac in serijs remissive. Reperies hominis tectam fidem, patentem religionem, prudentiam liberam, verecundiam liberalem. Cui ego propterea factum volo, ut mei testimonij fides clareat, & tibi amicus limatæ probitatis accedat. Vale.

EPIST. LXI.

SYMMACHVS PROBO.

AIS te multijugis necessitatibus impediri, quominùs gnaviter amicorum charissimos alloquaris. Notæ rei cesset assertio. Nam & qui procul absumus, curas ac vigilias tuas communis patriæ copijs & satietate sentimus. Mutasti igitur officium, non negasti. Antiquior enim tibi fuit, ut esse debuit, salus civium, quàm salutatio. Nunc sanè & desideramus & exposcimus tuas litteras, largiter congestâ fruge in proximæ hyemis impendium: quanquam scio necdum tibi hanc partem nimis tutam videri. Nunquam enim est securus amor patriæ: & quamvis magna remedia conquirat, semper illud putat imminere, quod *b* timuit. Vale.

b *Ita ed. Iur. & Sirmondus.*

***

EPIST. LXII.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

BONAE spei plenus, postquam mihi adventus vestri feciſtis indicium, calcar quoddam *a* ſuppingo properantibus; & in eam rem tuum munus imploro, ut parentum ſtudia hortator acceleres. Stabit apud me memoria beneficij tui, nec unquam tacita erit; ſi fratrum delegata curaveris. Vale.

a Sic Ms. Gif. Al: ſuperpingo. Suppingere, *eſt* ſubdere.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

LONGÙM loquantur pro incognitis aut alienis verba facturi. Mihi hæc opera deſinenda eſt, cùm litteras noſtras Saturus frater cõmunis accipiat, quas non comendationi eius præſtiti, ſed noſtro circa vos amore functus emiſi. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

COMMENDARI *b* àme Epiſcopũ fortè miretis. Cauſa iſtud nõ ſecta perſuaſit. Nam Clemens boni viri functus officium, Cæſaréam, quæ illi patria eſt, conciliatâ maximorum Principum pace, tutatus eſt. Fando acceperas, rebellione barbaricâ *c* quod auri, quod argenti, privati aut publici, ſacri & profani, Mauritaniæ fuit direptione hoſtium lancinatum. Evenit eâ tempeſtate, ut etiam *d* fiſci depoſitum belli jure raperetur: quod à ſummatibus civitatis, quos reliquos fuga fecerat, jus ærarij repoſcebat. Miſera & acerba conditio, *e* niſi triſtitia temporum Clementis curam *f* moviſſet; quem ego non minùs famæ ſæculi, quàm civium ſecuritati commodaſſe dixerim. Quid enim præter invidiam referret ærarium, ſi opes ab inopi Curiâ poſcerentur? Habes ordinem rei. Quod reſtat enitere, ut tui aſpiratio vela faciat impetratis. Vale.

b *Ita emendandum ex Ms. Cuiac. vide infr. lib. 7. Ep. 51.*
c *Sic benè ed. Sciop. al:* quot.
d *Ita Ms. Gif.*
e *Sic Sciop.*
f *Ita Ms. Gif. & ſimiliter loquitur infr. lib. 4. Ep. 66.*

EPIST.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

SCIRE postulas, quid de lacessentibus sentiamus, Nolo consilium succensentis expectes. Neque in in eius noxam labores, quem vides abundare peccatis. Ipse causas dabit, quas non videaris optasse. Sed de illo satis habeo dictum. Veniam quò me ducit affectio. Immane quantum à litteris desidetis, *a* neque metuitis, ne vos talione silentij mordeamus. Quid hyems faciet, quæ terrâ & mari morabitur commeatus? *b* Cogitate vestri officij necessitatem, nostræ sollicitudinis vicem, eamque arripite diligentiam, quam de nobis mutuò flagitatis. Vale.

a *Ita Lect.*

b *Sic Mss. Gif. & Lect.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

GELASIUS, *c* cui factū volo, imperialis domus curam recepit, quod negociū ei aliquid dignitatis attulit, etsi plus habet honoris in moribus. Medicinam cum primis nostræ ætatis exercuit. Inde est illi via facta meritorum. Nam summates aulæ, *d* quibus juvandâ salute profuerat, testes potiùs habuit, quàm patronos. Absit, ut tibi veniat usus artis eius, cùm cætera honestamenta sanctissimi viri possint pro illo ferre suffragium. Ergo ama Gelasium, mihi jamdudum placitum, tibi me spondente placiturum. Vale.

c *Sic retinendum: ex Mss. Al:* fautum, *vulg.*

d *Sic Mss. Pith. Gif. Fuld.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

COMMENDAREM tibi Anysium, laudabilem virum, nisi in mea am amicitiam te auctore venisset. Quando igitur nihil est, quod illi meus sermo conciliet, beneficij loco habebo, si in eum sancti animi tui gliscat affectio. Nam ubi amoris rudimenta præventa sunt; secundæ *e* gratiæ locus est, ut augmenta poscantur. Vale.

e *Sic. vet. ed. Iureti.*

EPIST. LXVIII.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

RUFUS Pontificalis Arcarius prosequitur apud te mandata collegii, cui præ cęteris retinendi Vaganensis saltus cura legata est. Effice, oro te, ut divinitus videatur oblatum tui honoris auxilium, & utriusque sacerdotii te antistitem recordare. Quicquid publicus vigor, aut privata poscit industria, *a* oratus exequere. Multùm in gratiam tuam publica utilitas promovebit. Habes summam petitionis meæ. Singula autem tibi vel commonitorii series indicabit, vel Rufus expediet; cui maturum præstabis effectum, ut sequestratum paulisper officium regressus arripiat. Vale.

a *Ita Ms. Gif. & ed. Sciop.*

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

POTUIT frater meus Acutianus suo nomine quod poscit, adipisci, ut qui sit nō minùs tibi, quàm mihi familiaris. Sed interfuit officij mei, ut ei voluntariam operam commodarem. Juvat autem desiderium illius justitia postulati. Nam germanos suos; Nichasium, & Rogatianum, negocium commune curantes, vel ad disceptationem Numidici Consularis remitti postulat, vel quod ei antiquius est, te potissimùm Cognitore mavult quam primùm molestiâ litis absolvi. Quare si & illius apud te grande momentum est, & à legibus causa non discrepat, & interventus meus libram tui favoris inclinat; *b* anniti æquum est, ut optimo viro ex sententiâ procedat optatum. Vale.

b *Ms. Pith. habet* annui,

EPIST. LXX.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

FRATRUM nostrorum *c* Romani atque Magnilli petitio justa est, quam prosequendam recepi; quib[us] impendiò curæ est, ut homines Euticiæ clarissimæ fœminæ Judicum præsidio fulciantur. Intelligis eas esse

c *Ita Lect. vide lib. 2. Ep. 20.*

esse personas, quibus hæc gratia magis ex suo merito, quàm ex meis litteris debeatur. Nec mireris, ipsos super eâ re *a* scribere noluisse, cùm reverentia mei fecerit, ut nostro suffragio potius uterentur. Vale.

a *Sic Ms. Gif. Lect. & Sciop.*

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

CÆCILIANUM virum honestum, Laurentium Lavinatium defensorem susceptum commendat officium. Cui si nihil conciliationis cætera vitæ honestamenta præstarent, interventus meus gratiam tuam deberet acquirere. Ama ergò hominem placitum mihi, & *b* religiosè civitatis commodis obsequentem. Amoris autem tui sumemus indicium, si eos quib⁹ negocium familiare mandavit, adjuveris. Vale.

b *Ita benè Grut.*

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

AMICORUM desideriis operam non negamus, dum justa credimus, quæ petuntur: ut nunc mihi usu venit, qui Bassum optimis viris complacitum, non putavi suffragio deserendum. Salvâ igitur meâ existimatione, qui bonis credidi, meritum tibi hominis dies longior indicabit. Mihi satis est, si illi primus aditus *c* spem dederit pleniorem. Vale.

c *Ita Ms. Pith, vulg.*

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS CELSINO TICIANO FRATRI.

QUANDO eam Dij potestatem tibi dederunt, ut amicis ac necessarijs meis usui esse possis; confido Romano optimo viro, quo cum mihi jamdiu familiaritas est, in tuo præsidio paratam bonæ spei copiam. Duabus enim commendationibus, quarum tibi antiqua cura est, adjuvatur, mei testimonij prærogativâ, & sui meriti conscientiâ. Nam sedulò audeo judicare, dignum esse, quem pensi habeas; & ne longùm loquar,

cuius amicitia non gravêris. Spectata mihi est in eo quies animi, officij diligentia. Nemo in amicos fide utitur promptiore. Hæc ita esse, si quid mihi tribuis, velim credas. *a* Si hæret animus, hortor examines. Vale.

a *Ita benè Lect. Sciop. Vulg.* hæc: *unde Grut.* adhuc.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS AGORIO PRAETEXTATO.

EST aliquid in querelis Fasgamiæ filiæ meæ, quod mihi ex voto fateor accidisse. Nam nisi futuras sibi usui litteras popposcisset, ad scribēdum defuisset occasio. Prælibo igitur salutationem, quæ meum spectat officium. Reliqua pars paginæ ad causam clarissimæ fœminæ pertinebit, quæ sibi ab hominibus tuis nescio quid agrorum ereptum deflet. Id ego loci & meriti tui conscius, servili ausu clam te opinor admissum; atque ideò filiæ meæ correctionis facilitatem spopondi, si ad te *b* familiaris conquestio genus iniuriæ pertulisset. Quæso igitur temeratæ possessionis statum jubeas reformari. Si quid autem controversiæ est, in pignoris nostri differatur præsentiam, quæ securæ justitiæ tuæ recusat alios Cognitores. Vale.

b *Sic vet. cod, Iur.*

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS HESPERIO.

QUOTIENS viris militiæ notis testimonia deferuntur, decet operam verborum facere compendij, quia *c* nihil negocium est rebus cognitis immorari. Pro Cæsario nosti omnia facere, quæ probantur. Hunc ut pensi habeas, sperare magis debeo, quàm rogare. Si quid ultra expetis, in alias litteras conferemus. Nunc mihi multiloquio temperandum est, cùm satisfactum esse videatur, & illius voluntati, & tuo honori, & meo muneri.

Vale.

c *Sic omnes libri Mss. Iur. Cuiac. Gif. Fuld. Bert.*

EPIST.

EPIST. LXXVI.

SYMMACHUS HESPERIO.

NATURA rerum est, ut qui balbutiunt, plus loquantur: affectât enim copiam pudore defectûs. Hoc exemplum *a* in me experit, cui magna scribendi *b* impatientia est, cùm desit oratio. Duobus igitur pariter cõmeantib⁹, non putavi officio convenire, ut unis litteris *c* gemina expediretur occasio. Erit sup hoc judicatio tua, garrulusnè justius dicar, an sedulus. Vale.

a *Ita benè Sciop. ex formulâ usitatâ Plauto, & Ciceroni.*
b *Vulgata lectio cõmoda est. Grut corrigit silendi: ut loquitur Tacit. lib 4. Ann*
c *Sic benè Ms. Pith. Vulg.* expenderetur.

EPIST. LXXVII.

SYMMACHUS HESPERIO.

AMICORUM orata curare bonæ frugis officium est, præcipuè si non refragetur æquitas postulatis. Quorsum spectet hoc *d* anteloquium breviter explicabo. Sabinianum clarissimum virum ita *e* magnifico, ut quos maximè colo. Huic per impressionem nequaquam patior fratris sui *f* liberis tutelæ munus imponi. Duobus enim privilegijs amolitur injuriam, maturitate ævi, & numero filiorum. Ea res publicis signata monumentis, necdum à propositâ obstinatione deducit pervicacem petitionem. Nunc quia secundante fortunâ in te huius negocij spes recumbit; quæso ut ei virtute, quâ celsus es, *g* factum velis; cui vel in meam gratiam præstandus est favor, vel ad tuam gloriam juris prærogativa servanda est. Vale.

d *Ita Mss.*
e *Sic Mss.*
f *Ita Mss. Fuld. & Gif.*
g *Sic Mss. al.* fautum, *ut supra Ep. 66.*

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS HESPERIO.

VNus adhuc *h* superas ex summatibus litterarum, cui probari orationem meam laudis avarus *i* optarim. Res cecidit ex voto, *k* utor teste, quo volo. Iam mihi Comici adulescentis voce clamandum est; *Quis me hodiè fortunatior, venustatisque adeò plenior?* Nisi fortè amor mei stilum tuum coegit in gratiã. Fit enim sæpè, ut judicij severitatem frangat affectio, &

h *Sic Ms. Gif*
i *Ita ed. Sciop.*
k *Sic Ms Gif. Cuiac.*

amicorum facta dictaque eâ indulgentiâ censeamus, quâ plerumque singuli etiam vitia nostra diligimus. Sed hæc meritò dicerentur, nî tecum faceret existimatio optimatium, quibus sermo noster auditus est: non quò sententiæ tuæ ex aliorum consensu quæratur auctoritas; sed quia non patet suspicionibus judicatum, à quo nemo dissentit. Videro tamen, utrum fides tua, an amor illas litteras scripserit. Mihi in alterutrâ conditione æquè summus honor: sive ita magnificè de me judicas, ut gratificatus videaris: seu ita es mei diligens, ut sequius judicare non possis. Vale.

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS HESPERIO

PRÆSUMPTUM aut compertum tenes, quanta sit mihi tuæ laudis antiquitas. Ea propter nihil fieri patior, quod actuum tuorum gratiam devenustet. Prisicianus frater meus, cum primis philosophorum litteraturâ & honestate censendus, Senatu auctore salarij emolumenta consequitur. Super eius annonis dicitur orta dubitatio. Cui si nihil compendij optimatium voluntas ante tribuisset; eruditio tua fructum ferre deberet. Scis enim bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis Reipublicæ, ut disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur. Quæso igitur, ne hac inquietudine, aut jillius minuatur utilitas, aut amplissimo Ordini censendi auctoritas derogetur. Interest famæ & gloriæ tuæ, ut confirmandi magis, quàm negandi commodi causâ, de Philosophi salario *a* dubitasse videaris. Vale.

a Ita Lect. Ed. Sciop.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS HESPERIO.

EN tibi secundas litteras meas, & adhuc vicissitudo prioribus debetur. *b* Dices viandi negocio impeditam diu operam scriptionis, & alia forsan multa causabere. Ego pro tui amore hanc *c* veniam non gravabor.

b Ita Lect. Ed. Sciop.

c Sic Mss. Gif. & Fuld. h. e. nõ gravatè dabo.

vabor. Sed eodem amore postulo, ut cùm erit ocium, mora necessarij silentij officio voluntario suppleatur. Vale.

EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS HESPERIO.

VITALIANUM clarissimum virum mei potiùs officij gratiâ, quàm in adjumentum suum credo litteras poposcisse. Nam cùm ipsi ad promerendum tuum amorem nihil ultrà possit accedere; id tantùm videtur egisse, ut mihi ex munere conciliatio tui uberior proveniret. Cape igitur delibatam cursim salutationem: cui si facundiâ largiore responderis, in exemplum copiæ ingenij mei maciem provocabis. Vale.

EPIST. LXXXII.

SYMMACHUS HESPERIO.

SUM quidem silentij tui vehementer impatiens, quod genus querelæ amantibus familiare est. Sed proximis litteris *a* tuis desiderium meum expletum esse confiteor. Itaque habeo gratiam, multoque opere te obsecro, scriptioni frequenter indulgeas. Hæc enim sola officia nullum faciunt de assiduitate fastidium. Vale.

a *Sic Mss. Gif. VVovv. ed. Sciop. Lect.*

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS HESPERIO.

RELIGIONIS indicium est, quòd me taciturnitatis *b* incessis. Sed velim credas, infortunij fuisse non voluntatis, quòd diu officio scriptionis abstinui. Nec puto ignorare te, *c* quatenus in nos fortuna sævierit, quæ me amantissimo atq; optimo fratre privavit. Proinde, si dies longior sensum tanti doloris exemerit, familiaribus litteris solemnis cura præstabitur. Vale.

b *Sic Ms. Pith. & Iur.*

c *Ita vet. cod. Iur.*

***

EPIST. LXXXIV.

SYMMACHUS HESPERIO.

QUOTIENS tua sumo colloquia, quædam ante oculos præsentiæ tuæ imago versatur: atque ideò uberiorem capio voluptatem, quòd & tui officij, & mei meriti sentio vigere *a* monumentum. Sed ut prō-ptior circa me huius muneris diligentia perseveret, etjam ipse curam deferendi sermonis arripui, frequenter expertus dilectum religiosi animi incentivo vicissitudinis *b* provocari. Vale.

a *Sic Mss. Iur. Gif. Fuld. Vatic. Bertin.*

b *Ita ijdem codd. omnes.*

EPIST. LXXXV.

SYMMACHUS HESPERIO

TANDEM bonæ valetudinis *c* compos, quæ à me hucusque dissenserat, nunc te societate commoditatis impertio, quem præteritæ sollicitudinis participem habere vitavi: etsi scio ne illo quidem tempore, quo officium meum morbus *d* inhibebat, ab hujusmodi munere temperatum. Restat, ut servantiam vicissitudine munereris. Ea namque res & tuam curam probabit, & refectioni meæ adiumenta sufficiet. Vale.

c *Ita omnes Mss.*

d *Sic Ms. Pith. Lect. Ed. Scop. Ita loquitur infr. Ep. 91.*

EPIST. LXXXVI.

SYMMACHUS HESPERIO.

VTRUM Mediolani etiam nunc tibi posito pagina ista reddenda sit, in ambiguo colloco. Peccari tamen in amicitiæ *e* fidem credidi, si litteris *f* tuis mutuum honorem destitissem. Nihil ergò cunctatus commisi eventui solemnem hanc & simplicem dictionem salutis, quæ si in manus venerit, fac oro, ut perveniſſe litteras meas sermonis tui recursus ostēdat. Vale.

e *Ita Ms. Iur.*

f *Sic Lect. ex Ms. VVouv.*

EPIST. LXXXVII.

SYMMACHUS HESPERIO.

SI facultas ad scribendum sæpè supperet, voluntas nunquam deesset officio. Huius rei evidens certūq; docu-

documentum est, quòd ubi primùm amici communis fida affulsit occasio, libens scribendi munus arripui. Intellexi enim jucundiores tibi fore litteras, *a* si has tibi familiarior tabellarius reddidisset; qui non solùm epistolam, sed insinuationem quoque actuum meorum fideliter exhibebit. Vale.

a *Sic Ed. Iur. Lect.*

EPIST. LXXXVIII.

SYMMACHUS HESPERIO.

NUNQUAM *b* in me parcam, quin tuo animo obsequar. Novi quàm sis sermonis mei exoptans. Propterea decrevi cum animo, nihil supersedere litteris porrigendis, nec expectare vicissitudinem, ne scribendi tardior fiam. Sed ut ipse metui, ne mihi foret flagitio, si tacerem, sic velim tu caveas, culpam dissimulatæ familiaritatis *c* accendere. Quod te curaturum liquidò habeo compertum; quia non minùs ingenium tuũ quàm meritum meum cogitans, nequeo tui amoris esse diffidens. Vale.

b *Sic ed. Mog. ex Mss.*
c *Ita omnes Mss. Gif. Bertin. Fuld. Vatic.* h.e. suspicionem excitare

EPIST. LXXXIX.

SYMMACHUS ANTONIO.

NON incognito quidem nobis eloquij splendore nituisti; *d* sed magnis rebus accommodata, & maiestate scripti aptata, gloriam, quam magisterio antè quæsisti, recens auxit oratio. Nam præter loquẽdi phaleras, quibus te natura *e* ditavit, senile quiddã, planèque conveniens auribus Patrum, gravitate sensuum, verborum proprietate sonuisti. Denique etiam hi, quorum Minerva *f* rancidior est, non negant, facundiam tuam Curiæ magis, quàm caveæ convenire. At illi, quos cothurnus altior vehit, *g* & structurarum pegmata delectant, neq; tristem soliditatẽ, neq; lasciviũ leporem cõsonâ laude celebrarunt. Hæc sunt enim condimenta oris & pectoris tui, q nec gravitate horres, nec venustate luxurias; sed ratione fixus ac stabilis germanos

d *Ita ex vestigijs Mss. emẽdat Sciop. hoc sensu:* Antehac oratio tua in rebus levioribus versabatur: nunc autẽ, ubi eam ad magnas res applicuisti, iisq; scripti seu stili tui, maiestatem aptasti, gloriam tuã auxisti.
e *Sic omnes Mss.*
f *Ita ex vet. cod Iur. & ed. Sciop.*
g *Ita in Mss. Iur. & Pith. Al:* pigmẽta.

germanos colores reb⁹ obducis. Nolo igitur expectes judicium meum, *a* ne amore delinquam. Quid varia ingenia senserint, res intimavit. Fuit enim in illâ ratione, quod unusquisque diligeret, & pro ingenij sui qualitate laudaret. Quare sequere cœpta fœlicia, & te in omnibus æmulare. Nobis ad testimonium religionis satis est non siluisse sententiam cæterorum. Vale.

a Sic Ms. Cuiac.

EPIST. XC.

SYMMACHVS ANTONIO.

ETSI amore *b* prævenior, ne sim circa te avarus officij; nunc tamen libentiùs, quàm sæpè aliàs, scribendi munus insisto. Primò, quòd abitio fratris nostri Marij, quodam viatico carere non debuit. Dehinc, quòd litteras meas putavi pluscul um commendationis habituras, si tibi per eum, quem sanctè atque efflictè diligis, redderentur. Fit enim plerumque, ut levia rerum portitor festivus exornet. Aliâ quoque de causâ studij mei ardor incanduit; quòd tecum super talis viri laude putavi gratulandum, qui è provinciâ suburbanâ tantum reportat publici desiderij, quantũ reliquit exempli. Non dicam dolo, utpote subpalpandi nescius. Viget in eo vena fraterna. Eòque magis factum est, ut discessum eius impatienter feramus, qui in uno frui videbamur ambobus. Vereor protelare testimonium meum, ne magis laudi eius obsecutus judicer, quàm pudori. Nam quorum mens honesta est, eorum imbecilla frons est. Tu de paucis conjice plura, quæ nunc insinuare non decuit, sed per alium scribere non pigebit. Vale.

b Sic Ms. Pith.

EPIST. XCI.

SYMMACHVS ANTONIO.

DUDUM te, mi frater, silentio indulgere mirabar. Ea res impendiò augebat dolorem, quòd ipse minimè scribendi observantiam negligebam. Simul atq; accepi litteras tuas, animum subijt lætitia, quærela dese-

deseruit. Amicitia enim citò sanatur officio. Tu quoq; ita paginam melle eruditissimi oris obleveras, ut quælibet offensa tanquam Lethæo *a* poculo mergeretur. Verso igitur stilo gratiam fateor, qui expostulare meditabar, adjiciens postulatum ne vnquam supersedere litteris perseveres. Quòd si scribenda defuerint, mihi satis erit, ut tibi gratuler sospitatis. Vale.

a *In Vatic. est flumine.*

EPIST. XCII.

SYMMACHUS ANTONIO.

DULCE certamen est familiaris officij: & ideò jure ambo cavimus, ne alternis vinceremur. Gratulor igitur pares nos esse, non solùm affectione mentiũ, sed etiam vicissitudine litterarum. Curabo tamẽ posthac, ut obsequij mei trutina, *b* & libra præponderet, ne videatur inertiæ quoddam esse colludium, semper æquâ lance censeri. Itaque scribam sæpius, modò facultas commeantium non desit optanti. Ita fiet, ut & ipse laudem sedulitatis affectem, & te curis publicis occupatum, ad rependenda colloquia assiduitate sollicitem. Vale.

b *Sic Ms. Iur. & Pith.*

EPIST. XCIII.

SYMMACHUS ANTONIO.

SANCTUM Zenonem commendare non debeo, quem scio ad clientelam tuam & amicitias pertinere. Sed in eo tanta morum probitas est, ut laudes silere non possim. Itaque virum bonis omnibus meritò suæ sedulitatis acceptum, quæso etiam me *c* precante propensius fovere digneris; præstaturus & tuæ famæ, quæ debet omnium ore celebrari, & interventui meo, ut has litteras sibi profuisse *d* subintelligat. Vale.

c *Ita vet. cod. Iureti.*

d *Sic ed. Sciop. ex Ms. Gif.*

EPIST. XCIV.

SYMMACHUS SYAGRIO.

LAUDENTUR incogniti, ut eorum merita in occulto

culto sita testimonij splendor irradiet. Mihi impræsentiarum supersedendum est huiusmodi scriptione, ne incepti *a* frustra sim, si fratrem meum Palladium spectatum bonis omnibus, facundiæ atque eruditionis astipuler. Dehinc cauto opus est, ne impar tanto viro prædicatio, neque eum cui defertur, æquiparet, & meam operam devenustet. Quiesco igitur has partes, & hoc unum tibi persuasum volo; mereri facundiam Palladij, ut doleamus, quòd *b* urbi negatus est: mereri amabilitatem eius, ut quòd accitus est, gaudeamus. Vale.

a *Sic Ms. Pith.*

b *Ita Ms. Pith. Cuiac. Ed. Sciop.*

EPIST. XCV.

SYMMACHUS SYAGRIO.

QUOD nullas sumpsi litteras tuas, cùm mihi à Principibus æternis legenda in concilio Patrum delegaretur oratio; scio non fuisse fastidij tui. *c* Nam bonæ & exploratæ amicitiæ, vel *d* si cesset officium, satis tutæ æstimationes sunt. Propterea talionem referre vitavi, veritus, ne quod tu invitus feceras, ego offensus crederer reddidisse. Lōgè enim diversa conditio est fortuiti, quàm affectati silentii. Res quidem una negligitur: plurimùm tamen refert, quis eam quasi *e* occupatus, quis quasi oratus omiserit. Sed de hoc satis habeo dictum. Nunc, si me amas, vel quia me amas, (nam referri confido, quod defero) contestare apud invictos Principes gaudium meū, qui humanæ voci divinas litteras crediderunt; quorum victorias ex mei oris prōptuario Senatus audivit. Fac veniat in mentē, quis ille dies illuxerit, quo quasi ex mediâ profectus acie, auribus & animis omnium salutarem nuncium primus infudi. Olim cùm res Romana adoreæ militaris potita est, Polluces gemini apud Iuturnæ lacum prælii secunda vulgarunt. Eos quippe priscorum voluminū fides tradidit, anhelis equis, plenos sudoris & pulveris, famâ belli post tergum relictâ, indicium affectasse victoriæ. Idem nunc mihi sacro iudicio factus est honor.

c *Ita Ed. Iur.*

d *Sic leg. ex v. c. Iur.*

e *Ita Ms Cuiac.*

Ita

Ita quantum gratiæ Castores adepti sunt, tantum Principes præstiterunt. Hæc *a* pro me copiosius & ornatius, quantum es *b* linguæ melior, apud auctorem beneficij prosequêris. Habes summam voluntatis meæ; cui si quid commendationis inspiraveris; cæteris ornamentis animi tui adjicietur decus præsentis officij. Vale.

a *Sic Lect.*

b *Sic ed. Sciop. Al.* linguâ.

EPIST. XCVI.

SYMMACHUS SYAGRIO.

STUDIUM & scribendis orationibus *c* exhibebam, præmio laudis auxisti. Vetus quippe sententia est; Artes honore nutriri. Quis autem tam cumulatus honor, quàm palma dicendi? Ergò etsi intelligo, *d* quòd nostri amore fallaris; tamen titulum præclari testimonij albo calculo veterum more signabo. Non enim mihi ex ore jejuno tributa laudatio, sed de facundiæ penu boni judicij fructus arrisit. Vereor indulgere verbis præconij tui, ne gratificandi operam mutuam credamur adniti. Vale, & ut es nostri diligens, religiosam observantiam *e* persevera. Vale.

c *Ita Ms. Cuiac. & Vulg.*

d *Ita Lect. optimè: & ed. Sciop.*

e *Sic retinẽdum ex veterratione loquendi.*

EPIST. XCVII.

SYMMACHUS SYAGRIO.

MEÆ litteræ, quoniam acceptæ sunt tibi, crebrius commeabunt. Nam ut respondeas, non laboro: siquidem videtur injurium flagitare officia, quæ sponte religiosus animus pollicetur. Vale.

EPIST. XCVIII.

SYMMACHUS SYAGRIO.

DUDUM mihi nullus litteris tuis honor factus est. Quererer de silentio tuo, si de religione dubitarem. Sed quia amicitia usu credita, & *f* expensa documẽtis, à periculo suspicionis aliena est. Intelligo quidẽ per occupationes publicas inhibitam diligentiam scriptionum tuarum: verùm quæso intermissum mu-

f *Merc.* experta.

nus

a *Ita supplēdum ex Ms. Iur. Gif. Fuld. & Bertin.*

mus instaures. *a* Stabit apud me gratia tributi officij, quasi nulla negati culpa præcesserit. Vale.

EPIST. XCIX.

SYMMACHUS SYAGRIO.

b *Sic Lect. & Sciop.*

SI quando mihi apud amicum testimonij dictio est, cohibeo operam plus loquendi. *b* Nam quid religio ubi agit, desideratur oratio. Fero igitur ad te nudum de familiari meo Pontigano, sed fidele judicium: quem nisi amore nostro dignum probassem, minimè tuo traderem. Mens eius in aperto est, vita spectat ad laudem. Scis certè, nunquam me faciliorem favoris esse, quàm veri. Horum omnium fidem confirmabis, cùm in illo plura repereris. Vale.

EPIST. C.

SYMMACHUS SYAGRIO.

c *Ita Lect. & Sciop.*

d *Sic Iur.*

INSTAURANT dolorem fera solatia, & ideò mutuum silentium calamitatibus nostris præstare debemus, ne fortunæ vulnera, quæ cicatricem processu temporis ducunt, *c* intempestivè contrectata crudescāt. In alia potius sermo vertendus est, quæ te ad curam sanitatis hortentur. Omnis quippe internus dolor corporis hyemali crescit injuriâ: ac nisi iter apricis diebus, & auris *d* salubribus egeris, malè metuo, ne vitium contemptus exaggeret. Nunc ea, quæ remedio accommodare credidisti, vel quæ nobis commendavit utendi exploratio, ad te misi; inter votorum summa constituens, ut remediorum talium necessitatem spōtaneâ incolumitate prævenias: aut si quæ morbi relliquiæ fuerint, his orationibus tergeantur. Satis autem muneris communi amicitiæ dabis, si sollicitudinem, quæ mihi ex ægritudine tuâ oborta est, prosperiore nuncio nihil moratus exemeris. Vale.

EPIST.

EPIST. CI.

SYMMACHUS SYAGRIO.

VIDEO, *a* Consul ampliſſime, quantũ mihi amor tuus honoris imponat. Jubes te adeam, & coram defruar magiſtratûs tui gaudio. Quo pacto iſtud poſſim negare, niſi eâ religione ignoveris, quâ vocaſti? Nam quid agam fortunæ dubius, cùm hinc inveterato obſequio honoris tui, hinc luctu amiſſi fratris impediar? Duæ mihi ſimul diſpares perſonæ offeruntur. Quî fieri poteſt, ut os unum contrarijs affectionibus induamus? Proinde animi *b* æquus huius *c* oneris facito mihi gratiam. Fortunati ſellam tuam læto agmine proſequantur. Auſpicijs tuis quivis fati integer amicus interſit. Me ſinito interim tempore aut ratione decoquere crudum dolorem. Quid, quòd etiam parentes mihi in communi mœrore ſolandi ſunt? quorum ærumna geminabitur, ſi illis tam immaturæ peregrinationis meæ cura jungatur. Eſto igitur promptus ad veniam. Certè ſi putas arguendum, quòd *d* deſimus, fortunæ meæ potius iraſcere. Illa iniecit manũ, illa invitum retraxit. Ita tibi non perſuadeat, ut eſt, *e* eadem Dea impotens, me noluiſſe proficiſci. Vale.

a *Lege infr. Ep. 21. lib. 3. & Ep. 103. lib. 9.*

b *Sic emend. Lect.*

c *Ita Mercerus.*

d *Ita Ms. Gif. Al:* deſumus.

e *Sic Lectius.*

EPIST. CII.

SYMMACHUS SYAGRIO.

MEDIOLANI te agere ante litteras tuas fama pertulerat, quæ nihil ignorari de conſpicuis viris patitur. Sed *f* quid juvat deſiderantes, quòd perve&tus in proxima nobis negaris? Æquius ferebam longinquam tui *g* ſeparationem. Spes enim præſentiæ tuę magno intervallo negata ceſſabat. Nunc expectationem noſtram *h* viciniæ facilitate ſollicitas. Nec te excuſare Collegis interventus Alpium poteſt; eò quòd juſtior nobis ad querelam facta eſt via, quò tibi ad veniam cauſa deterior. Sed dolori meo faciendus modus. Saltem *i* poſthac epiſtolę tuæ Romam frequentent,

f *Ita Iuratus.*

g *Sic Ms. Gif. Cuiac. & Sciop.*

h *Sic ibid. benè.*

i *Ita Lect. & Sciop.*

Hyblæ aut Hymetti favis jucundiores; quarum me in maximo fœnore perceptio juvat, solutio defatigat. Vale.

EPIST. CIII.

SYMMACHUS SYAGRIO.

a *Sic ex Ms. Cuiac. leg.*

QUICQUID muneris in *a* præsentes contulisti, officio videtur esse delatum. Nos qui consulatui tuo variâ occupatione defuimus, amicitiæ honore affecti sumus, non mercede præsentiæ. Ago igitur tibi oblatione consulari gratias uberes, sed bonâ mente majores. Et nisi verecundia tua verbis meis poneret modum, latius evagarer. Atque ideò sermo interim parcus erit, memoria verò prolixior. Vale.

EPIST. CIV.

SYMMACHUS SYAGRIO.

TUÆ quidem virtutis est, omnes qui Palatinis stipendijs enitescunt, juvare præsidio. Sed specialis à me viro optimo Romano cura debetur, amicitiæ gratia, quæ inter nos longâ adolevit ætate. Quare si quid testimonio meo tribuis, nolo dubites, dignum esse, quem diligas, & quem maximis officijs muneres. Certè si examen de eo habere digneris, pronunciabis meis litteris defuisse, quæ in illius meritis invenies redundare. Vale.

EPIST. CV.

SYMMACHUS SYAGRIO.

NEC ociosum penitus arbitreris, committo eruditioni tuæ vigiliarum mearum testem libellum, *b* quo nuper in Senatu sustuli civium secunda suffragia. Vides quo præjudicio antevertam gravissimi examinis tui severitatem. Non stylo mei meritum prætendo, sed Ordinis judicatum. Communis mihi & *c* authoribus meis causa est. Scient omnes, aut consensum tuæ de nobis sententiæ, aut *d* contumeliam suæ. Vale.

b *Ita Ms. Gif. & Sciop.*

c *Sic Lect. ex Ms. Cuiac.*

d *Ita Ms. Gif. ed. Sciop.*

EPIST.

EPIST. CVI.

SYMMACHUS SYAGRIO.

POSSE *a* aliquid amicitijs æstimor. Hinc spes oritur, quæ Theophilo clarissimo viro tuam opem de meo sermone promittit. Quid igitur eius commodo velimus, in aperto est. Effice, oro te, ut eum fiducia mei non videatur esse frustrata. Vale.

a *Sic Sciop.* h. e putant omnes, me operâ amicitiæ, quæ mihi tecum est, aliquid posse, & hinc sperât amici mei, te respectu commendationis meæ Theophilo opem latu-rum.

EPIST. CVII.

SYMMACHUS SYAGRIO.

ALEXANDER vir ornatissimus, sortitus provinciam *b* Præsidialem, putat honori suo incrementa præstari, si tuo amore potiatur. Quare desiderij sui me adscivit interpretem, sciens apud te tantum loci esse litteris meis, ut hæc commendatio maximi testimonij instar habeatur. Vale.

b *Ita ed. Iur.*

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER II.*

* Editus post eius obitū à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI SALUTEM.

HIC ILLE EST PARALIUS, cui *a* accusator pater quantum discriminis movit, tantum laudis paravit. Multis enim quæstionibus, &, quod est potissimū, Principis ore purgatus Senator, arguere non potest parentis impiam voluntatem, quæ illi præstitit innocentiam clariorem. Hunc si amare postulas, Imperatoris nostri testimonium lege, ut advertas fœliciter factum reum, quem sic videas absolutum. Vale.

a *Sic omnes Mss. Fuld. Bertin. & Vatic. optimo sensu.*

EPIST. II.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

TACEAT prodiga laudis vetustas; *b* quæ Apellem, Zeuxim, vel horum similes, ut quemque ætas tulit, voluminum honore dignata est. Mihi *c* erga Lucilli prædicationem sermo parcior, fides major est. Quid enim juvat indulgere verbis, cùm rem liceat

b *Sic Ms. Cuiac. & Lect.*

c *Ita Lect.*

liceat experiri? Sit igitur de hoc *a* tua existimatio, qui bonarum artium spectator semper fuisti. Ego Lucillum modestiæ *b* meræ atq; honestatis adstipulor. Videturne tibi dignus esse, quem diligas, cuius gravitas sponsore me nititur, ars & eruditio te ipsum judicem *c* meretur? Vale.

a *Sic idem Lect.*

b *Ita Ms. Gif. & Sciop.*

c *Sic Lect. & Grut. optimè.*

EPIST. III.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

FRATRUM negocia velle cognoscere, pia & honesta *d* curatio est. Lubens igitur respondebo quæsitis. Capuam multo imbre pervenimus. Hìc triduum commorati ad levandum laborem, Terracinam prius, & postridiè Formias continuato *e* petivimus excursu. Fors fuat, an possit *f* biduo tenus eiusdem nos prædij annona retinere. Vos interea peracto quod Romæ agere destinastis, Appiam Dijs auspicibus inchoate, eâ dimensione, ut iter nostrum proximis vestigijs urgeatis. Vale.

d *Ita opt. ed. Iur.*

e *Sic rectè vet. cod. Iur.*

f *Ita idē cod.*

EPIST. IV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

VOLO quiescas, & curarum vacuus ocieris. Nam mihi vir honestus Antonius fecit indicium, legationis Africanæ consilium torpuisse. Accessit ad fidem nuncij, quòd similia super hoc negocio recentes amicorum litteræ pertulerunt. Num est aliud, quod scire postules? Imò verò, *g* ut mea fert opinio, vel primùm hoc tibi debuit indicari. Ubi è Cumano navem solvimus, pænè albente cœlo majore ope remigum, quàm ventorum favore, Formianum littus accessi. Jam Sol meridiem fregerat: amicorum, quos minor navis accepit, tardior navigatio fuit; incertum vento obstante, an per negligentiam ministrorum. Hæc interim ratio scribenda suggessit. Curabo, ut frequentibus litteris merear de te similis officij diligentiam. Vale.

g *Sic Iuretus.*

EPIST. V.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI.

DELATI Formias post multam partem diei, cùm vos eius rei sollicitos crederemus, percontationem vestram scriptione *a* prævertimus. Nec magis de navigatione fuistis anxij, quàm trepidabamus, ne diu esseris incerti. Quodigitur responderi posset litteris *b* vestris, prior sermo consumpsit. Nunc æstimate, quantò nostra de vobis melior fuerit judicatio, quàm vestra de nobis. Contemplati enim sumus magnitudinem sollicitudinis vestræ, priusquam litteras mitteretis: cùm ideò mitteretis, quia nos scripturos, nisi admonitos non putastis. Vale.

a Ita benè Iur In Ms. Pith. est prævenimus.

b Sic Ms. Cuiac. Pith. & Gif.

EPIST. VI.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI.

EMENSI hæc quoque littora, quæ post Formias in Anxurim *c* porriguntur, navem ac remiges non moramur. Sed Dijs opus est, ut hic reditus noster nihil reperiat pœnitendum. Frequens enim sermo est, tenui victu in turbas plebem moveri. Nec ulla spes datur, præsentibus angustijs copiam posse succedere. Annus ubique ad famem *d* proximus. Classis in alios conversa cursus. Æstas propè decessit autumno. Dijs me hercule, uti præfatus sum, deleganda est huius incerti administratio. Hominum autem remedia, diu dissimulata, jam sera sunt. Vos valete, & litteras sperate meliores, si fortuna urbis nostræ secundis amara mutaverit. Vale.

c Ita ed. Iur.

d Nihil heic mutandum.

EPIST. VII.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI.

FORTUNATUM te cum primis hoc in tempore judicarem, quòd exemptus patriæ incommodis ociaris: nisi scirem, bonos cives, & tui similes, gravius ferre adversa, quæ non vident. Ea quippe rerum natura est,

est, ut quidquid ab altero cognoscitur, asperius & majus habeatur. Adde quòd integer animus putat innocentiam suam minui, si *a* periculis suorum desit. Hæc ego, nō ut celerem reditum tibi suadeam, sed ut noveris in cōmunibus malis nihil esse, quod præferas. Quid enim juvares *b* Rempublicam, quamquam omnium prudentissimus, si redires? Jam primùm consilio *c* locus nullus est, dum in deliberando persona censentiū pondus sententiis facit. Quando resistitur potiori, quando ceditur pari? Dehinc præsens status non sapientiam, sed fortunam requirit. Defectum timemus annonæ, pulsis omnibus, quos exerto & pleno ubere Roma susceperat. Fors fuat, ut his remediis convalescamus. Quanto nobis odio provinciarum constat illa securitas? Dii patrij facite gratiam neglectorum sanctorum! Miseram famem pellite. Quamprimum revocet *d* urbs nostra, quos invita dimisit. Plura tecū loqui, quàm necesse est, de adversis communibus non libet. Cura ut valeas, & quicquid humanâ ope maius est, Diis permitte curandum. Vale.

a *Ita Lect. & Scrop.*

b *Ita Ms. Pith. vulg.* curam p.

c *Sic Ms. Pith.*

d *Ita Ms. Cuiac.*

EPIST. VIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

REDDITÆ sunt mihi primæ litteræ tuæ, tam breves, tam festinatæ, ut iter tuum viderentur imitari. Sed si mihi credis, non est in illis *e* desiderata prolixitas. Omnia enim, quæ de amplitudinis tuæ prosperis nosse cupiebam, succinctâ enumeratione complexus es, quantâ valetudine vigeres, quâ celeritate perfectus sis, quid in æterno Principe serenitatis inveneris. Ausim dicere, uberiorem rebus, quàm verbis fuisse illius epistolæ paginam. *f* Nam multa erat, quæ gaudere deberem, cùm essent pauca, quæ legerem. Tu tamen post hæc memento, etiam familiares chartas rigare facundiæ tuę copiis. Neq; enim te exhaurit, quòd adeuntium preces indefesso absolvis affatu, quòd venerandi Principis *g* mentem loqueris, & oracula.

e *Ita omnes Mss. q.d.* non desideravi.

f *Sic optimè ad sensum, nihil, mutandum.*

g *Ita optimè Turetus.* oracula *sunt verba Impp.*

Sint ista prima; nec tamen sola. Tantum namque publico usui à te patior impendi, ut nihil solatijs meis detrahas. Vale.

EPIST. IX.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

ET tui cultûs, & mei officij gratiâ quælibet ad scribendum amplectenda esset occasio; tantùm abest, ut eam præterire debuerim, quam civis ingessit. Agnoscis enim *a* de septem montibus virum, & domi cognitũ bonitate generis, & foris *b* ætate militæ: pro quo mihi apud te loqui longùm nõ est necesse. Commendatio enim præstari debet incognitis. Huic verò ad conciliationem gratiæ tuæ sufficit, quòd & Romanus, & amicus est. Vale.

a *Sic Ms. Gif.* h. e. civem Romanum. *eleganter. Roma enim ἑπτάλοφος, septicollis.*

b *Sic vulg. Lect.* arte. *Grut.* societate.

EPIST. X.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

IUSTITIA quidem suffragium non requirit; sed amicitiarum plerùmque respectu, causarum celeritas adjuvatur. Quorsum istud inquies? Ut noverit eximia dignatio tua, sperare quidem vitum laudabilem, *c* [*Charissimũ ex Comitibus,*] de negocij qualitate, quòd optatum exitum possit adipisci: sed intelligere, cessurũ sibi aliquid ad promerendum studium Cognitoris, si meis litteris fulciatur. Quæso igitur, ut eius, quem fraternâ affectione complector, orata promoveas. Quæ ideò commendanda suscepi, quia *d* mores petentis expendens, æqua esse præsumpsi. Vale.

c *Hæc verba absunt. à Ms. Pith. nec faciũt ad sensũ. Tollenda igitur.*

d *Ita Mss. Cuiac. & Gif.*

EPIST. XI.

AD Idus Novembres Romam regressus (nam te quoque idem esse facturum putavi) adventum tuum impatienter opperior. Et sanè scio litteras meas tibi haud longè ab urbe reddẽdas. Nam sanctus Patricius, quem Præsulem itineris tui esse voluisti, brevi te affore

affore nunciavit. Dij vertant bene! Pro tempore pauca libavimus; sed fabulis plura servamus, Vale.

EPIST. XII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI

SPATIARI in foro Urbis æternæ post acceptas à me litteras plerosque cognovi; etsi *a* nimis vereor, ne quid fraudis admiserit simulata properatio. Meritò apographa epistolarum mearum, simulque hominum nomina relegenda tibi subieci. Tu vicissim mihi de singulis aut impleti officij fidem nuncia, aut violati prode perfidiam. Non minore sanè curâ cupio cognoscere, an omnes obsignatas sumpseris eo annulo, quo nomen meum magis intelligi, quàm legi promptum est. Nihil autem fuisse, quod metuâ publicari, decursis exemplaribus judicabis. Nec est ulla inter nos causa secreti. Aperto pectore officia pura miscemus. Nihil in conscientiâ latet, quod scriptorum cuniculis occultatur. Sed æquum est, ut simplicitati nostræ non finamus illudi. Neque enim diligentia mea debet admittere proditorem, quia cautio præstitit, ne timerem. Vale.

a Ita Ed Scip.

EPIST. XIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

CUM civiles & bellicas laudes Domini nostri Theodosij stili honore percurrerem (magis enim contigisse me omnia, quàm satis feciſſe singulis fateor) etiam leges eius bonis pacis admiscui; quas ut noveram priscis ademisse admirationem, ita reservasse novis parem gloriam non putabam. Verùm hæc recens sanctio de fideicommissis, & codicillorum commodis ab optimo Principe in æternum repudiatis, tantum claritudine egreditur lucem superiorum, quantũ *b* augustius est, *b* Regenti sibi, quàm subditis modum ponere. Atque utinam privata avaritia mentem latoris intelligat, & mores de legibus trahat! Neque enim la-

b Ita Ritt. & Iur. ex Mss. Gisan. nec improbat Scip.

tet, quid sponte cæteros velit facere, qui *a* suscepa compēdia primus exhorruit. Ergò certè vereor, ne improborum sitis ad *b* rem existimet pertinere quæstū caducum; siatque innocentium causa deterior, si ad eos tantùm falsi redeat occasio, qui neque lege, neque pudore cohibentur. Ergò quia Dominorum conditio restrictior est, privatis cupiditatibus medicina juris occurrat. Frigent jamdiu apud homines criminosos vetera decreta, quorum vigor cum latoribus suis óccidit. Tantumdenuò legibus severitatis addendum est, quātum flagitia creverint. Alioquin, si majoris partis deseritur emendatio; frustra se asperis sanctionibus solus Imperator adstrinxit, qui semper bonus & integer moribus fuit. Vale.

a *Sic Mss. Gif. & Fuld.* h. e. iam recepta, & usitata. *Vulg.* suspecta.
b *Sic ed. Sciop. 1ur.* ad se.

EPIST. XIV.

SYMMACHVS SYAGRIO.

AURELIANUM filium meum, qui nunc cohortes urbanas gubernat, in amicitiam te jubente suscepi. Unde factum est, ut ei cōmendationem, quàm priùs de te meruit, non negarem. Neque enim tibi videtur oneri fore, quod ipse fecisti. Petitio autem *c* pudentissimi juvenis de infortunio soceri sui nata est, cujus iste factum non tuetur, sed lapsum desiderat sublevari. Facito quod soles rogantis intuitu: & si quid negocio justitiæ deest, remitte pietati. Vale.

c *Ita Lect.*

EPIST. XV.

SYMMACHUS SYAGRIO.

MODESTISSIMIS & tui amantibus viris Marcello & Romano, magis ex usu amicitiæ, quàm in effectum commendationis litteras dedi, ne quid apúd te adjicerem jam probatis Nosti hominum verecundiam, *d* diligens studium: de officiorum *e* varietate non dubitas. Quis ergo locus testimonio meo superest, cùm tuo de illis judicio nihil possit accedere? Et tamen, si cumulum sibi addi plena patiuntur, quæso

d *Ita* εὐστόχως *disting. Lect.*
e *Sic Ms. Pith. & Lect. Vulg.* veritate.

so *a* subintelligant, meis precibus auctam, circa se tuã gratiam. Ita fiet, ut mihi quoque acceptum referant, quod ipsi à te sine adstipulatore meruissent. Vale

a *Ita Ms. Gif. & Sciop.*

EPIST. XVI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

SI necdum filij mei Nicasij laudabiles mores, & honestum institutum didicisti; *b* accipe locupletissimum vadimonium meum *c* Promotum, virtute & humanitate conspicuum: cui jamdiu *d* natalis familiaritate ociatur, & bona optimi juvenis de illius expendere judicio. Justa enim conjectura est, quæ de amicorũ pondere & æstimatione colligitur. Nam meæ adstipulationis minor causa est, cùm superioris persona præponderet. Cuius honori tribuendum est, ut à te, non ut novus subdendus examini, sed ut jam probatus habeatur. Vale,

b *Ita ex Ms. Gif. correxit Sciop.*

c *Ad quem infra l. 3 epistolæ sunt.*

d *Sic Ms. Gif. & Fuld.*

EPIST. XVII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

SOLET generalem salutationem familiaris sermo præmittere. Hanc ego impensius tibi voto optare studeo, quàm stilo dicere. Ergò ad vicem verborum solemnium scitu digno complectar. Filij nostri in sinu aviæ etiam nunc morantur. Da veniam, si annis gravis, & interim solatio tuo carens femina, tenaciter retinet secundum levamen ævi ac solitudinis suæ. Nos tamen alteri eorum viæ instrumenta, alteri in societatẽ consilij, comitem præparamus. Tibi peregrinationem senio esse, invitus audivi, vel q̃ est dictu dignius, parùm credidi; cùm patriæ bona & pignerum gaudia in optimi Principis dignatione *e* possideas. Quare abjice Bajanas cogitationes, & virtuti infructuosam quietem. *f* Omni ocio labor hic tuus lætior est. Amplectamur moneo amabilem sub amante militiam.

Vale.

e *Ita Lect.*

f *Ita supplet Ms. Cuiac.*

EPIST.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

Coniunge cum hac epist. 34. & 35 lib 5.

ITA votis in te meis felix eventus arrideat, ut ego graviter fero, fratrem *a* Hephæstionem per te mihi cognitum, per se probatum, nescio quid amaritudinis incidisse. Et quia virtutum tuarum contemplatio facit, ut illius fortunæ applicem, quod apud te minore momento est; ad preces versus, ut tibi respondeas, famamque cogites, rogo. Præsta hoc contubernio, præsta judicio tuo, ut tibi nõ desit patientia, *b* si illi modus defuit. *c* Nolo videaris despectu amici satisfacere cuidam nuper Romã regresso, *d* cuius apud nos querela auxit gloriam tuam. Certè Eusebius medicorum potissimus obsequio tuo à me traditus, & ad leniendas opportunus offensas, jam poterit amara condire: de cujus facetijs duo spondeo, nec Hephæstioni temperamentum, nec tibi defuturum esse solatium. Vale.

a *Sic Ms. Cuiac.*

b *Ita Sciop.* h.e. Si Hephæstioni *modus* vel *temperamentum defuit.*

c *Sic ed. Iur. Sciop.*

d h. e. *qui conquestus est de te, quod ab amore Hephæstionis inimici sui te non patereris abstrahit; ne itaque nunc illi satisfacias Hephæstionem despiciendo.*

EPIST. XIX.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

EN tibi filium nostrum, quem solatio decerpsimus nostro, dum desiderio tuo cedimus. Tandem fultus charo levamine redi in gratiam prioris lætitiæ. Sed si accedis sententiæ meæ; ubi primùm paternum animum visu pignoris foveris, utilia antepone jucundis, juvenemque ad civiles fasces *e* contende dimittere. *f* Quò tibi in castris coràm duobus? Hæc consilij mei forma est. Faciesipse, quod prudentiâ maiore delegeris. Plura enim videt, qui coram de rerum conditionibus judicat. Ego quod loquor, votum est: tu de adpositis adsume judicium.

Vale.

e *Quia scil, Flavianus invitus filium suũ à se dimissurus videbatur. Ita Ms. Cuiac. Ed. Sciop*

f Sensus est: *In castris nihil opus esse duobus Florianis: alterũ igitur, nempè filium Romã remittendum esse.* Castra *opponit* fascibus. *Sic ed. Sciop.*

EPIST.

EPIST. XX.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI.

SUCCURRE *a* fidei, quæ officijs amicorum debitorem me diutius non patitur. Fratres mei, Romanus atq; Magnillus, clarissimi viri, jamdudum me religionis meritis nexuerunt. Et quamvis præmia non repoſcant, quæ ſolet minor expectare fortuna: *b* acriùs tamen animum meum ſæpiùs honeſtate conveniunt. Mentiar, ſi mihi ad præſtandum deeſſe tempus allegem, quia potentia mea de tui honoris viribus æſtimatur. Fac oro, ut effectu honoris ſui ſentiant, pro concordiâ, quæ mihi tecum eſt, quicquid defertur uni, ab utroque deberi. Vale

a *Ita Ms. Cuiac.*

b *Sic diſt. cũ Iureto.*

EPIST. XXI.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI.

OFFICII mei ratio ſuaſit, ut ſcribere, quando ea eſt perſona, litteras redditura, ut plus de tuo judicio, quàm de meo ſperet auxilio. Itaq; omnia, quæ mos eſt litteris explicare, ipſi potius narranda delego: à quo amplitudo tua, & quæ de me cognitu digna crediderit, & quæ ipſius fortuna poſcit, accipiet. Vale.

EPIST. XXII.

SYMMACHVS FLAVIANO.

REPARASSEM *c* jamdiu corpuſculi mei valetudinem, ſi frui agrorum ſalubritatem potuiſſem. Sed nunc intuta eſt latrocinijs ſuburbanitas: atque ideò præſtat macerari otio *d* civitatis, quàm pericula ruris incidere. Tuis tamen litteris proficere ſanitatem meam ſentio, quibus beneficia Domini noſtri Theodoſij frequenter enumeras, & *e* augeri merita tua magnis præmijs aſſeveras. Et illi quidem ad agendas gratias lingua tua ſufficiet. Ego promediocritate ingenij mei *f* viro excellentiſſimo noſtriq; in Flavianum

c *Ita Mss. Fuld. Gif. ed. Sciop.*

d *Sic Ms. Gif. & Bertin. Iur.*

e *Sic Ms. Pith.*

f *Ruffinum intelligit. vide infr. l. 3. Ep. 81.*

num voti socio, vicem laudis exsolvi. Sed etiam tempus est, ut ipsum illum redire patiaris, pro quo obligati sumus. Quousque magistratum longinquæ provinciæ solatio tuo vendicas? Nulla de uxoris utero causatio est, cuius expectationem maturus partus absolvit. Vale.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

a *Sic Ms. Gif. ed. Sciop. Lect.*

PUTABAM *a* tot monitis atque exhortationibus meis aliquid animo tuo accessisse tolerantiæ. *b* Enimverò tu etiam reverendas necessitudines nostras peregrinationis sollicitas. Sed quid promovet ista conquestio? Non ferunt impatientiam tuam, quibus reditus in voto est. Vident enim sub quibusdam æmulis civibus excessum celerem nihil laudis habiturum. Quin assume constantiam, & quid deceat magis, quàm quid libeat, expende: præcipuè cùm ipse fatearis, in amore Domini nostri Theodosij venerabilis Principis, omnium te chariſſimorum pignerum gratiam reperisse. Vale.

b *Ita ex Ms. Sciop.* h. e. *tantum abest, ut ipse sis æquo animo, ut etiam amicos ob peregrinationem tuam sollicitos reddas.*

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

SIMPLICIUM Agentem in rebus pænè in portâ Flaminiâ retentavi, ut ad te pauca, & non omittenda dictarem. Filius noster Flavianus Romam pridie Kalendas Martias venit, & brevi *c* iter in Asiam secundis auspicijs ordietur, quod ideò parfuit indicari, ut sollicitudinem, quam de morâ eius hucusque tolerasti, spes promissa detergeat. Vale.

c *Ita Ms. Cuiac.*

EPIST. XXV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

d *Sic Ms. Fuld.*

ABUNDAS quidem consilijs, in omnem *d* rei usum paratus, & sapientiæ cultus artib⁹, monitore non

non indiges. Sed fas est, *a* ut meas quoque vigilias aliquid privatis negocijs tuis conferre patiaris. Quare si quid præmeditatum utriq; nostrûm stilus fraternus ingesserit, constantius exsequere, tanquam duobus probatum. Si quid ibi adhuc novum legeris, à te inventum puta, quod ab amante suggeritur. Subiecci capita rerum, quia complecti litteris fastidij fugâ nolui. Tuum erit insinuata trutinare. Ita enim meo officio functus sum, ut tibi judicium reservarem. Vale.

a *Ita Ms. Cuiac.*

EPIST. XXVI.

SYMMACHVS FLAVIANO.

BAIARUM solitudine vehementer offensus, Puteolis malui commorari. Juvat enim nos istius loci salubris habitatio. Dehinc si adjutu Dei optata processerint? Capuam paramus excurrere, torumq; hunc mensem Novembrem diversis Campaniæ locis, atque urbibus deputamus. Hæc est *b* nostri summa propositi. Sed ut animus alacrior destinata promoveat, vestris alloquijs erigendus est: quandoquidem sanitatis vestræ & felicitatis indicio nihil antiquius *c* æstimamus. Verùm hoc pro insigni religione sponte facietis. Atq; ideò non est necesse, voluntarijs officijs aculeos exhortationis adhibere. Interea quod te, mi frater, affore polliceris, vehementer amplector. Atque utinam te domus tota comitetur! ut & nobis lætitiam pleniorem tribuat adventus omnium, & tibi causa non sit, citius in patriam recurrendi, desiderio & amore remanentium. Vale.

b *Sic Ms. Cuiac.*

c *Sic Lect. Scio p.*

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

QUAMVIS litteras meas fama prævenerit, quæ exoneratum te publicis necessitatibus nunciavit: tamen quò fidelior esset assertio, scriptis confirmo rumorem. Sed licet publicæ rei absolutione læteris, volo

te

te adversum incerta muniri: videlicet ut sub Actorum confectione tuorum, si adhuc retines potestatem, vel Vicariæ Præfecturæ, quæ tibi poscenti æqua non deerit, diligentiæ tuæ ratio digeratur: quæ possit ostendere, quot numero animalia collocaris, & quo apparatu instruxeris mansiones, & quantum in titulis fiscalibus a exigendis tua cura promoverit. Hoc enim testimonio advetsum omnes vel fortuitas querelas, vel affectatas insidias protegêris. Vale.

a *Sic Ms Iur. at Pith. habet* promovendis.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

ARGUE, ut vis, rerum consilia post exitum, & mihi vitio verte, quòd contemptum sui Præfectura cõqueſta est. Facilè accusatur desertus auxilio. Atq; ideò in me recipere malo erroris confessionem, ne aut amicos negligentiæ, aut adversarios asperitatis incessam. Fuerit fortunæ, non conscientiæ meæ, ut victus viderer, qui necdum cœperam litigare. At etiam scribis, causis similibus abstinendum. Vides quantum liceat eventui. Oblitus es morum meorum. Ego verò solitæ verecundiæ ignavum quoque jungam timorem, & litteris tuis agam gratias, quæ me depositâ juris, & amicorum fiduciâ, ad omnium injuriarum silentium cohortantur. Vale.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

PRO optimis viris quisquis intervenit, non magis illorum videtur juvare commodum, quàm suum commendare judicium. Quare in eo, quod fratris mei Maximi desideria litteris prosequor, non tam illi usui, quàm mihi laudi est. Est enim vita & eruditione liberalium disciplinarum pariter insignis, neque ulli præstantium Philosophorum secundus; ac propterea tuâ familiaritate dignissimus. Cuius tibi negotia cùm in rem b missus absolverit, quæso ut humanitate, quâ clarus

b *Sic Ms. Iur. ed. Sciop.*

clarus es, justas petitiones ingravato auxilio prosequaris. Vale.

EPIST. XXX.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

QUo animo acceperim Sicilienſe negocium vulneratum, facilè conjectas, qui me noveris in alienis quoque judicatorum iniquitate morderi. Quin etjam conſilij imprudentis à te arguor *a* ob amiſſa. Rectè agis. Cur enim ſperavi contumeliam ſacri *b* auditorij vindicandam? Cur de amicis legitima & iuſta præſumpſi? *c* Et quò redacti ſumus? Juſtitiam perdidi, dum expecto vindictam. Jam illud, quo pacto dilvã, quòd Probus mitior judicatur, qui in præiudicium vel invidiam poſſeſſionis meæ parvi agelluli *d* retentionem ceſſit, cùm illi tota mulierculæ *e* promitteretur hæreditas? Nam referendi hæc ſola Præfecto urbis ratio fuit; non ut receptarum appellationum pœnam Siciliæ Rector exſolveret; ſed ut iniuriam ſuam ſacri auditorij Cognitor vindicaret. Nunc reſcriberetur in cauſam, poſt victoriam meam, contra ſententiam Præfecturæ, cui pars adverſa conſentit? Si relatio ad fortunam negocij pertineret, *f* & ſupplementa, vel *g* reſtatorios jurgantes dediſſent; rogo, de quibus actionibus judicabitur, quas in Siciliâ poſt appellationem meam pars una deprompſit, quibus tyrannnicorum temporum Geſta ſociata ſunt? Tanti eſt invidia mei, & grata aliquibus reprehenſio. Cede adverſantium voluntati, & Domino noſtro invictiſſimo Principi Theodoſio ſemper Auguſto dignare ſuggerere, non pluris apud me divitias valere, quàm famam. Bonum de me judicium parentis publici, conſervatoris mei, cuivis antepono patrimonio. Si placet, *h* ut omni meâ hæreditariâ poſſeſſione decedant, lex mihi erit, quicquid omnium Dominus placatâ auctoritate cenſuerit.

Vale.

a *Sic Ms. Gif.* h. e. ob cauſam amiſſã

b *Ita Ms. Gif. Lect. & Sciop.*

c *Sic omnes Ms Gif. Fuld. Bertin.*

d *Sic benè ex Ms. Fuld. Sciop.*

e *Ita Ms. Gif. ed. Sciop. Lect. Al.* permitteretur.

f *Sic Ms. Gif.*

g *Ita Ms. Gif. Iur. Lect. ed. Sciop.*

h *Sic Ms. VVovv. Lect. & Ms. Fuld.*

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

SCio te amicum justitiæ, & amantem mei. Et vereor a ne suscipias ullum pro absentis existimatione certamen, atque in te aliqua odia detorqueas. Peto igitur quiescas. Erit fortasse copia mihi asserendæ quâdoque veritatis apud æternum principem Dominum nostrum Theodosium, cuius erga me favor fecit, ut aliquid interim moliretur invidia. Non puto bonis temporibus eam causæ meæ *b* conditionem futuram; quæ sub tyranno fuit, cuius litteris ad Marcellini suggestionem datis homines meos scis esse multatos. Quod in Panegyrici defensione non tacui. Vale.

a *Ita Ms. Gif. Fuld. Benè igitur ed. Sciop.*

d *Sic benè Ms. Iur. ed. Lect. Sciop. Ms. Cuiac.*

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

REDDET tibi litteras meas, qui tuas mihi debuit exhibere. Neque enim eadem nobis silentij excusatio, quæ tibi suppetit. Te multiplex actuum publicorum *c* turba circumsonat: Ego ab omnibus negocijs feriatus, triste ocium tero. Et quod tui honoris gratiâ ante faciebam, nunc meo assumo solatio. Levatur quippe ægritudine animus, quoties in officia amica dirigitur. Me ex vero, non ad *d* gloriam loqui, secessio mea testis est. Nam cùm dolore saucius æstuarem, sedem dominæ communis Parentis quasi fanum aliq; Dei salutaris accessi. Nunc eius consilio vulnus meũ in cicatricem convenit. Illius acquiesco monitis, *e* illius ope respiro. Assunt etiam cæterę venerabiles necessitudines tuæ: & quod me præ cæteris juvat, tui cotidiè blãdam commemorationem sermo noster exercet. *f* Quâ de re inter Campaniæ terminos maior pars æstatis agitabatur, quando & præsentia *g* placet, & ea conditio est Patriæ, ut qui excludi per improbos possumus abesse, interim velut ex nostro arbitrio debeamus. Vale.

c *Ita Ms. Pith. ed. Sciop.*

d *Ita omnino Ms. Cuiac. Ed. Sciop.*

e *Sic Ms. Gif. & Sctop.*

f *Ita Ms. Gif. Fuld. & Vatic. nec non Pith.*

g *Sic ijdem Mss, eod.*

EPIST.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

RELATIO viri Spectabilis fratris noſtri Vicarij indignitatem deprehenſi ſceleris eloquetur. Atq; ideò non eſt neceſſe, ut dictu & auditu nefaria noſter ſermo recenſeat. Unum eſt, quod mea petitio, & cæterorum vota deſiderant, ut pro juſtitiâ tuâ inultum eſſe non ſinas, quod exemplo graviſſimum erit, niſi auſus aliorum vehemens pœna compreſſerit. Fama eſt, Ampelium *a* & quoſdam alios de Sardiniâ, ut aſſeritur, Senatores in crimen adductos, Forum competens obſervare præceperis. Hos nunc audio ad aliud judicium eſſe translatos. Quare ſi ipſe ita à te reminiſceris judicatum; æquum eſſe arbitror, ut ſtatutis tuis adeſſe digneris. Vale.

a *Sic Ms. Pith. & Lect.*

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

ADORNARE te reditum, quòd ſacra *b* Deûm matris appeterent, arbitrabar. *c* Tu in diei unius iter promoves, noſque, & patriam poſt tergum relinquis. Illude, ut vis, amicorum *d* facilitati: quos ſi hæc morderet iniuria, in vicem malæ gratiæ ſaltim litteris abſtinerent. Nunc verò officijs mulcemus abeuntem, & blanda animo tuo fomenta ſuggerimus, cùm tu omnibus curam rei familiaris anteferas. Nam recordaris, hoc te præfamine epiſtolam texuiſſe: *Nihil hac ætate tractandum penſiùs domeſticis rebus*. Quod ego, dum contemplor, venam morum tuorum, ſcio ludo eſſe conceptum. Quando enim ſublimitas ingenij tui curis vilioribus flecteretur? Cenſeo igitur alijs dare verba mediteris, qui ſanctum penetral animi tui neſciunt. Mihi uno

b *Ita benè Mercerus.*
c *Sic benè ad ſenſum ex Mss. ſuis Scip.*
d *Ita Lect.*

genere satisfacies, si remotis epistolarum defensionibus ipse remeaveris. Vale,

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

EGO quoque in scribendo formam vetustatis amplector, nimisque miror, quòd mihi librarij error obrepserit; qui solitus epistolis meis nomina sola præponere, usum simplicem novellâ adiectione mutavit. Sed id potiùs casu, quàm *a* consultò factum liquebit, si recorderis, superiores nunquam istiusmodi titulo sorduisse. Et tamen utcunque res accidit, gratulor novi aliquid oblatum, quod me à solito respondendi genere vindicaret. Quousque enim dandæ ac reddendæ salutationis verba blatterabimus, cùm alia stilo materia non suppetat? At olim Parentes etiam patriæ negocia, quæ nunc angusta, vel nulla sunt, in familiares paginas conferebant. Id quia vereris ad ocium rebus omisimus, captanda sunt nobis plerumque intentata scribendi semina, quæ fastidium tergeant generalium litterarum. Juvit igitur me culpa, quam *b* delui, & si non fallor, tibi quoque viam dedit inusitata referendi. Vale.

a *Sciop. ed.* consultu.

b *Ita Ms. Gif. Iur. Vulg.* dilui.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

ERGO *c* adeò complacitum est communi parenti, ut te longiùs, quàm vellem, necesse sit detineri? An tibi *d* urbanorum tanta vitatio est, ut expectationem meam piâ causatione frustreris? Et revera mihi hîc agitur, aut dicitur, quod bonus animus, & sincera natura possit amplecti. Sed utcumque ista sunt, si Romæ ageres, adiutu inter nos mutuò fortassè mitescerent. Nunc graviores rerum omnium offensiones, utpote solus, experior. Exempli causâ unum accipe, de quo reliqua coniectes. Prætextato nostro monumentum

c *Sic Ms. Gif.*

b *Ita Lect.*

tum ſtatuæ dicare deſtinant virgines ſacri Veſtalis antiſtites. Conſulti Pontifices, priuſquam reverentiam ſublimis ſacerdotij, aut longæ ætatis uſum, vel conditionem temporis præſentis expenderent; abſque paucis, qui me ſecuti ſunt, ut *a* eius officium ſtatuerent, adnuerunt. Ego, qui adverterem, neque honeſtati Virginum talia in viros obſequia convenire, neque more fieri, quod Numa auctor, Metellus conſervator religionum, omneſque Pontifices Maximi numquam antè meruerunt: hæc quidem ſilui, *b* ne ſacrorum æmulis enunciata noxam crearent, *c* *inuſitatum cenſentibus*. Exemplum modò vitandum eſſe reſcripſi, ne res iuſto orta principio, brevi ad indignos, per ambitum deveniret. Ne longùm loquar, ipſa verba ad te miſi bonis probata, ſed numero fortaſſe vincenda; licet in decretis Pontificum non ſit eadem forma, quæ Curiæ eſt. Sed hoc quoque parvi faciet inſcientia. Quod ſi tu adeſſes, multum duorum ſanitas promoveret. Quare ubi primùm ex incerto morbi parens communis emerſerit, redde te mihi, ut nobis æquiorem vitæ curſum faciant participata ſolatia. Vale.

a *Sic Mſ. Gif. Fuld. Bertin.* Senſus eſt. *Pontificū nonnullos annuiſſe, ut ſtatuam Veſtales Prætextato ſtatuerent.*

b *Ita optimè diſt Mercer.*

c *Hæc verba non ſunt in omnibus Mss. & commodè abeſſe poſſunt.*

EPIST. XXXVII.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI.

NEQUEO definire, quæ potiſſimùm mihi deſcribendi *d* forma conveniat. Ea quippe iamdiu intemperantia *e* variorum rumorum; *f* ut neque decipere falſis, neq; ſollicitare veris amantiſſimos mei debeam. Spes tamen, quæ rerum ſemper adverſarum patientiam ſuadet, in tuto eſt. Etſi aliquid commoditatis attulerit, nequaquam morabor index eſſe meliorum. Vale.

d *Sic v. cod. Iur. Al:* ratio.

e *Ita Ms. Gif. Cuiac.*

f *Sic benè idem Ms.*

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRARTI.

FILII mei Parthenij adventus *a* nullis postulat cõmendationum lenocinijs adiuvari. Sed accessurũ gratiæ existimo, quòd eius præsentiæ etiam meus sermo coniungitur. Ex ipso Romæ gesta noscetis, licet scriptum fama prævenerit. Neque enim res magnæ, & insperatæ in secreto se *b* esse patiuntur. In bonam partem plebs nostra mutat: adeò utiugiter seditiosorum pœna poscatur, & iam terga dederint insolentes. Multis nõ opus est. Neq; enim quicquam narrandis debeo derogare, qui rerum plenitudinem venturo ad vos indici reservavi. Vale.

a Sic ex Ms. Gif. ed. Sciop. Al; nullius.

b Ita Ms. Iur. ed. Lect.

EPIST. XXXIX.

SYMMACHVS FLAVIANO.

HORUS Philosophus, vitâ atque eruditione præcipuus, jamdiu mihi charus & amicus est; & inter prima numerat dona fortunæ, si optimis quibusque jungatur. Studens igitur ad effectum desiderium eius adducere, quæso te, ut & sui meriti gratiâ, & in honorem commendationis meæ, inter *c* familiarium tuorum præcipuos, atque honorabiles censeatur. Vale.

c Ita bene v. cod. Iur.

EPIST. XL.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

IGNATIO meo gratulor, quòd nostra in eum diligentia tuo amore vincatur. Factum est, quod volebam. nam parciorem de illo testimonij cautionem præmiseram, quàm sentire cœpisti. Nunc si qua meorum actuum scire postulas, explicabit. Tanta illi est virtus, & utriusque nostrũm ex familiaritate fiducia; ut & de me nihil possit ignorare, & apud te nihil occulere. Vale.

EPIST.

EPIST. XLI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

VOLUNTARIA beneficia tuâ petitione prævenio, ut quæ tuâ sponte tribuis, ego videar impetrare, & bonum naturæ tuæ in gratiam meam transferat. Nicagoram clarissimum virum Siciliæ fascibus functum, sub custodiam adesse jussi. Hunc tibi & suæ vitæ integritas, & merita fraterna commendant. Accedit illi ad prærogativam precatio mea: *a* qui etsi spero probitati eius responsuram beneficentiam tuam; sedulò tamen postulo, ut sanctissimo juveni in bonum vertat exhibitionis occasio. Vale.

a *Sic Mss. Pith. Scioppius ed.*

EPIST. XLII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

COMMENDAVERAM tibi dudũ Macedonij viri clarissimi filium, quum foro tuo nomen dedisset. Credo eam rem pro studio meo juveni *b* commodasse. Sed quia parentibus nihil satis est, & efficacior quibusdam videtur petitionis iteratio: rogatus dennò postulatum retexo, non ut novam causidico benevolentiam præstes, sed ut jam tributam digneris augere. Meo autem nomine quæso te, ne sic desiderium repetitum esse conjicias, tanquam me prius impetrasse diffidam. Vale

b *Ita Iur. correxit: optimè*

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

MERITA Sexionis, qui ante hac Calabriam *c* rexit, multi in bonam partem loquuntur, eaque propter, ut suffragio tuo à me committeretur, orarunt. Est humanitatis & consuetudinis tuæ, alijs quoq; *d* placitos amore dignari. Ergò si nihil est, quod resistat precantium voluntati, effice, oro te, ut Sexioni apud te prosint & mea verba, & vota multorum. Vale.

c *Ita ed. Scioppius & Grut.*

d *Sic Bes. Ms.*

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

a *Sic ed. Lectij.*

PALATINOS iniuriæ reos, quos Brutijs celsitudo tua præcepit exciri, miles de *a* Prætorio missus, exhibuit. Sed cùm sacro auditorio eadem causa competeret; dominus meus, parens noster, præfectus Vrbi, b *Ita Ed. Sciop. Lect.* auctoritate iuris, & fiduciâ tui, personas sibi ac *b* negocium vendicavit. Quod eò scribo, ut noveris Apparitori iustam subesse rationem, qui & parenti tuo cessit, & legibus. Vale.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

c *Sic ex Ms. Bessar. leg. Sciop.*

QUI *c* Deûm beneficio potiuntur optatis, venerati ipsos coram datores bonorum, gratiæ instar existimant; ut nunc frater meus Pæonius vadatus optimo testimonij tui munere adire properavit parti honoris auctorem. Commendarem tibi optimum civem; si posses parvi facere, quem dudum altiùs protulisti. Supersedendum est igitur his verbis, quæ suffragari proficiscentibus solent. Neque enim vana spes est validiora fore apud te merita præsentis, cùm absentem favore respexeris. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI

FERUNT Socratem, si quando excidit cupitis, aut destinatis, id sibi utile, quod evenerat, æstimasse. Nã meriti sui securus interpres, ea coniectabat esse meliora, quæ casus dabat, quam quæ animus appetebat. Sequor sapientis exemplum, & in bonam partem traho, quòd Saxonum numerus morte contractus, intra summam decretam populi voluptatibus stetit, ne nostræ Editioni, si quid redundasset, abscederet. Nam quando prohibuisset privata custodia desperatæ gentis impias

manus,

manus, cùm viginti novem fractas sine laqueo fauces primus ludi gladiatorij dies viderit? Nihil igitur moror familiam *a* Spartaco nequiorem; *b* velimque si tam facilè factu est, hanc munificentiam Principis, Lybicarum largitione mutari. Nam gladiaturæ idoneos communi cura prospiciet; quæ pars in apparatu Quæstorio prior est, ut *c* Auctoramento lectos longus usus instituat. Nostros, quibus Ursorum lectio & comparatio jampridem credita est, pervectos ad tetēporis æstimatione non ambigo. Sed si cursualium præpositorum avaritia retardantur, erit beneficentiæ tuæ *d* moras, quibus tenentur, absolvere. Vale.

a *Sic Mercerus. Lect. Spartacus belli civil. excitator fuit.*
b *Sic Ms. Pith. Iur.*
c *Sic Lectius & Grut.*
d *Sic Beſs. Ms.*

EPIST. LXIIV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

OPE Deûm secundâ navigatione, & facili itinere ad destinata pervenimus. Appetebat commodùm tempestiva hora convivij. Ubi curare corpora cibo cœpimus; adcurrit qui mihi amabiles litteras, tuas, simulque *e* à te captas è mari copias exhiberet, quæ nobis esui mox fuêre. Nam libuit indulgere genio, postquam parvulum nostrum periculo exemptum spes optata respexit. Habes omnem rem: cura, ut valeas, & patriam tui amantem quàmprimùm revisas, bonâ parentis, ut spero, veniâ, cui mox peractâ lustrali solemnitate reddēris. Vale.

e *Ita Ms. Fuld.*

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

AD tertium nonas Octobres primo lucis respondi litteris tuis, quas pro interiectu itineris, quo nūc distinemur, ante *f* meridiem sumere debuisti. Sed ut scripta ad vesperam mihi reddita prodiderunt, meum officium, meamque curam tabellarij lentitudo suspendit. Egò tamen huic moræ succensere non possum.

f *Ita Ms. Beſs. Ed. Sch.*

Defuisset enim tibi causa sermonis iterandi, si maturè responsa nostra legisses; quæ confido iam tradita: nisi fortè dènuò aliquis ex urbanis divitibus insessor viarū scripta nostra *a* furetur. Dij illos mentibus suis puniant! Nunc ad quæsita redeamus. Humor, qui parvuli nostri pectus obsederat, atque importunam tussim ciebat, magnâ parte tenuatus est: itaque spiramenta faucium libera nihil iam stridulum sonant. Deûm benignitas velit processum sanitatis eius insolido collocare. Nos ut à metu præsentium respiravimus, ita voto futura munimus. Vale.

a Ita ed. Lect. v. c. Iureti iuraverit. *non placet.*

EPIST. XLIX.

SYMMACHUS SYAGRIO.

SCRIBERE hucusque non libuit obstrepentibus imbecillitatem querelis, quas indicare vitamus. Hinc factum est, ut officium nostrum tua alloquia prævenirent. Postquam divina ope sanitatis bono frui cœpimus, redit cura sermonis. Sume igitur litteras, seras quidem, sed voto tuo & proposito congruentes: quæ ut diu dilatæ sunt, ita desiderium sui indicio meliore pensabunt. Vale.

EPIST. L.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

ITER in patriam Diis auspicibus ordiemur, quod tibi & antè compertum est. Sed religio monuit, ut diei quoque certior redderetur. Cras igitur viam nobis disce relegendam. Et quia promissi servantissimus es, fac memineris ad publicum solemne cōtendere: Vale.

EPIST. LI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

EMISERAM prior scriptum, quod in manus tuas dudum præsumo venisse. Haud multum processit horæ, cùm aderat, qui à te mihi litteras exhiberet.

Decur-

Decursâ oculis paginâ requiri à me comperi diem cœptando itineri destinatum. Sed hanc curam spontaneo sermone præveneram. Ergo respondenda consumpsimus. Quid superest, nisi ut gratuler nobis animos esse cognatos? Nam quæ te scire velle præsumpsi, priusquàm quæreres indicavi. Vale.

EPIST. LII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

REDITUS ac recursus in patriam, qui semper omnib⁹ gratus est, festinationi nostræ nequaquam pro expectatione respondit. Causas si desideratis, accipite. Jamprimùm ut communia domesticis præferamus, tam frumentariam nostræ urbis nulla auget invectio. Spes ipsa, quæ in adversis alere animos solet, recusat effugium polliceri, cùm sterilis annus ne semina quidem terris commissa reddiderit. Dehinc ut apud vos familiarem curam loquamur, urget Ostiense prædium nostrum militaris impressio. *a* Nos legum inane nomen vocamus. Dij viderint exitum causæ. Interea mordemur non metu damni, *b* sed civitatis iniuriâ. Collegarum tractatus qui me exciverat, æternis Principibus legandorum in Africam virorum reddidit optionem. *c* Cessante ergò Patrum deliberatione non vocamur. Vale.

a *Ita Iur. hŭc locum restituit.*

b *Sic correxit Lect.*

c *Ita ex Ms. Bessar emendandum.*

EPIST. LIII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

FUNGERIS boni fratris officio. Sed desine meorem *d* commonere. Notæ nobis sunt cerimoniæ Deorum, & festa divinitatis imperata. Nisi fortè me solum exsequi vicem tuam postulas, & ut adsolet res divina mandari; mihi tuum munus iniungis. Fruere delicijs copiosis. Nos mandata curaturi sumus. Sed memento exactis ferijs participes facere luxuriæ tuæ, quos tantopere laborasti cõsortes habere jeiunij. Vale.

d *Ita Ms.*

EPIST.

EPIST. LIV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

GRATIOSA est expostulatio, quæ requirit officium. Sed cùm in scribendo nunquam residem gesserim voluntatem, frustrà neglectæ familiaritatis accusor. Utor in eâ re testimonio hominum tuorum, qui dudum sibi epistolam traditam tabellarij vitio distulerunt. Volo igitur apud te servatæ amicitiæ mihi constare rationem. Nam vehementer injurium est, ex alieno peccato, nævum violatæ religionis attrahere, Vale.

EPIST. LV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

SPE bonæ valetudinis mari vicina delegimus. Sed nec dum auras salubres ventis obluctantib⁹ experimur. Hinc pigrior est matronæ ad sanitatem recursus: cui si quid refectionis dies melior adiecerit, optatum de eâ indicium non morabor. Urbanis negocijs, ut insinuare dignatus es, inquies monitor securus illudit.

a *Ita expressit Sch. ex Ms.*

a Alieno enim periculo res inefficax & copiæ nocitura tentatur; ut cùm vilitatis metus in angustias coëgerit civitatem; tunc opum validis quæstum augeat avara venditio. Hoscine homines arbitreris, qui plus amicis consilio nocent, quàm inimicis odio obesse potuissent? Sed nos publico dudum opere perfuncti, aliena fileamus. Dij meliora procurent! neq; enim gaudere dignum est, si qua mihi latus ex alterius errore proveniat. Vale.

EPIST. XVI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

IN maximis quidem rebus, quid mihi studij atque amoris impendas, frequenter adverti. Sed quoque crebri sermonis officia, utpote ex intimo affectu deprompta complector: quorum assiduitas cultum circa te meum pari lance compensat. Jucunditas verò

verò tanta est, ut fatear me alloquio tuo potius incitari ad desiderium, quàm repleri. Ea quippe rerum omnium ratio atque natura est, ut quæ humanis sensibus blandiuntur, nequeant efferre fastidium. Itaque cùm solvendis atque agendis gratiis parere non possim; facio quod solent improbi debitores, qui adhuc alieno ære depressi, cupiunt secundo nexu fœneris obligari. Quare etsi numerosæ sint litteræ tuæ; non ut ingratus, sed ut muneris tui cupidus postulo crebriores. Facilè autem conijci potest, quam vicem colloquij ociosus ipse pollicear, cùm ab occupato huiusmodi officium impatienter exposcam. Vale.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

Diu domo abesse decreveram, iucundumque ocium cum familiaribus nostris in suburbano Arabianæ exigebam. Sed quia Fors versat humana, nec semper ex voto destinata succedunt: Præfecti litteræ ruperunt ocium meum, quæ bonæ spei sollicita miscebant. Speciatim præsentiam meam *a* per ambiguum poposcerunt. *b* Non differo expectationem tuam. Collegarum tractatu Senatum commoveri, sed & oblationem faciendam scriptis secretioribus indicavit. Nihil publicatum, nihil lectum est. Quantitas postulatæ rei excessit opulentiam recognitam. Vastum silentium cunctis stupor subitus imperavit. Quo longiùs prodeunte placuit in tempus aliud deliberanda produci, ne *c* omitterentur absentes: quamvis ipse dixerim, Romæ, aut in proximis positos, vel evocari debere, vel consuli, *d* reliquorũ nomine, de oblatione futurâ, ut statutis Ordinis polliceantur adsensum. Habes omnem rem, de quâ quid sentiam, satis nosti. Tibi etiamsi causa communis est, procul tamen abesse, ad solatium proficit. Vale.

a *Ita leg. sunt.*
b *Sic emend. Sch.*
c *Sic vulg. omnes.*
d *Ita Schopp. ex ductu Ms. probabiliter correxit. Nam vulg. sine sensu omni sunt.*

EPIST.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

PAULÒ antè literas dedi. Nunc reddo responsa, quia illis necessaria continentur: his salutatio sola præstringitur. Valemus, ut verum est. Si & tibi omnia prospere fluunt, scriptionis fide commune bonum mecum participa. Vale.

EPIST. LIX.

SYMMACHUS FLAVIANO.

SVBURBANUM prædium, quod viæ Appiæ adjacet, incolebam, cùm mihi literas tuas in hoc missus exhibuit. Nosti rura quæ loquimur, ubi magnas ædes in angustis finibus collocavi. Hîc dulce ocium (*a* si quid absque te dulce est) paulisper exegimus. Nunc Vestalis festi gratiâ, domùm repeto, incertus maneamne cum civibus, an rursus in *b* vicina concedam. Tu quid agere decernas, (nam certè iusto diutiùs affuisti) debeo cognoscere. Vocat enim te in Curiam nostram Dijs auctoribus quamprimùm Candidati mei designatio; cui supra omnes ornamento eris, qui nos vel affinitatis vel amicitiæ officijs prosequentur. Vale.

a *Ita ed Sch. & Grut.*
b *Ita benè omnes Codd.*

EPIST. LX.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

VACUI *c* apud Neapolim soli, quod mihi ex tuo adjacet, ut ædes novas molirer, optaveram, tu mecum operâ *d* Luculliana partiris. Et ne verecundia refutet oblatum, negas tui juris videri, quod ego meum fateor non fuisse. Patere, ut saltim gratiam tibi debeam. Neque enim fas est, malâ fide me recuperare, quod possum bonâ sumere. Adjicis præterea lenocinia, quibus morbum *e* fabricatoris irrites: geminam porticum solido & incorrupto opere curvatam multis in longitudinem *f* passibus explicari; vicina esse quæ con-

c *Sic in Ms. Fuld legitur: & Mercerus emendavit.*
d *Ita Ritersh. Ed. Sch.*
e *Sic retinendum.*
f *Ita conjicit Sch.*

construo, & parvo ædificationis negocio quod intervenit posse miscerí. Quid laboras adversus verecundiã meam? Ego quoque facio, quod recusas. Gratus sum muneri tuo: sed vereor ne accedente sumptu, dum vetera novis nitimur æmulari, intelligam te majora velle concedere, quàm me posse raparare. Vale.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

VT habitus & crinis indicio est, *a* Serapam non litterarum peritiam pollicetur: cuius si se meminisset exsortem, numquam philosophis congruentem sumpsisset ornatum. Sed de hoc vestra existimatio sit, qui talium rerum profitemini notionem. Mihi religio fuit, *b* negare verba poscenti. Facies itaq; rem morum tuorum, si ope atque humanitate fortunam peregrinantis adjuveris. Vale.

a *Ita bene dist. ed. Mog.*

b *Sic. leg. e missiá pat; cula non.*

EPIST. LXII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

POSTQUAM Gaudentio Apparitori tuo *c* indicem peracti à me itineris epistolam dedi; Agens in rebus mihi apportavit sacras litteras spei & desiderio congruentes, quibus cognoscerem elatè in aures publicas designationem Consulatûs mei debere proferri. Quid igitur eximio animo tuo lætitiæ plenus exoptem, *d* nisi ut simili mox fruamur etiam de te gaudio? Quod spero Dominum nostrum Theodosiũ, venerabilem cunctis & præcipuè bonis, solita in amicos dignatione facturum: siquidem dignum est, ut angustissimis honorum nostrorum patronus æquet dignitatibus, quos scit mentibus convenire. Vale.

c *Ita Lect. ed. Mog.*

d *Sic ad. Mog.*

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

CRESCONIO amico meo amorem tuum multa conciliant. Primò quòd sacras literas, quibus

bus Consulatûs mei designatio tenetur, exhibuit: Dehinc quòd *a* eum patria Africa non minùs tibi, quàm mihi cara commendat. Cuius mores cùm primore loco censere debuerim, malui tuo examini reservare. Suscipe igitur, oro te, notum militiæ virum, qui se apicem fœlicitatis credit *b* habiturum, si eum patrocinij tui splendor illuminet. Vale.

a Ita Grut. ed. Mog.

b Sic vulg. Alij adituru.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI

EXERCET me quidem votivis ac fœlicibus negocijs præparatio Consulatûs. Sed ut litteræ tuæ frequenter indicio sunt, tua pro me curâ præponderat. Hortaris, mones, cogis, ut quicquid potissimi magistratûs functio quærit, accelerem; & cùm sis meæ exactor industriæ, nihilominus omnia sollicitudini tuæ vendicas. Eritne tempus optatum, quo istam mentem paribus pro te officijs districtus æquiparem? Spero actutùm florente Repub. & propagato in ævum Domini nostri Theodosij principatu, virtutes tuas fascibus munerandas. Tunc epistolarum stimulos non requiram, nec expectabo monitorem. A te enim didici sponte suscipere, quicquid pro fratre curandum est. Vale.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS FLAVIANO.

A STIPULATIONEM præclara merita non requirunt: siquidem virtus suâ luce conspicua aversatur auxilium commendationis alienæ. Ergò cùm dominum & fratrem meum Licinium celebrem fecerit ad normam veteris disciplinæ gubernata Resp. quid potest ei dignitatis adjicere privata laudatio? Hac igitur præmissâ parte, optimæ in amicos fidei ac diligentiæ virum, præcelso animo tuo opto sociare: non quòd iudicium tuum serum ac difficile sit ad colligenda

ligenda ingenia, & explorandas voluntates bonorum: sed ne brevis inter vos usus, & festinata discessio neget justum tempus examini. Vale.

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

Si amicitiæ semper ratio deposcit, ut mutua negocia alternis juvemus officijs, quanto impensior utilitatibus propinquorum cura debetur, quorum nobis bona & adversa communia sunt? Quid quòd sæpè bonitas causæ cohortatur, ut quod debemus generi, tribuamus promptiùs æquitati? Quæ me non minus *a* pro illo, quàm necessitudo commovit, ut ipse etiam comperto ex relatione Victoris Spectabilis viri negocio judicabis. Nam quò res notior fierer, publicæ epistolæ malui exempla sociare, ne quid *b* fiduciâ dicere per gratiam judicarer. Nunc, si tibi voluntas mea cordi est, præsta huic quæstioni maturam securitatem, quam pro justitiâ etiam me silente deferres. Vale.

a *Fortè legẽdũ* familia. *nam vulg. est sine sensu*

b *Alij* Fictitium *malè.*

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

Parva *c* est commendatio scriptorum meorum, si Leontium familiarem innocens vita bonis quibusq; conciliat. *d* Suo igitur præditus merito, adstipulationis adminicula non requirit; & tamen abstinere non debeo tali genere litterarum, magis ut amicitiæ satisfaciam, quàm ei aliquid opis conferam. Tu tantùm pro dignatione, quâ clarus es, facito noverit gratiam sui meo quoque nomine esse geminatam. Vale.

c *Sic omnes edd.*

d *Vide paulò antè epist. 65.*

EPIST. LXVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

Brevem necesse est esse sermonem, qui properanti repentè cõmittitur. Quare & officio satis est, &

brevitati temporis congruit, ut circa te salutationis honore perfungar. Vicissitudinem verò efflagitare non debeo, quam mihi arbitror à viro amicitiæ servantissimo etiam sine admonitione referendam. Vale.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS FLAVIANO.

VT silere non possum, quotiens stilum invitat occasio: ita si desit causa longioris *a* alioquii, seriem paginæ stringo compendio. Loquax enim copia est, quæ in re usitata atque solemni verborum redundat diluvie. Have igitur dico, & vicissim peto, ut me prosperorum tuorum indicio muneris. Vale.

a Sic in Ms. Bessar.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

HUMANITATIS interest commendationem deferre poscentibus. In Zenobio autem talis officij causa propensior est, cùm sit familiaris meus, atque adeo illi debeatur potiùs quàm præstetur affectio. *b* hinc patrocinium tui cupio provenire. Nam primum est, ut meo suffragio diligatur: Secundum erit, ut *c* sui honestate complaceat. Vale.

b Sic Lect. correxit.

c Ita Ms. Pith.

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS FLAVIANO.

CONSIDERANS, quid mihi amoris digneris impendere, arbitror Cyriaco domestico meo has litteras profuturas, quibus quæso, ut commoditatem eius prompto favore respicias. Vale.

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

VIR clarissimus Honoratus cumprimis mihi vitæ honestatisq; cõplacitus est. Credo judicium meũ tibi aspernabile non videri. Id si ita est, neque me opi-

opinio frustra tui habet, futurum reor, ut ex prærogativâ istius testimonij ad familiaritatẽ præclaræ unanimitatis tuæ, quasi tibi etiam sedulò spectatus accedat. Vale.

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

DELECTAT eos frequenter affari, quorum animum mei amantem documentis habeo comprobatum. Cape igitur litteras meas, quas ideò libenter emitto, quia religionis tuæ vicissim pascor alloquijs. Quæ res acuere nos debet ad officia promptiora, *a* cùm tibi hinc commodi fœnoris largior usura respondeat. Vale.

a Ita ex Mss. Beſs. Fuld. correxit Seh.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS FLAVIANO.

VALENTINIANUS protector dudum patrocinio culminis tui per me traditus atque commissus, domesticis occupationibus attinetur: atque ideò magnopere popoſcit ob eundem sibi aliquod negocium per suburbanas provincias impetrari. Quare decus nostrum familiari meo desideratum munus *b* exclude, aut impetra commeatum, quo possit à militari notâ sub hac impetratione defendi, Vale.

b Sic Mss. Beſs. Fuld. Vide lib. 3. Epiſt. 12.

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS FLAVIANO.

CUM in iudicio Præfecturæ famosa causa penderet; Discolius qui furti detulerat actionem, multosque nostri Ordinis viros criminatione perstrinxerat, occultè cum reis initâ pactione non fine disceptatoris invidiâ elusit examen. Ad huius investigationem missus Apparitor, si Prætorianorum adminiculum sortiatur, proclivior facultas retrahendi accusatoris eveniet. Interest publicæ disciplinæ, simulq; ad famam

pertinet Cognitoris, ut eum summo studio conquisitum reduci in judicium sub custode præcipias, ne innocentiam senatorum obnoxia rumoribus suspicio decoloret. Vale.

EPIST. LXXVI.

SYMMACHVS FLAVIANO,

AMOR tuus in Domitium notus & validus, ademit mihi commendandi eius laborem: pro quo hoc tantùm dixisse sufficerit, mihi quoque eundem priscâ familiaritate conjungi. Quæ res illi incrementum patrocinij tui, ut spero, præstabit, probabiliorem quippe eum tibi faciet communis similitudo judicij. Interea nos ursis sæpè promissis, & diu speratis, sub ipso articulo Muneris indigemus. Vix enim paucos catulos maceratos inediâ & labore suscepimus. Et de leonibus fama conticuit: quorum adventus posset efficere, ut ursorum defectum congressio Lybica repensaret. Vnciam panis malitiosè, & temerè restitutam spontanea voluntas populi redegit in copiâ conditorũ. Tuta igitur omnia atque secura sunt, aquæ animum tuũ jure mordebant. Atque utinam sollicitudines Quæstorias par successuum fœlicitas mitigasset! Vale.

EPIST. LXXVII.

SYMMACHVS FLAVIANO FRATRI.

EDITIONI Muneris nostri & usitata & insolita à te conferuntur: ita omnia ad conciliandum Quæstori nostro plebis favorem & solemnium rerum largus, & novarum repertor excogitas: ut nunc septem Scoticorum canum probavit oblatio; quos prælusionis die ita Roma mirata est, ut ferreis cavcis putaret advectos. Ergò & huius rei causâ, & præterea munerum cæterorum, quantas possum, maximas gratias tibi ago: licèt in his, quæ studiosè fratribus pro magnitudine animi tui tribuis, beneficium te non putes præstare, sed sumere. Vale.

EPIST

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

PARS hominum compendijs & quæstibus gaudent; me votiva delectat expensio. Itaque avidus civicæ gratiæ, Quæstoris filij mei sumptibus studeo aliud genus largitatis adjicere: ut curulibus stabulis urbis tæernæ etiam quina manicipia largiamur. Et quoniam servorum per limitem facilis inventio, & precium solet esse tolerabile; quàm maximè te deprecor, ut per homines strenuos viginti juvenes prædicto negocio congruentes jubeas comparari In quam rem solidos ad te misi, habitâ æstimatione hominum; quorum non forma, sed ætas & sanitas deligenda est. Vale.

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS FLAVIANO.

FRATRI nostro Andromacho omnes bonæ artes familiares sunt, sed præ cæteris fides quâ exspectatus mihi tuum quoque judicium optat demereri. Itaq; dum te expetit, iter imbecillis grave gracilitatis suæ oblitus intravit. hæc illi maximè causa fuit pro viribus, ut solet plerumque animus spe & gaudio morbum levare. Advertis igitur quàm prompto & patulo amicitiæ sinu receptandus sit, qui tui desiderium suæ valetudini prætulit Quid plura? appetendus tibi foret, nisi te sponte sequeretur. Ergò accurrenti religiosam manum porrige; ut qui te novit virtutibus superiorem, communitate parem sentiat. Vale.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

COMMENDATUM mihi à fratre meo Hilario virum devotissimum Titianum, quo alio possum beneficio munerari, quàm ut eum sancto pectori tuo non aspernandus precator insinuem? Et jam spero petitioni

tioni meæ cessuram *a* felicitatem, quando eo studio atque proposito es, ut instar gratiæ habeas, si tibi probabilis amicus accedat. Vale.

a *Sic benè Ms. Vatican.*

EPIST. LXXXI.

SYMMACHVS FLAVIANO.

FILIVS noster Symmachus peracto Munere Candidati, offert tibi dona Quæstoria, & cæteras necessitudines nostras pari honore participat. Quæso igitur, ut eius nomine dyptica & apohoreta suscipere dignemini, qui apparatui eius plura & præclara tribuistis. Præterea Domino & Principi nostro ad referendã largitati eius sedulam magis, quàm parem gratiam, auro circumdatum dypticum misi. Cæteros quoque amicos eburneis pugillaribus & canistellis argenteis honoravi. Tuæ igitur potestati, tuo quoque arbitrio committo, ut opportunè singulis, quæ missa sunt, offerantur. Vale.

EPIST. LXXXII.

SYMMACHVS FLAVIANO.

MVLTI à me conciliationem litterariam poposcerunt; sed quorundam meritis, aliorum precibus parem gratiam dedi: nec tamen vereor, ne tibi civium ignota distinctio sit, *b* judicium de his commune recolenti. Dabis igitur in quibusdam verecundiæ meæ veniam, quæ cessit orantibus. Sequêris autem, quod scis de singulis utrumque sentire. Puto ex his verbis, quo in numero filium nostrum Attalum Spectabilem virum censeam facilè dignosci. Namque ista libera & aperta discretio ei tutò credita est, qui non fuit *c* in partem cogentum. Quare tuo ac meo nomine amicitias accurrentis amplectere; ut huic in fructu sit cultus bonorum, pravis dolori, quòd similiter *d* non diliguntur. Vale.

b *Ita emend. Sch.* Sensus est *si recorderis, quid & ego, & tu cõmuniter de hoc vel illo iudicaverimus.* Sequitur enim: *quod scis de singulis utrumq; sentire.*

c *Sic Ms. Fuld. Vide lex. Plautinum* In.

d *Ita Lect.*

EPIST.

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

IAMPRIDEM domino & fratri meo Alipio Comitatum sacrum visere atque adire cupienti, sera quidem occasio, sed læta successit, ut eum Consul accires, ideò in conspectum tuum alacer occurrit, ut beneficijs votiva reddat officia & sancti animi tui fretu nubē invidiæ superioris abstergeat. Quod illi arbitror ex voto esse cessurum. Neque enim famæ eius deesse aliquid patieris, qui securitati tuncta tribuisti. Vale.

a Sic infra l. 7. ep. 75. Nubes iniuriæ.

EPIST. LXXXIV.

SYMMACHUS FLAVIANO.

RECTE & probabiliter judicasti, fratrem nostrū Ticianum spectabilem virum Consulatui tuo interesse debere: siquidem æquitas postulabat, ut voti sui voluptate frueretur. Nulli unquam nostrum tui amore cessit; quin imò semper primas sibi erga te partes observantiæ vendicavit. Itaque testem alium non requirit. Scit enim sibi plus esse loci apud tuum animum, quàm posset meo sermone conqnirere. Relinquo igitur eum fiduciæ suæ, quia nihil potest esse cumulatius. Hoc tantum subjicere contentus, me quoque tibi eius nomine, si quid gratiæ cæperit, obligandum. Vale.

EPIST. LXXXV.

SYMMACHUS FLAVIANO FRATRI.

FACILE *b* fratrem nostrum Elpidium ad proficiscendum traxisset affectio, nisi eum unici cura retineret. Tantùm quippe est in eo synceritatis atque dulcedinis, ut illi soli necessitudines præferantur. Hunc ita spectatum mihi atque coniunctum, jussis tuis negare non potui, quia in talibus causis maior apud me cedendi voluptas est, quàm fruendi. Suscipe igitur amantissimum nostri eo animo quo rogasti: & æstima

b Ita Bess. Ms. & Mercerus.

de gaudio adventorum, negari à te non oportere residentibus, quod præstatur accitis. Vale.

EPIST. LXXXVI.

SYMMACHUS FLAVIANO.

PEREGRINARI mihi tecum videor, si quando cursus atque recursus tuos luculentus narrator insinuas. Ita cogitationes nostras religione allicis, & nitore sermonis illuminas; ut quicquid explicat affatus tuus, id noster quodammodo visat affectus. Quare firmam valetudinem tuam tenemus, reditumq; fœlicem votis jugiter comprecamur. Nam qui amorem in nos tuum æquiparare non possumus, solvimus votis, quod nequimus officijs, salve igitur, mi domine inimitabilis, nosque & generaliter cum cæteris, ut nunc facis, & a speciatim cum charissimis, ut solebas, his muneribus oris ac pectoris tui benignus illustra. Vale.

a *Ita supplet Sch ex Mſ. Beſſar.*

EPIST. LXXXVII.

SYMMACHUS FLAVIANO

VOx juris ac legum est: bonæ fidei contractum nõ posse rescindi. Huius sententiæ exsecutionem frater noster Elpidius optat adipisci; cui post venditionem Hispanienſis prædij sui *b* partem emptor adjurat; cùm ad *c* soliditatem transcriptæ in novum dominum possessionis cuncta ex more celebrata sint. Hæc summa est postulati, quæ meis quidem verbis, sed illius meritis adjuvatur. *d* Quæso, ut æquitate, quâ præclarus es, aut pudorem refraganris privatâ objurgatione confundas, aut contumac jam frangas publicâ auctoritate judicij. Vale.

b *Ita ex Mſ. Giſan. Sch. & Lect.*
c *Vide l. 4. Ep 35. Et l. 2. Cod de com. rerũ alienat*
d *Merc. & ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. LXXXVIII.

SYMMACHUS FLAVIANO.

ET honoris *a* tui, quo nunc auctus es, & continui in me amoris delector. Volo igitur, ut communia pignora curæ mihi esse non dubites, quæ magis merita tua, quàm scripta commendant. Supererat, ut assiduum stili tui munus exposcerem. Sed redundantis est operæ, bona spontanea postulare, ne meus stilus extorquere videatur, quod tui animi spondet humanitas. Vale.

a *Sic v. cod. Iur.*

EPIST. LXXXIX.

SYMMACHVS FLAVIANO.

PAULÒ antè litteras dederam, sed debitam tibi salutationem geminare non piguit. Namq; amor officiorum modum non tenet. Præterea *b* notitia commeantium postulavit, ut commendationi eorum adjecta pagina proficiat. Responsa non postulo securus præclari animi tui, qui mihi sine admonitione sermonem voluntarium *c* polliceatur. Vale.

b *Ita quoq; v. cod. Iur. optimè.*

c *Sic Ms. Pith. Bess. ed. Sch.*

EPIST. XC.

SYMMACHUS FLAVIANO.

SEMPER mihi auctor es ingentium gaudiorum. At nunc supra vota processit, quòd me expetendi planè & ambiendi viri familiaritate decorasti. Neque hoc suspicione conjecto. Nam Patricij sermo fecit indicium, diligentiam in me suam te præsule provocatam; *d* quâ rectè cæteris benefactis tuis etiam hic titulus procedet in numerum, qui solus quamlibet voti avaritiam possit explere. Vale.

d *Sic Iur. Ms. ed. Sch.*

EPIST. XCI.

SYMMACHUS FLAVIANO.

QUOTIENS parentum beneficijs obligamur, necesse est ad hæredes nexum debiti pervenire. Ad

filium meum Senatorem præclarum atque ornatissimum virum præfata pertinet generalitas: *a* cuius pater omnibus rebus illustris, & mihi eximiâ veneratione recolendus, plurimum domui meæ honorificentiæ & religionis exhibuit. Cuius ego devinctus officijs, filio opto persolvere, quod de parente contraxi. Sola autem magnificentia tua potest me cõtractu gratiæ liberare, si posteritatem eius adiuverit, præcipuè in ijs rebus, quæ justiciæ patrocinio fulciuntur: siquidem queritur agros suos contra judicatum vestrum magnam partem mutilari. Grave hoc & impetibile videri, nisi etiam consensus partium frustrationibus luderetur. Minus est enim alienam sententiam spernere, quàm à propriâ discrepare. Est igitur in manu tuâ, in tam absoluto atq; probabili petitionis genere, servatis legibus, & æquitatis intuitu, aliquid etiam meæ deferre personæ: cuius interventum fastidio longæ litis, non diffidentia ne gocij postulavit.

Vale.

a *Sic Mss. Vatic & Bess. Ed. Sch. vide lib. 4. Ep. 38.* Omnibus rebus amari dignus. *Cic. pro Domo.* Vir omnibus rebus clarissimus. Tu emersus ê cœno, omnium facilé omnibus rebus ultimo.

b *Sic Ms. Iur. Schotti. Vide infra l. 9. Ep. 103.*

Q. AV-

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER III.*

* Editus post eius obitū à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio

EPIST. I.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

RURI HUCUSQUE *a* OBversatus, postquam me ad urbanam sedem recepi, reperimus optabilem litterarum tuarum salutem. Quæ post diutinum silentiū, tam multum apud nos gratiæ & honoris habuerunt, ut in his sola brevitas displiceret. Nam ieiunas aures meas & præclari eloquij tui satis superq; sitientes, affatus largior debuit uberare. Mihi quoque curæ fuit arctare paginam limite parciore, ut te, mi frater, scribendi talione morderem. Quamvis ita conscius sim arentis infantiæ; ut quantum doloris accipio, cùm breves epistolas sumo, tantum tribuam beneficij cùm pauca respondeo. Vale. *Ita Ms. Iov.*

EPIST.

EPIST. II.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

RURI positus vectigal solemne tibi dependo. Nullum enim tempus patior ab hoc munere feriatum; neque locorum intercedente divortio in oblivionem familiaritatis adducor. Qui, si me vicissitudinis stimulo faceres promptiorem, nunquam profectò linguam desidem continerem. Et tamen enixè meum fungor officium, nec cessationis traducor exemplo. *a* Atque hoc silentium tuum difficultatibus publicæ occupationis adscribo: quia satis est mihi ad amicitiæ fiduciam, quòd me credo redamari. Vale.

a *Sic dist. Ed. Sch.*

EPIST. III.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

HUNC scribendi morem superstitio vetusta constituit, ut ad peregrina digressi priorem sibi locum vindicent cum absentibus colloquendi. Sed affectus moræ impatiens, scribendi vices religione mutavit. Itaque ruptâ lege reticendi, sermonem tuum festinatione prævenio; adjiciens sedulæ salutationis officiis commendationem viri inter optimos quosque numerandi. Quem dudum à parentibus clarum, & aulicæ dignitatis splendor excoluit, & amplissima Curia non accepit, ut novum, sed recepit ut debitum. Quę tamen in fratre nostro Philippo, secundo loco & honore censenda sunt: quia plus habet laudis in moribus, magisq; probitate conspicuus est, quàm fortunæ muneribus gloriatur. Plura dicerem, si aut pudor eius sineret, aut prolixa laudatio epistolæ conveniret. Certè illud spondeo, tuam eximietatem *b* incoram reperire posse multa, quæ tacui: nulla desiderare quæ scripsi.

Vale.

b *Ita Ms. Besſ. Fuld. & Bd. Sch.*

EPIST.

EPIST. IV.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

DECET ut literas meas frequenter efflagites, nec tamen convenit, ut de silentio grave quippiam suspiceris. Oblitum me tui quòd in hanc diem fluxerim, censuisti. An ita vel mei animi fides inclara *a* est, vel tui meriti angusta *b* momenta, ut huic de me opinioni locus esse debuerit? Quare amicitia communis plus accepit iniuriæ ex tuâ suspicione, quàm ex meo silentio. Minus est enim, necessitate officium deserere, *c* quàm voluntate præproperâ iudicare. Putas solemni genere defensionis levare peccatum? Diu afui, longa ocia in secessu ruris exegi, tabellarij defuerunt. Hæc si vera plerumque sunt, tamen assiduitate detrita in invidiam mendacij reciderunt. Meæ occupationes ab usu remotæ, nihil mediocre protendunt, cuius rem familiarem nova incessit adfinitas, contra rationem legum, fœlicitatem temporum, cõsensum parentum, pacta majorum. Sed reprimam me, neque his querelis ulterius immorabor: quas tabellarius si veritati amicus est, explicabit. Ita fiet, ut & tibi cognitio gestorum plena proveniat, & ego excusationem meam potius indicasse videar, quàm dolorem. Vale.

a *Ita vulg.*
b *Alij* monumenta.
c *Ita Ms. Fuld. Bessar.*

EPIST. V.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

AIUNT qui callent rhetoricam disciplinam, nihil esse controversiæ, ubi eadem partium *d* jura sunt. Imaginem propositæ rei postulas? Mitto decantatas iudicialium meditationum fictiones, & inania simulacra causarum. Vel hæc silentij nostri diuturnitas materiæ talis exemplum est. Objicies mihi dissimulati officij negligentiam: in te *e* hæc referetur oratio. Ergò quia pares sumus, dulce colladium est, ut cum altero neuter expostulet. Veniam quam dederis impe-

d *Alij* iusta. *Vt lib. 4. ep. 49. & lib. 6. epist. 60.*
e *Ita Mercer. & Sch. Ed.*

impetrabis. Sed cur æquis tecum conditionibus ago? Iam mea causa melior, qui prior emendo utriusque delictum. Videro quæ tua futura sit in referendo termone curatio. a Ego in viam reduxi amicitiæ nostræ fortuitum stuporem; neque ex eâ re affecto gratiam. Satis mihi laudis est, invidiam silentij diluisse. Vale.

a *Ita ex Ms. Bess. & Fuld. erraxit Sch.*

EPIST. VI.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

SOLET quidem ægritudines animi ratio mitigare; sed fortunæ nostræ tantum vulnus est, ut ei ne tua quidem delenifica & suada facundia cicatricem possit obducere. Fors fuit b an dies longa quandoque hebetet laxatum dolorem: siquidem malis omnibus finis de tempore venit. Interim frigent verba solantium, neque aures applicat consilijs bonis surdus ex injuriâ animus. Tertius hic mihi de optimis fratribus luctus est. Post tot miserias quis non putet me dedidicisse patientiam? At quando imbecilliores nos ipse casus invenerit, tanto magis doleo. Nunc & illa crudescunt, quibus stuporem diuturnitas fecerat. Ictus enim novissimus etiam veteres plagas dolore rescindit. Nec ignoro multa invicti animi exempla posse referri. Pericles amissis receus liberis venit in Curiam: sed patriæ causa cogebat. Anaxagoram c Philosophum gravis de filio nuncius a disputationibus non retraxit: sed Philosophiæ deferebat calamitatis suæ negligentiam. d M. Horatius morte pignoris cognitâ cadaver e efferri iussit: sed hac constantia esse debuit, qui Capitolium dedicabat. Vides quis mihi sit animus: & tamen vita ducenda est. Amor enim lucis a naturâ datus fulcit infirmitatem doloris. Pænè prætermittendum fuerat inter prima collocandum. Cumulatissimas gratias ago, quòd Projectum familiarem nostrum avulsum contubernio tuo, meo solatio deputasti. Ex hoc intelligo, quanta necessitas fecerit ne venires. Ego tamen qui teipsum non potui, vidi ani-

b *Sic Ms. Iur. Alij* Vt.

c *Alij* Physicum.

d *Sic Ed. Iur. Lect. Ed. Sch.* Pulvillus. *Vide de Horatio Val. Max. l. 5. cap. 10. & Liv. l. 2.*

e *Sic Ms Vvevv.*

animum tuum; cui satis non fuit medicinam fortunæ nostræ per epistolam facere. Addidisti enim quandàm legationem, quæ sui assiduitate vim mali frangeret, quia noveras solatia litterarum cum lectione finiri. *a* Progressi in laudes tuas concludimus, cùm ipse religionem magis ad conscientiam, quàm ad gloriam referas. Ergo habeat modum sermo, quem nunquam circa te habebit affectio. Vale.

a Ita divinabat Sch. ex Mss. Vatic. & Bess.

EPIST. VII.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

ARBITRUM te assumo epistolarum mearum. Cape, si quid ab Repub. vacas, oratiunculam nostram, cuius edendæ fiduciam favor civium dedit. Nam spes sæpe alitur exemplis, & placiturum esse præsumimus, quod *b* alijs jam placuisse gaudemus. Nunc tuarum partium erit, respondere, quum legeris, an debuerit me Senatus animare. Certè mihi duci vitio non potest, quòd tam benè de tuis auribus speravi, quàm simpliciter priorum suffragijs credidi. Vale.

b Ms. VVovv.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

NUNCIUM reditûs mei cum primùm fida patuit occasio, exhibere non differo. Scio enim te prospera quæque de nobis velle cognoscere. Mihi quoque par cura est de salute atque actibus tuis læta & optata noscendi. Atque ideo dignaberis, quoties fors dederit facultatem, officia circa nos mutuæ affectionis implere. Vale.

EPIST. IX.

SYMMACHUS IULIANO RUSTICO.

TANTA animi voluptate sumpsi litteras tuas, quas mihi post longum silentium detulisti, ut me fatear quærelæ prioris oblitum: quia memoriam præteritæ intermissionis antiquavit gratia recentis officij.

officij. Deinceps si tibi cordi *a* sum, frequenter operâ scriptionis admitte, vicissitudine remunerandus & sermonis & amoris. Vale.

a *Ita Sch. ed. & Lect.*

EPIST. X.

SYMMACHUS NAVCELLIO.

EXPECTAS àme litteras largiores: delector judicio tuo *b*. Laus est enim ingenij, cùm desideratur ubertas. Sed velim tibi verborum copiam displicere. Nam quid agat, quò se vertat, ubi immoretur cassa rebus oratio? Odi in parvo corpore longa velamina. Illa vestis decenter *c* indutui est, quæ non trahit pulverem, nec *d* in humum demissa calcatur. Scribe ergò aliquid, quod respondendo producam: quanquam religione decipior, qui tibi uberes epistolas audeo polliceri. Videro quis sit futurus eventus sententiæ tuæ. Tamen memento non electionem me tibi spopondisse, sed copiam. Vale.

b *Sic. v. c. Iur. & ed. Sch. Alij* Honos.

c *Ita Ms. Iur. Pith.*

d *Sic ed. Iur.*

EPIST. XI.

SYMMACHUS NAUCELLIO.

SYMPSI pariter *e* geminas litteras tuas. Nestoreâ, ut ita dixerim, manu scriptas, quarum sequi gravitatem laboro. Trahit enim nos usus temporis in argutias plausibilis sermonis. Quare æquius admitte linguam sæculi nostri, & deesse huic epistolæ Atticam sanitatem boni consule. Dignum est, ut hæc ipsa apud te culpæ confessio prosit ad veniæ facilitatem. Quòd si novitatis impatiens es, sume de foro arbitros: *f* mihi an tibi stili venia poscenda sit. Ctede, calculos plures merebor, non ex æquo & bono, sed quia plures vitijs communibus favent. Itaque, ut ipse nonnumquam prædicas, *g* spectator veteris monetæ solus supersum; cæteros delinimenta aurium capiunt. Stet igitur inter nos ista pactio: ut me quidem juvet vetustatis exemplar de autographo tuo sumere, te autem non pœniteat scriptorum meorum ferre novitatem. Non silebo alterum munus opusculi tui,

e *Ita bene Ms. Iur.*

f *Ita omnes Ms. & ed.*

g *Sic recte Ms. Iur.*

li tui, *a* quo prisca cuiusque Reipublicæ ex libro Græco in Latinum transtulisti. Arma ab Samnitibus, insignia à Tuscis, leges de lare Lycurgi & Solonis sumpseramus. Tuus nobis posthæc addidit labor peregrina monumenta, quæ iam sui nesciunt. Nunc verè civitas nostra populorum omnium parens facta est; docere potest singulos antiquitates suorum. Ipsa verò pars materiæ digna laudari, quanto verborum stellatur auro? Nescias cultu an rebus magis voluminis honor gaudeat. De meâ ægritudine nequaquam te rumor fefellit. Sed jam mihi (modò venia dicti sit) convalescentiæ portus aperitur. Carminum tuorum codicem reportandum puero tradidi, & quia eclogarum ordo confusus est, quem descripsi, simul misi: ut correctio utrique à te præstetur, & aliorum, quæ nunc pangis, adiectio. Vale.

a *Ita Mss. Fuld. Bertin. Beſs. & Iur.*

EPIST. XII.

SYMMACHUS NAUCELLIO.

SI tibi hæc una, ut ais, frequentandi stili causa est, ut à me vicem sermonis *b* excludas; magnum silentij nostri in litteris tuis pretium est. Vide igitur, ne me *c* validius à scribendo revocet fructus tacendi: quia si sæpè respondeam, fortassis curam remittes, ut jam victor optati. Mane ergò in proposito assiduæ scriptionis, etiam post epistolam meam; quamvis malum creditum tuum, quam paginas impetrare. Sunt quidem illæ Tulliano *d* segmentatæ auro: sed de præsentibus amicis bona plura sumuntur. Ipsa etiam verba melius ex oris fontibus fluunt, quàm mandantur textis papyri. Quin ergò, eluctatus longi ocij cariem, *e* Cœlium nostrum revisas. Sat temporis Spoletio datum, bonæ urbi & optimorum civium matri: intelligenti tamen, quòd nostræ Curiæ viros usucapere non possit. Vale.

b *Sic Mss. Beſs & Fuld. Forte:* exsculpas, *ut sup. l. 1. Ep. 34. Al:* excudas.

c *Ita Lect. ed. Sch.*

d *Forte:* pigmentatæ.

e *Ita Ms. Beſs. Fuld. Vide infr. Epiſt. 88. huius libri.*

EPIST. XIII.

SYMMACHUS NAUCELLIO.

BINAS ad me litteras pediſſequus tuus detulit. Fraudis arguerer, niſi totidem reddidiſſem. Utriſque te rediturum Romam, ſi per annos liceat, ſpopondiſti. Sæpenumero idem ſcripſeras. Nihil jam moror ſyngraphas tuas. Iterare promiſſum, fallacię meditatio eſt. Scio lentos ad capeſſendum laborem ſenes fieri. Sed quia creſcunt vitia cum tempore, *a* ingratus mihi atrahendus es, priuſquàm juſtiorem veniam faciat longior dies. Nullam Neſtor tertio ævi ſui ſeculo militiæ vacationem popoſcit; nec Achilli excuſavit ætatis ſuæ frigus Phœnix monitor. Et certè haud multum itineris interjacet. Spoletium ſuburbanitas noſtra eſt. Dum carmina tua ruminas, dum epigrammata oblatis lucis, aut *b* amnibus componis, fallitur doctis cogitationibus ſenſus laboris. Vale.

a h.e. *invitus, & nolens. Sic Lect. ed. Mog.*

b Sic optimè ed. Mog.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS NAUCELLIO.

IN ære meo duco, quòd te adornare optatum reditum nunciaſti. Sed malè metuo, ne hoc ſtudium tui, negatio habitationis impediat: quam peto, ut in bonam partem voti erga te mei certus accipias. Deos enim *c* facio teſtes: has domus, quarum alteram poſtulaſti, jamdudum à me hoſpitibus eſſe decretas. Quæſo igitur, ut ſacramento commodes fidem, qui vel animo tantùm meo credere debuiſſes, & in ædes tuas feſtinus recurras: ſiquidem domus, quæ tibi priùs *d* ambitioſè per ætatem viventi & habitanti cum liberis ſatisfecit, ſenilem moderationem diſtributis in alias domus filijs nondebet offendere. Vale.

c Ita Lect. ed. Mog.

Sic Lect.

EPIST. XV.

SYMMACHUS NAUCELLIO.

PETIS ut reſpondeam litteris *e* tuis. Hæc denunciatio certaminis eſt. Sed unde mihi quamquam proce-

e Sic *benè vulg. Mss. Beſſ. Fuld. Vat.* meis *male.*

procedenti in annos graves, senile illud & comicum? a Quò iam tu veteres æmularis? Nec tamen b defendet voluntatem tuam stili mei desperatio. Quis enim pudor est, vinci post confessionem? Illud quoque me ad rescribendum coëgit, quòd timui cessationis exemplo quandam tibi silentij formulam dare: plusque fraudis in me rediturum adverti, si tua offensio imitaretur tacentem, quàm si ausus meus superiorem. Æstimabis ipse, quanto hoc tui amore adversus verecundiam meam fecerim. Intereà quòd vales, dulce est: quamvis adieceris, cauto esse opus, ne fortè reditum nostrum ævi tui subita prævortant. Nolo annos ad calculum voces. Fiducia salutis in viribº est. Quas cùm videt expendere tutela morum tuorum; spera confecturos Deos, ut maneas vitæ integer in metas, quas veterum definitio dedit sæculo. Vale.

a *Ita ex Ms. Vatican. leg.*
b *Sic ex Ms. omnibus legendum.*

EPIST. XVI.

SYMMACHUS NAUCELLIO.

FORTASSE arguas diutinum silentium meum. Nolo applices hanc moram negligentiæ. Continuatio enim longi itineris stilo obstitit. Tandem Formianum littus accessimus, quod mihi esset acceptius, si unà c loci istius voluptate frueremur. Sed quia hoc per annos & valetudinem tuam non licet; edoceri saltem mutuis litteris peto, quantum corpusculo vigoris adjeceris. Inesse enim tibi temperantiam, ceteraque tuendæ senectutis præsidia, non ambigo. Vale.

c *Ita ed. Mog. & Mod.*

EPIST. XVII.

SYMMACHUS GREGORIO.

HABEO expostulandi tecum probabiles causas; quandoquidem pontificio litterati honoris auctus nullum mihi indicium cõmunis gaudij præstitisti. Sed nolo primas litteras meas felle objurgationis im-

buere, ne animum tuum contrahant amara sermonũ. Quare decedo querimonijs, & tecum hanc veniam sic paciscor, ut in reliquum pensi habeas amicitiæ diligentiam. Sit inter nos frequens *a* honor cius officij, sint assiduæ scriptorum familiarium vices. Quippe tacita concordia instar odiorum est. Ideò litteras *b* adfabra rerum vel natura, vel industria peperit, ut nunquam muta esset affectio: & si quando *c* absumus, linguæ ut operam fungerentur signa verborum. Hæc in præsentiâ satis dicta sint. Opto deinceps materiam mihi ad respondendum dari gratiâ muneris tui, non dolore fastidij. Vale.

a *Sic benè Sc. ex Ms. Bess. & Fuld.*
b *Sic vulg. omnes: nec male.*
c *Sic primus correxit Lect.*

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS GREGORIO.

ABUNDAS quidem naturæ bonis & ingenij facultatibus; sed continui silentij culpam tibi quoque purgare difficile est. Quid enim ex vero, vel ex commentato dici potest? Itinera me, inquies, longa tenuerunt: Sed sæpè cessatum, & aliquando perventum est. Vigilem operam publicis rebus impendo; sed vicibus ocij omne negocium distinguitur. Restat, quod minimè volo, ut fatearis amicitiæ negligentiam *d* Nã officia si plerumque deseras, occupatio est: Si semper, oblivionis crimen putes, Hoc, si fieri posset, tacerem. Illudis ergò patientiæ meæ. Atqui intelliges, æquum animum maiore precio munerandum. Indignius læditur, quem religio non permittit offendi. Et certè interfuit sollicitudinis tui exercere aliquid verborum familiarium, quum mihi de scrinijs tuis profecta delegaretur oratio: de quâ interim te suspensum tenebo; tum demum tibi judicij publici facturus indicium, cùm exoraveris, cùm merueris, & quia tanti duco litteras tuas, cùm scripseris. Vale.

d *Ita omnes Vulgg. edd.*

EPIST.

EPIST. XIX.

SYMMACHUS GREGORIO.

DIUTURNITATEM silentij rupisti, sed mehercule frequentib⁹ impulsus officijs. Ego tamen nō minore afficior gratulatione, quàm si litteras sponte tribuisses. Germani mei *a* vicariâ potestate gaudeo, tanquam mihi decus honoris accesserit. Vestro quoq; in eum favore delector tanquam aliquid ipse præstiteris: cum quo illustrem virum Syagrium fides certa est operam bonæ frugis adnisum. Quòd eò *b* ad te scribendum putavi, ut gratiam nostram assertor sedulus exsequaris. Vale.

a *Al:* Vice gaud. *Sic Ed. Sc.*

b *Sic Mercerus optimè.*

EPIST. XX.

SYMMACHUS GREGORIO.

ELEGISTI materiam proniorem. accommodatior est enim querelæ oratio humana quàm gratiæ. Quâ causâ factum puto, ut me taciturnitatis incesseris, cùm *c* perpetem curam dandæ & reddendæ salutis adnitar. Quod quidem me libente feciſti. Nam qui alteri culpæ ducit officij negligentiam, pollicetur de se operam promptiorem. Expostulatio tua instar est sponsionis. Non meditabor tua verba, non excogitabo sententias. Si peccatum silendo contraxeris, tuis tantùm litteris arguêris. Vale.

c *Ita omnes Mss.*

EPIST. XXI.

SYMMACHUS GREGORIO.

VELLEM te legato uti apud optimum Consulem purgandæ atque excusandæ absentiæ meæ, si scirem, quod tu mihi in eâre *d* prius ignosceres. Nam cùm vestrum amorem cogito; vereor ne ut me æquè ambo diligitis, ita similiter arguatis. Quis igitur mihi huius causæ defensor adhibendus est? Fortuna scilicet mea: cuius ut misera, ita justa purgatio est. Neque enim fas finit, læta officia obire lugentes; fortasse etiam

d *Sic leg non primus.*

etiam vestram hilaritatem mea tristitudo contrahe-
a *Ita Mſ. Cuiac.* ret: *a* siquidem semper fieri amat, ut habitum mentis
b *Ita Lect.* de amicorum ore ducamus. Quare ignoſce, quòd *b* de-
sumus, & apud egregium virum Consulem fave absen-
tiæ meæ: cuius honore gloriari nostrum est, auspicijs
interesse fœlicium. Vale.

EPIST. XXII.

SYMMACHUS GREGORIO.

c *Sic rectius ed. Lect. Iur.* TANTUM tibi suppetit *c* uberis eloquij, ut prio-
ris silentij veniam cum præsentis facundiæ lau-
de merearis. Quę enim pars litterarum tuarum, vel in-
ventionum prudentiâ caruit, vel novitate sensuum, vel
antiquitate verborum? Cùm igitur tibi supellex larga
non desit; innitere, quæso te, ut, sicuti oratione mirabi-
lis es, ita religione proberis. Faciet hoc crebritas epi-
stolarum tuarum, quæ non solùm tibi parabit gra-
tiam, verùm etiam me faciet promptiorem. Vale.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS MARIANO.

NOS hîc in ocio rusticamur, & multimodis au-
tumnitate defruimur. Nam postquam dolijs no-
va vina commisimus, quæ calce, & prælo subacta flu-
xerunt; trapetis teritur bacca Sycionia, ut præcox olea
in usum olivi viridis mulceatur. Interea loci ferarum
d *Ita cod. Iur.* domos indago sollicitat, & incertus agricola in officia
diversa discurrit. Alij scalis ad arborum summa *d* per-
repunt. Plerique condita musta defæcant. Nonnulli
aprorum odora vestigia canum sagacitate disquirunt.
Sed hæc omnia, si nobiscum ageres, plus placerent.
Tenet te eruditio Scævolarum, dum forenses rabulas
pervigil doctor instituis. Quare accurre perniciter, ut
e *Ita ed. Sch.* feriarum requie laboris fastidium tergeatur. *e* Certè si
tibi ergastuli istius amor tantus est, adesto impiger,
ut ad dicendum promptior reverta-
ris. Vale.

EPIST.

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS MARINIANO.

QUOD fortunæ tuæ pollucibiliter floruerunt, meum duco compendium: quando ita animatus sum, ut amicorum prospera meis commoditatibus externa non arbitrer. Et re verâ quotus quisque homini dies lætus est, sua tantùm secunda numeranti? Latiùs gaudet, qui & alterius bonis pascitur. Quâ me igitur gratulatione affectum putas, cùm tibi comperi jugales Deos matrem familias copulasse, atq; ex eâ filium jam tempestivo dedisse proventu? Nam, ut scis, intervallo maris atque terrarum quo *a* destinemur, non prius coniugem tibi, quàm sobolem accessisse cognovi. Quippe unis litteris & nuncium filiolæ recens editæ, & nuptialem sportulam detulisti. Quæ quidem bona tibi dispertita temporibus acciderunt, sed meum pectus pariter ingressa sunt. Cedant gaudia divisa cõjunctis. Uberiorem fructum mihi præstitit mora. Jam non queror, quòd epistolæ tuæ seræ sunt. Jucunda dilatio est, quæ simul bona *b* pluria restituit. Vale.

a *Sic ex Ms. Grut.*

b *Ita Ms. Besß. Fuld.*

EPIST. XXV.

SYMMACHUS MARINIANO.

PLENÆ atque inveteratæ inter nos amicitiæ nihil adjici posse credideram. Invenisti tamen, quo perfectam diligentiam tui in fastigium tolleremus. Amabili enim fiduciâ Ausioni tuæ præbenda mandasti, quæ peregrinatio hyberna poscebat. Tu verò abundans omnibus, studio dandi beneficij excogitasti causam petendi. Sed dedisse te ex hoc gratiam, satis constat: quia plus accepit, de quo sibi aliquid alterius amor vendicat. Uno tantùm lapsu (fas sit dicere) amica vendicatio claudicavit, quòd remunerandum me de Galatiâ polliceris, ubi ad patrium larem veneris: Noluissem constantiam boni facti in hæc trepidæ verecundiæ verba descendere. Sed prætereo laudatæ

epistolæ leve fascinum. *a* Neque enim me tantæ gratiæ obligatio sermonum interpretem esse sinit. Cur autem multa loquimur, parva missuri? descriptio tradendarum tibi vestium secundam paginam tenet. Quid de mediocritate *b* earum sentias, ipse videris: qui hyemi magis, quàm cultui apta indumenta voluisti. Vale.

a h.e *tanto tuo beneficio devinctus sū, ut ob verbum temere emissū reprehendere te non audeā. Ita enim retinenda vulgata lectio, & explicanda.*

Ita doctissimus Sirmondus correxit ad sensum: & probat Eq. Sch. Sic supra: Quæperegrinatio hyberna poscebat

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS MARINIANO.

SECURUS, ut video, scribendi ad me vices negligis. Scis enim istiusmodi culpam sine talione cessuram. Quoties minatus sum par silentium, si à litteris temperasses? Vincor tamen affectione, & delector tali mendacio meo. Ex quo intelligere potes, quàm constanter diligam, qui tam inconstanter irascor. Vale.

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS MARINIANO.

DESIDERATAS mihi litteras serò hominis mei adventus exhibuit, quæ nobis gratum admodùm salutis tuæ indicium præstiterunt. Atque utinam facilitas commeatûs copiam daret frequentioris officij. Vale.

c *Ita ad sensum correxerunt Grut. & Scioppius. Nã in Vulgg. manifestius est error. Forte tamen legi possit* Ep securitate *Sic enim paulo ante loquitur Epist. 26.* Securitas *est neglectus.*

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS MARINIANO.

EXPECTATÆ mihi tuæ litteræ contigerunt, quibus promptior ad vicissitudinem reddar officij. Nec mireris, quòd tibi sermo noster serò tradetur, cùm aliquid sibi occupationes vendicent, nonnunquam desit facultas, tabellariorum quoque negligentiâ susceptam operam plerumque frustretur. Define igitur animum nostrum epistolarum *c* veritate metiri, cum rebus potius, quàm verbis spectetur affectio. Vale.

EPIST.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS MARINIANO.

FACTUM nuncias, quod spe & opinione antè præcepi, ut tibi amicitiam bonorum primus congressus aperiret. Namque hoc nobis *a* & tui mores, & illorum iudicia promiserant. Facilè enim probitas delata ad virtutum arbitros placet. Verùm ista pars gaudenda mihi potiùs, quam producenda est. Illud mallem latiùs prædicare, si æquaret oratio rei magnitudinem, quòd vestimenta de nobis usui tuo *b* apta vendicas. Nihil hoc amore sincerius. Scias fiduciam de simplici affectione surgentem, genus esse virtutis. Sed quid ego huic puritati dignum rependo? Stetimus officijs religionis hactenus pares. Nunc tibi sine cunctatione cedimus. Puto tibi sufficere ad vicem tantæ gratiæ victi confessionem. Vale.

a *Sic Ms. VVov. & Mercer.*

b *Ita est in Ms. VVov.*

EPIST. XXX.

SYMMACHUS AMBROSIO.

SALLUSTIO amico meo multa sponte tribuisti. Nunc adjice, quæ supersunt, ut ego quoque partem beneficij adeptus existimer. Supplementa autem desiderij eius à tabellario epistolæ suggerentur, quæ stilo persequi supervacaneum duxi. Aptius est enim negocijs mutuò intimandis vivæ vocis indicium. Vale.

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS AMBROSIO.

ITERO postulatum pro Sallustio amico meo, & ut ipse asseverasti, à te quoque in *c* curam dudum recepto: non quod metuam, ne fortè tutelam eius oblivione destituas, cùm familiare sit constantiæ tuæ fideliter exsequi recepta mandata. Sed quia diligentiam meam fortuna amici sæpè sollicitat, & laborantibus cõmendatio una non sufficit; licet renaciter memorem, rursus admoneo. Præstabit beneficij tui celeritas, ne sit mihi necesse idem sæpius facere. Vale.

c *Ita correxit Lect. & ed. Sciop.*

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS AMBROSIO.

FRATRES mei, Dorotheus, & Septimius spectabiles viri, unam tuam epistolam prætulerunt. Sed mihi religio fuit istiusmodi captare compendium, ut & tibi geminata responderet officij usura, & singulis honor debiti testimonij proveniret. Nam etsi Dorotheus probatus est; cupio tamen, ut eum maiorem in modum judicij mei prærogativa conciliet. quod futurum non ambigo, cùm *a* affectio boni animi capax sit augmenti, quotiens meritis provocatur. Vale.

a Sic idem Lect. & ed. Sch. ex Ms. Bess. & Pith.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS AMBROSIO.

LICET arbitrer, superiores litteras meas, quibus ut fratrem meum Marcianum ab injurijs vindices postulavi, in manus tuas delatas: abstinere tamen etjam secundâ petitione non debui, ut necessitatem viri optimi, sed invidiâ tyrannici temporis involuti, precatio geminata testetur. Quare rursus te ad amici defensionem exhortor; cujus tenuitas orta ex integritate, non patitur, ut *b* annorum precia possit exsolvere, quæ iam multis ejusdem temporis Judicibus Imperialis clementia relaxavit. Erit igitur tibi facilior ad impetrandum via, cùm meritorum tuorum opitulatio aliorum exemplis juvetur. Vale.

b Ita ex Mss. optimis legendum.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS AMBROSIO.

NÆ *c* ævi instar est, ut frater meus Magnillus Vicariâ potestate per Africam functus, testimonio omnium publicè privatimque conspicuus, varijs in eam provinciam retardetur obstaculis. Nosti optimi viri maturitatem, ceteraque artes bonas, quibus etiam tuum amorem cùm Liguriam gubernaret, attraxit. Et ideò apud te redundantis est operæ, laudare cõpertum.

d Sic ex vestigijs Mss. legẽdũ q.d *Aevum iam vel sæculum videtur, quod Magnillus in provincia detinetur.*

pertum. Quare impendio peto, ut cùm à baiulo litterarum causas morarum acceperis, religiosum pro eius reditu interventum digneris adhibere, quo tandem patriæ restitutus, longæ peregrinationis injuriam desiderata quiete commutet. Vale.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS AMBROSIO.

EXusu venit, ut opem desiderantes ad suffragia probata confugiant. Horum unus Eusebius est, qui adolescentiæ prolapsus errore, notatusque judicio, exploratissimum remedium veniæ Imperialis implorat. Sed ut ei celeriter arrideat affectus; deferri in curam tuam spem petitionis optavit: Cuius hæc summa est, ut judicati remissione, famæ suæ vulnus *a* excludat. Vale.

a *Sic Ms. Iur. Bes. Fuld. & Sch.*

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS AMBROSIO.

FLAVIUS meus Cæcilianus vir clarissimus, qui nunc communis patriæ gubernat annonam, certo cognovit indicio, adversarium suum Pyratam nomine, vel eius procuratorē, spem tui favoris hausisse. Negavi solere te recipere in tuam curam *b* pecuniarias actiones. Ille tamen, ut est hominum plerumque supervacua trepidatio, consentaneas sanctis moribus tuis deme litteras postulavit. Non abnui operam facilia & justa poscenti. Summa est igitur impositi mihi muneris, contra absentem civem, simulque districtum publicis curis, non sinas quidquam de justitiâ tuâ sperare præsidium. Sunt *c* fora, sunt leges, sunt tribunalia, sunt magistratus, quibus litigator utatur salvâ conscientiâ tuâ. Vale.

b *Ita ductu Ms. leg. Sch. & Lect.*

c *Sic plenius Mss. VVouv.*

EPIST.

EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS AMBROSIO.

DIARIUS clarissimus vir, qui inter professores medendi summatem locum jure obtinet, affinem suum, eundemque cognominem tuo patrocinio tradi meo optavit oratu. Libens amicissimi viri desiderio satisfeci, ut unâ viâ & te excolerem salute dicendâ, & illius usui commodarem. Facigitur oro, commendatum tuearis auxilio, me sermone vicario muneris. Vale.

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS HILARIO.

CUM has ad te litteras darem, lectulo æger tenebar; jam quidem à periculo vindicatus, sed adhuc inops virium, quę subinde incertis febribus *a* deteruntur. Inter hæc tamen mala valetudinis meæ amicis negocium dedi, ut pignus commune consultu patrum viris Consularibus jungeretur. Habita est ratio meritorum tuorum Nihil enim gratiæ meę duco delatum. Acta amplissimi Ordinis Ticiano honesto viro tradidi: quæ ubi in manus tuas venerint, amicitiæ *b* me satisfeciſſe pronuncia. Nihil enim malo quàm honesti officij diligens judicari. Vale.

a *Ita Ms. Bess. Fuld. ed. Scn. Lect.*

b *Sic ijdem libri. Ed. Sch. Lect.*

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS HILARIO.

VALETUDINIS meæ vigor cœpit assurgere. Fas est, ut jam de me scribendi assiduitas exigatur: maneat tantùm sanitatis fides, quam plerumque sollicitat hyemis iniuria. Nimis enim tenera atque imbecilla est ratio convalescendi, & antè medicas manus opem cœli clementioris expectat sanitas; ne tibi videar medendi arte morbo diuturnitatem dedisse. Volo enim memoriam malorum joci venustate frangamus.

Sed

Sed jam etiam aliquid de *a* Repentino juvene optimo dicendum est, cuius ego assiduitatem desideravi: quam mihi, ut arbitror, verecundia eius negavit, cùm cùm fiduciâ ex te *b* sumpta præstare debuerit. Erit tamen copia melior, cùm *c* cùm intelliget non se debuisse deserere, quem frequenti testimonio tuo de se noverat credidisse. Vale.

a *Ita Grut. & Ed. Sch. ex Ms. libb.*

b *Sic Lectius correxit, & expressit Ed. Sch ex libb.*

c *Ita iterùm Lect. & ed. Sch.*

EPIST. XL.

SYMMACHUS HILARIO.

RECTE valeo. Hoc enim scribendi esse principium, quod maximè experunt vota lecturi. Æquè tibi oblatum vigorem nimis gaudeo: nam meindicio tali nuper hilarasti. Illud quoque *d* in summam ponolætitiæ, quòd te memorem mei, honorificentia proximæ scriptionis ostendit. Cuius rei gratiam silere non debeo, ut hoc invitamento ad perseverantiam litterarij muneris provoceris. Vale.

d *Sic Mss. Bess. ut Valesius tamen: in summâ pono latitiâ*

EPIST. XLI.

SYMMACHUS HILARIO.

MENTIS tuæ est pia & justa mandare. Quod ideò præloquor, ut & implesse me noveris, quæ pro filio *e* Habemani viri clarissimi jusseras, & probasse. Supervacua igitur fuit postulatio litterarum tuarum. Moneri enim me oportuit, non rogari. Quid quod etiam mihi cum illo summa familiaritas fuit? Vnde factum est, ut *f* æquirari petitionis favor amicitiæ jungeretur. *g* Quid multa? Venient in manus tuas commenta Curiæ nostræ super eius absolutione confecta; quæ indicet tuæ voluntati, & Babiani reverentiæ delatam cupitorum celeritatem. At huius operæ peto literas crebriores; quarum tibi pro facundiæ tuæ opibus facilis liberalitas erit, mihi pro cultu mutuo pretiosa perceptio. Vale.

e *Ms. Pith. Aviani.*

f *Sic. Ms. Pith. & Lect. Ed. Sch.*

g *Iidem libb. sic habent, omisso τῷ Vt.*

EPIST.

EPIST. XLII.

SYMMACHUS HILARIO.

DENUÒ litterarum fœnore obligo bonæ fidei debitorem. Receptâ enim salutationis vice, quam mihi proximè reddidisti, nexuistius muneris te vacare non patior. Hoc autem mihi solùm præstabit iste contractus, ut indicia prosperorum, quæ de me accipis, tuorum bonorum voluptate compenses. Vale.

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS SIBURIO.

FORTUNÆ tuæ gaudia in meo ære duco, atque huius sententiæ te nobis judicem capio, qui animum meum spectatum habes, cùm tuum consulis. Debebatur hoc teneris temporũ bonis, ut consilio publico vir laudatus accederes. Ergo quia res sese ex voto omnium dedit, *a* perage operam judicio tanti Principis congruentem. Vrget te expectatio bonis semper onerosa. Nam etsi dignos respicit, periculo tamen proxima est, dum amplius sibi pollicetur. Habes sæculum virtuti amicum, quo nisi optimus quisque gloriam parat, hominis est culpa, non temporis. Vides certè, ut ille ipse qui Romanis rebus antistat, ad bonũ publicum natus est. Non tibi adverso nunc amne nitendum est. Secundo, ut ita dicam, cursu probæ artes & virtutes feruntur. Sed hæc tibi pleniùs tuus animus, quàm stilus noster expediet. Ego amici functus officium admonentis potiùs quàm docentis personam recepi. Et spero actutùm fore, ut expectatione, quæ de te magna est, major habearis. Nec ego istiusmodi scriptum recepissem, nisi apud me liqueret, quòd emendato pectori bona verba mandarem. Quod restat, memento salute referendâ, & tuum munus exsequi, & mei officij diligentiam provocare. Vale.

a *Alij* perge.

EPIST.

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS SIBURIO.

CONCEDO in leges tuas, & ἀρχαϊσμὸν scribendi non invitus affecto. Tu tamen fac memineris, illud potius simplex nonnullis videri, quod sequentis ætatis usus recepit. Vis epistolis nostris more majorum nuda nomina præferantur? Si tibi vetustatis tantum est amor, pari studio in verba prisca redeamus, quibus Salij canunt, & Augures avem consulunt, & Decemviri tabulas condiderunt. Iamdudum his renunciatum est, ut successio temporum placita priora mutavit. An si nobis scribenda sit forensis oratio, Iovem Deosque cæteros Catonis *a* lege præfabimur, ne nobis vitio detur, vel negligentia antiquitatis, vel inscientia? Atqui præstat Tullium sequi, qui ignorata majoribus usurpat exordia. Sed quid ego de hoc plura, cùm sim tibi dicto audiens, atque herbam dederim voluntati tuæ? Vt sæpè scribas, nequaquam mihi orandus es. Efficiet assiduitas litterarum mearum, ut mutui admoneariş officij. Vale.

a *Ms. Pith.* more.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS SIBURIO.

VERA res est, famam esse velocem. Sed *b* dissentio Mantuano, qui eam putat in malis debere numerari. Nam quid hac præclarius, cùm lætis nunciis rigat aures & mentes bonorum? Mihi certè oppidò grata est, postquam purgationis tuæ prima *c* vexit indicium. Ruri eram, mœstus animi ob amissam parentem. Eò me secura fama, curis quas de te gerebam absolvit. Nec fides defuit. Illico enim credebam verum esse, quòd noveram & tuæ innocentiæ, & æquitati temporum convenire. Accesserunt etiam litteræ tuæ tam lepidæ ac venustæ, ut in re jam cognitâ novum mihi de te gaudium nunciari putarem. Erat in illis fiducia conscientiæ bonæ, sed cum laude justitiæ

b *Ita vulg. Iuretus fecit* absentior. *In Mss. Beß. & Fuld est* assentior.

c *Alii* invexit.

stitiæ publicæ. Nam & principibus maximis gratias ut absolutus egisti, & de solâ fortunâ ut innocens conquestus es. Verùm quid ultrà? Quando Romam? quando ad urbanum otium? quando ad legendi & scribendi solatia *a* reverteris? Spero velociter: siquidem res postulat, ut tibi peregrinationis injuria desiderium quietis commendet. Vale.

a *Ita plenè in Mss. Besʃ. Fuld.*

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS EUTROPIO.

EX sententiâ mihi cupita succedunt, si quando perfrui datur salutis tuæ cognitione alloquij munere. Hoc ego liquere apud *b* te satis habeo compertum. Quid enim mihi amoris impenderes, si de meincertus esses? Atque utinam scripta hæc tua quàm sunt honoris plena, tam crebra sint. Gravis est enim sitis bonarum rerum, cui sola fruendi assiduitas medicinâ facit. Ergò indulgentiùs abutere munificentiâ scriptionum. Nam quo plus est in litteris tuis quod gaudeam, hoc magis supereſt, quod requiram. Vale.

b *Sic optimè Mss. Besʃ. Fuld.*

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS EUTROPIO.

NOXAE vacuus ociare, & libris remissiùs invigila, quando ita volvenda dies attulit, ut Domini nostri *c* Gratiani fortissimâ simul ac fœliciſsimâ manu nutantia reipublicæ pondera fulciantur. Videor ne tibi παιγνιωδέστερον locutus, quàm mos epistolæ sit? Sic se habet ratio, ut res maximæ maguos hiatus oris requirant. Sed hæc stilo exsequenda tibi ante alios, cui pollet Minerva, concedimus. Nos ad familiaria revertamur. Diu à me bona valetudo dissensit. Inhorruisti paululùm, scio: pone sollicitudinem: iam valemus. Nunc refectione opus est, cuius mihi copia sermonis tui pabulo, si annueris istiusmodi operam, poterit provenire. Vale.

c *Sic correxit Casaub.*

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS EUTROPIO.

SUPERFORANEI *a* laborisest commendare conspicuos, ut si in sole positis facem præferas, & accensu luminum claritudinem diei gestias adiuvare. Idcircò inpræsentiarum nihil moratus testis officium, salutationi tuæ stili operam dedicavi. Tu tamen Posthumianum fratrem nostrum, juvenem de summatibus meo quoque nomine velim diligas: ut intelligat, istam veluti omissionem laudis suæ plus honoris habuisse. Vale.

a *Vulgo:* supervacanei. *Sic autem Mss. ed. Sch.*

EPIST. XLIX.

SYMMACHUS EUTROPIO.

IN *b* gravi dono habeo quòd amicitiæ meæ viros decumatæ honestatis adiungis. Facis hoc pro cæterâ erga me diligentiâ tuâ, nec unquam desistr operam, quod mihi ex usu accidat, consulendi. Quid si tibi etiam fratris mei Sabini nomine gratias agam? Qui *c* à te in bonam partem creditus tantùm prærogativæ attulit, ut si foret jam omnib⁹ probatus. *d* Dignus planè talis viri testimonio: quòd cùm illi ad commendationem sui tribueris, existimaris hoc alijs, quib⁹ commendatus est, præstitisse. Vale.

b *Ita emendat Lect. cum assensu Sch. & meo. Vide Epist. 3. lib. 1. & Epist. 3. lib. 6.*
c *Sic Mercer.*
d *Ita totum locum restituit ex Mss. Sch.*

EPIST. L.

SYMMACHUS EUTROPIO.

CUM tu Romam commodùm repetis, ego me in secessu suburbano adserui lectioni. Diu quippe ab hoc negocio curâ obstrepente desidimus. Nunc ubi tu abes pars antiquior amicorum meorum; vicè sermonis tui veterum scripta funguntur. Aut olim tamen vrbem rure mutaveram, ut æstas mihi Prænestino Algido frangeretur. Sed interventus familiaris negocij rupit *e* otium meum. Ergò iam viam lego depositis quæ legebam. Si quid præterea *f* scitu opus est, meus Palladius indicabit, quem ego nō minus doleo abductum

e *Sic Ed. Sch. ex Mss.*
f *Al:* scito.

à juventute Romanâ, quàm gratulor imi spem sui honoris accitum. Vale.

EPIST. LI.

SYMMACHUS EUTROPIO.

a *Sic Mss. Ed. Sch.*

AGo quidem studio *a* tuo uberes gratias, quòd mihi familiaritatem probatissimi cuiusque concilias. Sed frater meus Hyperecius, jamdudum institutione Romanus est. Cur igitur mihi bona nostra commendas? Cedas alios usui incognitos, emendatione consimiles; si tamen raritas virtutum admiserit, ut unum aut alterum æquè edecumatæ honestatis invenias. Illos ego amicos beneficio tuo acquisitos putabo, quos nescio. Istum mihi reddidisti potiùs, quàm dedisti. Vale.

EPIST. LII.

SYMMACHUS EUTROPIO.

b *Alij divisim:* Ac cito. c *ita supplet Sch.*

MEDIOLANI interim dego ad obsequia auspicij Consularis D. Valentiniani evocatus. Accito *b* mihi fors dedit exercendi circa te stili copiam. *c* Eam libenter, ut honor amicitiæ postulabat, amplexus salutem tibi defero: quam, si benè contemplor, familiarium religionem, frequenti usu vicissitudinis repensabis. Vale.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS EUTROPIO.

d *Sic Ms.* h. e. vir clarissimus. *Alij* vir Consularis.

MUSONIANUS *d* V. C. admirator tuus, scripto ex Asiâ nuper allato, mutilari agros suos, qui tuis coniunguntur, accepit. Eam rem, cum mihi amicitiæ nostræ gnarus familiariter indicasset; principiò suasi, ne ad fidem tanti mendacij hominum suorum levitate traheretur. Dehinc poscenti litteras, officij huius operam non negavi, sciens mutuæ diligentiæ convenire, cùm inter nos, quæ ad integritatem famæ nostræ attinent, conferimus. Quæso igitur, in bonam partem,

partem, quę à me scribuntur, accipias; & aut fallaciam temerati juris alieni celeriter expurges; aut si quid te ignorante turbatum est, jubeas reformari. Vale.

EPIST. LIV.

SYMMACHUS RICOMERI.

MEus mos est semper alloqui præstantiam tuam. Qui tuus? Litteris abstinere. Facimus quod solemus. Ego scribo, tu reticès. Sed scio in amandis amicis maiorem virtutibus tuis inesse constantiam, quàm in *a* negligendis epistolis voluntatem. Atque ideò animi tui securus, cultum tibi debitum mente & sermone non desero, nequaquam reposcens, ut scriptorum mihi vicissitudo respondeat, cùm in amore reddatur. Vale.

a Lectius manuult. q. i. exhibendis.

EPIST. LV.

SYMMACHUS RICOMERI.

IN suburbano prædio fovens otium sumpsi litteras tuas. Cur enim Romæ te decente remanerem? Ager autem qui me interim tenet, Tiberim nostrum juncto aquis latere prospectat. Hinc libens video, quid frugis æternæ urbi indies accedat, quid Romanis horreis Macedonicus adjiciat commeatus. Nam pænè, ut recordaris, cessante Africâ fames in limine erat, quam clementissimus, & ad salutem publicam genitus Imperator prævenit ingestis alieni soli copijs. Jam portum nostrum, *b* complurium prima classis salutat. Jam securitate saturamur. Jam dicimus nostrum esse, quicquid ubique bono Principi nascitur. Hæc eò scribo, ut & Domino orbis effectum beneficij sui nuncies, & ipse fructum gaudij communis usurpes. Ego paulò post abire longiùs paro, nec tamen tantis ad te litteris abstinebo. Erit cura nostris in urbe remanentibus, & meum sermonem tibi per idoneos mittere, & mihi pari fide, quæ scripseris, exhibere. Vale.

b Lect. Cõperi *Grutz* tempori. *Ego expresi cum Sch. Isareti lect.*

EPIST. LVI.

SYMMACHUS RICOMERI.

POSSEM silentium tuum ferre patienter, morem tuum cogitans, nisi me ægritudinis, quâ laboras, dudum nuncius pertulisset. Metuo igitur ne sollicita magis, quàm consueta cessatio sermonis tui munus impediat. Atque ideò quæso, ut curas meas fraterno amore susceptas, scriptis, aùt mandatis digneris absolvere. Nam cùm sim cupidus litterarum; in secundis tamen pono solatijs, ut animus meus pro te anxius, si nondum epistolis, saltim nuncijs erigatur. Vale.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS RICOMERI.

VLTRÒ in me arguo culpam silentij, si quando usum officij mei quælibet dierum intervalla remorantur. Nulla enim purgatio *a* suppetit, quin cultum familiaritatis publico actui frequenter interseram. Sed idem qui peccatum vito desidiæ, æquè in scribendo longus esse desino. Nam licèt sciam, animum tuum nequaquam obnoxium esse fastidio; adverto tamen pro conditione curarum, ponendum verbis modum: quia ut desideranti prolixitas grata est; ita displicere non poterit brevitas occupato. Vale.

a Ita ed. Sch. satis εὐστόχως. Alij variant.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS RICOMERI.

AMO & suspicio virtutes tuas. Sed accidit, quòd tibi etiam amicus invideam. Flaviano meo aliquandiu solus frueris. Accipe planiùs, quid velim dicere Ad te migravit quicquid Romæ optimum fuit. Et vobis quidem societas vestra dabit mutuum gaudium. Mihi quid solatij erit? quem & ille deseruit, & tu minùs desiderabis, quia unus tibi pro utroque sufficiet. Vale.

EPIST.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS RICOMERI.

ALIUS fortassis existimet serum esse munus, quod anni superioris Consul *a* exsoluit. Ego sentio me atq; alios qui procul degimus, amicitiæ fiduciæ ad hoc locorum esse *b* dilatos. Illis verò continuò satisfactum, quorum tandiu memoreſſe non posses. Nam qui statim *c* munificus est, ipsis quodammodò Magistratûs sui facibus admonetur. Qui ex intervallo reddit officia, testatur eos se maluisse differre, quorum oblivionem dies longior non posset *d* obducere. Viderit igitur, an se quispiam credat ordine alijs, aut honore postpositum. Ego me intelligo purâ affectione prælatum. Neque enim satis amicus est, cui solemne aliquid statim redditur. Honestior est illa securitas, quæ putat sibi deforme non esse, si quid diu familiaribus debeatur. Quare velim credas, moram quoque ipsam mihi *e* jucundam fuisse, Sic iudico, sic interpretor, quæ dudum alijs ex more delata sunt, nobis amore servata. Vale.

a Sic optimè Lect. Vide infra Ep. 27. & 75 lib. 5.
b Ita Mercer.
c Sic omnes Edd.
d Ita optimè Mercerus.
e Ita Lectius & Sch. Simile quid lib. 4. Epist. 36.

EPIST. LX.

SYMMACHUS RICOMERI.

OPTATUS *f* eventus fidissimam obtulit mihi facultatem officij deferendi. Nam dominus & frater meus Eugenius cùm mihi sui copiam præstitisset, sumendæ epistolæ beneficium rogatus adiecit; qua tibi honorificentiam salutationis exhibeo, & obnixè deprecor, ne me diutiùs silentio tuo suspensum esse patiaris. Vale.

f Sic Modius Vide infr. lib. 4. Epist. 32. Modò eventus adiuvet destinata.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS RICOMERI.

DUDUM responsa tradideram, quæ testarentur grata mihi amplissimi Cõsulatûs tui munera. Sed

denuò nactus Eugenij viri clarissimi fratris mei copiâ, scripta duplicavi, haud veritus ne fastidium crearet sermo geminatus. Ex meo quippe animo metior amicitiam non posse sentire officiorum satietatem: sint quamquam illa crebra, & continuis similia; semper tamen ut rara, & diu desiderata sumuntur. Huic opinioni meæ fidem faciet assiduitas epistolarum tuarum. Insirum quippe est bonis mentibus, ut quæ copiosè ex alijs optamus adipisci, ea ipsi largiter deferamus. Vale.

a *Alij addùt:* tibi.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS RICOMERI.

MANDATIS tuis perfunctus Apparitor, ubi ad destinata pervenimus, testimonij nostri vacuus abire non debuit; præcipuè ne studium circa me tuum malè locatum putares, si gratiam *b* dilatus sermo solvisset. Ave igitur dico, & præmitto jam petitionem: ut cùm iter in patriam relegere cœperimus, eluctandis difficultatibus adminicula uberiora decernas. Vale.

b *Ita divinavit Sch.* h. e. Si responsum diu distuliſſem.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS RICOMERI.

OCIUM patriæ lætâ peregrinatione mutavi. Nam jussu Domini Valentiani, cum multis amplissimæ Curiæ proceribus accitus, ad vicem quietis domesticæ, fruor publicis gaudijs. Quod cùm ad te posset fama perferre, dignius visum est, me indice nunciari. Ipse ad respondendum benignitatem tuam moremq; servabis: siquidem litteras tuas non minus, quàm meorum conspectus, & verba desidero. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS RICOMERI.

QUID mihi jucunditatis litteræ tuæ attulerint, tibi æstimandũ relinquo; cui, si bene arbitror, vicissim meus sermo tribuit voluptatem. Perge igitur, ut jam face-

farere dignatus es, & amicitiam munerare affectu religionis, & assiduitate colloquij. Ego in ferendâ vicissitudine par esse curabo. Nam qui ab alio poscit officia, sui quoque studij frequentem operam pollicetur. Vale.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS RICOMERI.

SCIO præstantem animum tuum salutis meæ & reversionis indicia cupidè, ut amicitia postulat, operiri: & ideò expectationi tuæ revectus in patriam satisfeci; meque agere ex sententiâ, atque esse memorem tuæ circa nos humanitatis insinuo: simulque deprecor, ut affectionem, quam mihi & præsenti *a* dependere, & absenti dignatus es polliceri, litterarum munere quotiens usus tulerit, non graveris augere. Vale.

a *Ita benè vetus cod. Iur. Alij paulò aliter.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS RICOMERI.

SI *b* nosse dignaris, quanta sit in domino Flaviano pectoris mei portio; amicitiam adventantis amplectêre, ut duos obliges. Amboidem sumus. Nam hoc dici à me patitur ille, qui melior est. Plura scriberem, si aut diu velles rogari, aut tanti viri merita commendationem desiderarent. Ergo sat est, quòd accepisti voti mei indicia. Ambitu & labore non est opus, quum ex naturâ veniat, ut à te moribus tuis proximus diligatur. Vale.

b *Sic Iuretus edidit. Alij Mss. non habent* TÒ Si.

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS RICOMERI.

FIRMUM domesticum meum militiæ stipendijs cum honestate perfunctum, testimonio meo decuit adiuvari, ut faciliori aditu ad tuam notitiam perveniret. Porrige igitur, oro te, adiutricem manū legitima præmia ex more captanti. Huiusmodi quippe vetera-

nis prærogatiua debetur, ut illis Protectorum dignitas tanquam precium longi laboris accedat. Quod Firmo incunctanter eveniet, si tuus favor vota hominis ad consueta nitentis adnuerit. Vale.

EPIST. LXVIII.

SYMMACHUS RICOMERI.

MERITORUM tuorum iusta ratio deposcit, ut familiaribus litteris operam frequenter impendam; expertus quippe non perire officia delata sapientibus. Fungor igitur salutatione, quæ sola curam testatur absentium: tuamque oro præstantiam, ut amicitiæ bonum, sicuti facere soles, & sermone excolas, & mente custodias Vale.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS RICOMERI.

DOMINUM & fratrem meum Flavianum celsum virtutibus & honoribus virum, justitiæ tuæ exsortem esse non patior. Meritò pro honoribus eius, quæ causa poscit, allego: *a* sciens sine tuâ auctoritate commissa, quæ sub obtentu tuo à quibusdam *b* scævis designata dicuntur. Unde mihi maior fiducia est, posse rem graviter vindicari, cùm tua quoque fama pulsata sit. Querelæ autem genus hominum eius suggestio, si iusseris, melius prosequetur, quia multiplex iniuria modum epistolæ familiaris excedit. Non minora etiam filius illustris viri, & ipse iam honoris emeriti, in suâ proconsulari possessione toleravit; quæ ad unius quidem pertinent noxam, sed ad utriusque contemptum. Ergò ut mos est tibi, auditis eorum allegationibus, tuentur absentium facultates, primò famam, quæ optimo cuique preciosa est, tum amicitiam fidei iudicem, postremò leges, pro quibus excubas, dignare defendere: ut ad illustrem virum, qui per absentiam suorum nescit incõmoda, prius gratiâ beneficij tui, quàm suorum dolor & querela perveniat. Vale.

a *Sic supplet Ed. Schopp. ex Mss.*

b *Ita edit eadem ex Iureto. benè. Alij* scenis. *Vide extremâ epistolâ huius libri. Est qui conficiat* scurris. *non plane præter rem.*

EPIST.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS TYMASIO.

SÆPE alloqui præstantiam tuam non piget, quamvis nihil invicem sermonis accepi. Ipse enim mihi pro te spontè respondeo, quòd inter castrenses curas locum officia ociosa non habeant. Atque utinam tibi assiduitas affatuum meorum non videatur obstrepere. Prope est, ut referri mihi litterarum gratiam putem, si sciam, quæ scribo, non afferre fastidium. Vale.

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS TYMASIO.

AD scribendum me relatu vicissitudinis incitasti. Ea quippe rerum natura est, ut officiorum diligentia fructu vicissitudinis incalescat. Sume igitur salutationem, simulque indicium sospitatis meæ lætus amplectere, redditurus voto atq; animo meo reciproca gaudia similium de tuis actibus nunciorum. Vale.

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS TYMASIO.

VRGEO te frequentibus scriptis, & animi affectione non desero. Est autem sequester sermonis mei *a* Fœlix, probabilis & honestate vitæ, & exercitatione militiæ; cuius considerationem ut habeas, commonere non audeo, cùm tua æquitas tantum pro eo possit efficere, quantum favor meus optare. Vale.

a Ita Lect. & ed. Sch. Huius Felicis crebra mentio apud Symmachum.

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS TYMASIO.

PETITIO domini & fratris mei Stemmatij monitorem magis apud te quàm precatorem requirit. Nam cùm tanta sit tibi eius antiquitas, ut votum nostrũ favore præcurras; laborem rogãdi in lucro habere debemus. Breviter igitur, quid poscat, adverte. Subsidia

bemus Breviter igitut, quid poscat, adverte. Subsidia vitæ, quæ bona dici solent, ubi census uberior est, infortunio proscriptionis amisit. Hęc in magno Reipub. gaudio tuis potissimùm meritis repensanda committit. Suscipe, oro te, plenum bonitatis negocium; & amici inopiam, cui miseræ valetudinis casus accessit, tei familiaris integratione solare. Vale.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS PROMOTO.

a *Alij addũt* munerâ. *Sed Ita Mss. Bess. Vatic. atq; ex genio Symmachi: qui sic* ἑλληνίζει: Πολλὰ τῶν ἀρετῶν.

MULTA in te *a* virtutum natura congessit. Quæ si quis rtutinet pensiore judicio, nesciat utrum bona fortitudinis magis ac mentis excellant. Sed alterius laudis adstipulator est Princeps humani generis; officiorum verò familiarium nos testes esse debemus; *b* qui tibi religioso studio nequimus æquare. Miror tamen in hoc te mei amore progressum, ut mihi falsis laudibus blandiaris, cùm ais aliquid te ex nostri oris desiderare promptuario. Quò tibi inter rauca cornua meorum affatuum strepitus? Est quidem familiare virtuti, delinimenta *c* exercitij sensibus admovere. Nam & Achillem vatum maximus refert, ægri animi *d* curas fidibus resolvisse. Sed nos & musicæ facundiæ inopiam confitemur, & nutrimentum loquendi eorum litteris aucupamur, quos hærere comitatui *e* tua & fama loquitur, & tua scriptatestantur. Vale.

b *Ita ex Mss Bess. & Iur. Sch.*

c *Sic Grut. Lect. Sch. bene sane.*

d *Ita perspicuè liber Pith.*

e *Sic addit liber VVouv.*

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS PROMOTO.

SATISFACIET quidem tibi ad omne gaudium conspectus tuorum. Sed ego hanc hilaritudinem cumulari posse conjecto, si noster sermo quoque iungatur. Nam *f* cùm præ cæteris tibi domestica bona charasint, proximum sibi gaudium jure amicorum cura defendit. Ergò ubi desiderio tuo piæ necessitudi-

f *Ita ed. Sch. ex Ms. Bessar.*

nes

nes satisfecerint, ad nostras quoque litteras oculi conferantur: quarum hæc summa est, ut me valere cognoscas. Nolo enim te à colloquijs tuorum paginâ longiore producere Vale.

EPIST. LXXVI.

SYMMACHUS PROMOTO.

DUO mihi grata proveniunt, quotiens á me litteræ postulantur: & quòd te honore salutationis impertio, & quòd operam commendationis præsto poscentibus. Cùm igitur ad Africam reditum Paregorius cliens noster instrueret, & hujusmodi litteras impendiò flagitaret; desiderio eius effectum, libenter impendi sciens apud amantem mei nec illius petitionem beneficio carituram, nec meum inefficacem futurum sermonem. Vale.

EPIST. LXXVII.

SYMMACHUS PROMOTO.

NEC quidem prioribus litteris meis vicissitudinem reddidisti. Sed mei officij fuit, scripta geminare, ne tam fidâ occasione fraudarer. Maximè cùm amicus communis Auxentius accessurum sibi aliquid gratiæ ex meis litteris judicaret. Quem tibi propterea commendare non debeo, quia illi apud te potiùs, quàm apud alios testis esse consuesti. Vale.

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS PROMOTO.

HÆRENTEM me litteris impulisti, ut amicitiam, quam dudum tacitus optabam, nunc provocatus excolerem. Amplector futuræ inter nos familiaritatis auspicem voluntatem. Et quamvis præventus voto tuo; nitar, ut potero, ne vincar officijs. Has enim partes video mihi reservatas, ut religio, quæ te hortante sumpsit exordium, me annitente augmentum sumat. Vale.

EPIST.

EPIST. LXXIX.

SYMMACHVS PROMOTO.

PRIMIS quidem litteris tuis vicissitudinem mox rependi. Sed quia novæ famiaritatis auspicibus plus debetur officij; excolere amicitiam litterario munere persevero, ut perspicias bene cum his misceri fœdus animorum, qui cumulatiorem gratiam religioni referre noverunt. Vale.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS PROMOTO.

BEARI me multis bonis judicio, quotiens sermonis tui honorificentiâ & splendore delector. Idq; ut merear, etiam ipse non desero diligentiam frequentis officij. Stet igitur inter nos, ut animorum fida sinceritas, ita huius muneris amica certatio. Vale.

EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS RUFINO.

SUCCENSEBAM *a* silentio tuo. Sed postquam mihi indicium de fratris honore fecisti, vicit offensionem voluptas: Et in eam conditionem res redijt, ut ei agam gratias, quem piè objurgare meditabar. Tu verò sub hac petitione *b* dum voles retice, modò posteá bonis epistolis redimas stili tui ferias. O nuncium voto tuo similem! Nullum decuit hæc scribere, nisi quem constat optasse. *c* Næ tamen, præter gaudium, quod de processu fratris adquiro: etiam judicium tuum admodùm *d* decoloras. Solus enim tibi visus sum reparatis virtutum præmijs, posse gaudere. Sed quod ais exclusis improbis, spem bonis redditam; non ut insolitum, vel inchoatum recens gratulor. Nam solemne est *e* Domino nostro Theodosio in suos exercere censuram, morumque agere delectum, & singulos, et novos semper expendere, nec consuetudini condonare judicium. Inde est, quòd sinceriſſimos mo-

res

a *Alij* succenseram *barbarè.*

b *Ita Ms. Vatic. & Iur.*

c *Ita optime Ms. Iuret & Vaticani vestigia.*

d *Sic Edit. Sch. In Ms. Vatic. est.* delectat. *quod non ita splicet.*

e *Ita rectè passim hoc emendavit Lect.*

res tuos benignius recipit, quos severè & diligenter inspexit. Quid quòd etiam longè intendit oculos, & per immensum requirit venas bonorum, nullosque avidius trahit; quàm nihil desiderantes? Ut Flavianum meum, atque adeò tuum nuperexcivit; quem adhuc verecundia tegeret, nisi clara merita prodidissent. Hæc sunt, quæ mihi pro tempore lætitia dictitavit. Nunc ut amantissimum fratrem, vel, quod est verius, partem mei diligas, rogo sponte facturum. Ama in eo studia sua, & quicquid agnoveris virtutibus tuis proximum. Mihi *a* ut est curæ, quòd à fratre discernor: ita solatio erit, si eum sciam verè in te Symmachum repperisse. Vale.

a Alij hic addunt non male.

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS RUFINO.

ADHUC siles. Sed loquacitas mea non cohibetur exemplo, & est ocium mihi ad verborum copiam commodum. Nam ruri sum, nec tamen rusticor. Tantum de ripâ Tyberis (nam per fines meos fluvius elabitur) onusta specto navigia. non jam sollicitus, ut antè, de fame civium. Versus est namq; ex inopiâ in gaudium publicus metus, postquam venerabilis Pater patriæ Macedonicis commeatibus Africæ damna pensavit. Quem nunc omnes altorem generis humani Deum diligunt. Nihil enim passus est Austris contumacibus adversus Romam licere. Ergo de mei agri speculâ peregrinarum navium numero transcursus, & gaudeo victum populi Rom. non fato provinciarum, devotione quâ soles non occulere bonum publicum.

Meritò parciùs loquor, tuæ facundiæ relinquens,
ut hæc ornacius, si ita placebit, insinues,
quæ nos incultâ veritate narravimus. Vale.

EPIST.

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS RUFINO.

ITER, ut opinione metior, expedisti: quod solùm tibi ad silentium suffragabatur. Nunc *a* stativa requies, stilo & animo scribendi ad nos usum reformet: Licet oris tui facultas, & quum viam carperes, luculento potuerit affatu sitim nostram rigare. Sed fuerit tibi adversum culpam taciturnitatis de labore purgatio. Nihil jam suffragij restat, quum & facundia, quæ nec ante impedie batur, superfit, & ocium, quod desiderabatur, accesserit. Vale.

a Ita Mss. Iur. Bessar.

EPIST. LXXXIV.

SYMMACHUS RUFINO.

SEQUOR te litteris, quia mente & adfectione non desero. Nec videor mihi citò hæc arripere solatia, cùm adhuc apud nos recens iucunditas tua vigeat. Sentio enim bonorum separationem statim diututnam videri. Quod si, ut præsumo, etiam tuus animus expertus est, fac noverim festinatâ scriptorum vice, te quoque hoc intervallũ dierum longum putare. Vale.

EPIST. LXXXV.

SYMMACHUS RUFINO.

MOS & ratio flagitavit, ut mansurus domi, veniam de augustissimo Principe *b* imperati mihi itineris postularem. Excusationis causam litteris indicavi, quas favor tuus molli aditu, & blandâ recitatione commendet. Nihil enim meorum sine boni cujusque auxilio placeret. Rem loquor omnibus notam, mihi numquam tacendam: hoc amici, hoc æmuli sciunt. Quorum alij gaudent esse apud te locum meritis, alij dolent, non esse divitijs. Vale.

b Sic correxit Mercer. & habet ed. Sch.

EPIST.

EPIST. LXXXVI.

SYMMACHUS RUFINO.

INTELLIGEBAM non esse de nihilo, quòd diu à litteris temperabas. Tandem patuit impedito per ægritudinem visu, officiorum stetisse solertiam. Itaque ego illo de silētio sollicitus probare me fateor quòd asperæ rei nuncium usque ad sanitatis tuæ gaudia distulisti; ne de te antè caperem exorti incommodi sollicitudinem, quàm securitatem remoti. Nunc quia valetudo tecum in gratiam redit, indulgentioribus paginis amicitiam munerare: alioquin cessantibus simile aliquid rursus timebo. Sed de hoc satis verborum est. Flavianum pectoris mei dominum, tui sociū, hærere animo tuo usque ad improborum dolorem nimis gratulor. Nam sæpè apud me de tali amicitiâ gloriatur, hoc ego futurum antè prospexeram, virtutes utriusque considerans, quarum similitudo concordiam facit. Et ideò plus gaudij, quàm miraculi capto, teque oro, ne quid in tales amicos fascino liceat. Ille enim mihi non est rogandus, cui aliud velle non expedit. Vale.

EPIST. LXXXVII.

SYMMACHUS RUFINO.

LONGO orationis ambitu commendentur incogniti. Severiani autem C. V. merita annosæ militiæ probata documentis elaboratum testimonium non requirunt. Principem locum regendis Præfecturæ urbanæ cohortibus obtinuit; in Ordinem Senatorium lege transcriptus est. Restat, ut post dignitatem Curiæ, quæ honoribus maior est, etiam Reip. provinciali specimen sui præbeat: quod futurum arbitratur, si domini mei Præfecti urbi super hoc litteras promptus *a* stipulator adjuveris.

Vale.

a Ita omnes omnino Mss. h.e. adstipulator.

EPIST.

EPIST. LXXXVIII.

SYMMACHUS RUFINO.

SILENTIUM meum de excessu *a* civis Emeriti lepidissimo argumento epistolæ momordisti. Nam quid excogitari facetius potuit, ad castigationem suppressi à me nuncij, *b* quàm ut Cælij montis habitator adventitijs litteris Romæ cognoscerem? Sed mihi judicij tui spectata gravitas induxit religionem. Metui quippe tibi huiusmodi indicio lætus videri. Scis humanitatis hanc esse rationem, ut parùm probatis, & antè discordibus, ad vicem doloris, quem mors incutere solet, reverentiam saltim silentij deferamus. Quare parce obliquè stilo cædere, quòd displicere auribus tuis timui. Quin imo age circumspectioni meæ gratias, quæ tuis salibus locum facit. Atque utinam sæpè epistolas ioco scribas, quas negas seriò. Quid avarè uteris ingenij tui copijs? Vereor ne mihi post hac utilius sit mittendis litteris abstinere. Nam proximam de te paginam offensione taciturnitatis elicui. Et ideò præstabis forsitan culpæ meæ, quod non reddis officijs. Vale.

a *Quidam conjectant fuisse. V. C.*

b *Ita Iuretus edidit.*

EPIST. LXXXIX.

SYMMACHUS RUFINO.

COMMENDAREM tibi Flavianum filium meũ, nî te volente esset accitus. Nihil igitur tuo beneficio derogabo. Satis est juveni meo ad argumentum grati circa te animi, quòd de litteris parentis non requirit auxilium. Puto tamen convenire pietati, ut me quoque eius nomine tibi fatear obligatum. Ex quo fiet, ut plura in eum congeras studij tui munera, pro quo tibi non unus obnoxius est. Vale.

EPIST. XC.

SYMMACHUS RUFINO.

SÆPE mihi auctor lætitiæ, aut primus, aut solus

es;

es; Quæstorem antehac fratrem, nunc Rectorem Prætorianum litteris nunciasti. In omnibus ergò litteris tuis magna aliqua mei gaudij causa est. Quid, quòd & ipsa verba luxuriant, & animi sui alacritatem stili nitore testantur? Hæc cùm paribus æquare non possim, voto divina convenio, ut fortuna optimorum virorum semper tuæ fœlicitati grata sit. Vale.

EPIST. XCI.

SYMMACHUS RUFINO.

PROBITATE & honore pollentibus viris, nihil addit aliena oratio. Sua enim luce conspicui precarijs testimonijs non iuvantur. Qualis igitur quantusque sis dominus, & frater meus, in aperto est. Meritò eius laudibus nostrum cedit ingenium. Hoc unum tamen prætereundum non puto, summam mihi cum illo esse officiorum familiarium societatem: quæ res etiam tibi minora merita plerumque commendat. Unde arbitror ex abundanti promptam fore in eum præclaræ tuæ mentis affectionem, quam illi & decus proprium, & meæ amicitiæ prærogativa conciliat. Vale.

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

* Editus post eius obitū à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio

LIBER IV.*

EPIST. I.

SYMMACHUS STILICHONI.

DIU SILUISSE ME FATEOR, ut fiduciam scribendi tuus sermo præstaret. Sed cùm perspicerem, nec dum ullo invitamento officij provocari; prior in verba salutationis erupi, plurimùm rogans, ut exempli istius imitator esse digneris. Vale.

EPIST. II.

CS. CS.

ABUNDAT Flavianus filius meus ad promerendam conciliationem bonorum suis paternisque suffragijs. Sed interest amoris, quem verè pignori meo debeo; ne dum meritis illius nihil deesse contemplor, officium parentis omittam. Facio igitur, quod redundet, & cumulum impono perfectis. *a* Et hoc ad coniungendum Flaviano meo præstantiæ tuæ

a Sic Grut. Vulg. Sed

tuæ animum multùm credo valiturum: quia mihi pro beneficio intelligis imputandum, quòd illi solo judicio detulisses. Vale.

EPIST. III.

CS. CS.

VIR Spectabilis Rufinus, & in ordinis nostri lectissimâ parte censendus, cùm in obsequia tibi debita pergeret, invidere se mihi *a credidit*, nisi nostra susciperet. Igitur à me reddendam defert salutationem, quam tibi sæpè deferrem, si esset facilè similes invenire. Rarus igitur est sermo, quia rara est talis occasio. De ipso nihil dicimus. *b* Meriti enim proprij conscius, suspiciones gratiæ fugit, & in examen tuum veniens non vult sui commendationem testi magis debere, quàm judici. Vale.

a *Hæc vox abest à Ms. Bess.*

b *Ita Lect. & Ed. Sch.*

EPIST. IV.

SYMMACHUS STILICHONI.

QUID de Afrorum dolore & militarium virorum querelis consultus præcepto sacro amplissimus Ordo censuerit, plenè atque apertè Gestorum Curialium inspectione cognosces. Sed quia me quoque familiariter indicem gestę rei esse jussisti, summatim quę decreta sunt, non tacebo. Lectis Dominis nostri Honorij Aug. litteris atque sententijs, decursisque omnibus paginis, quæ Gildonis crimina continebant, par bonorum motus erupit. Consulti igitur in Senatu more maiorum (neque enim legitimo ordine judicij auctoritas stare potuisset) ingenti causæ devotis sententijs satisfecimus. Adiecta est post rei damnationem pro alimentis populi Rom. supplicatio. In metu enim sumus, ne obsit commeatibus annonarijs medij temporis mora, & perturbatio plebis oriatur. Veniet in manus tuas, quid pronunciaverim.

Reperies & facti huius me adseruisse justitiam, & apud D. nostrum Arcadium causam publicæ egisse concordiæ. Vale.

EPIST. V.

SYMMACHUS STILICHONI.

COMMENDATIONEM non desiderat, qui adagēdas gratias pergit. Et ideò Flavianus filius meus fretus culminis tui beneficijs levat istiusmodi labore curam parentis. Restat, ut scribam, quòd illius coràm gratulatio sequetur, nihil esse ad integrandas fortunas hominum virtutibus tuis promptius. Reddideras *a* inclinatum pristinum statum, & putabaris consumpsisse præstanda. Nunc adiecta est ei honorabilis Evocatio, quam testimonij tui juvit auctoritas. Novos beneficiorum gradus invenis, & inconstantem putas amorem, qui incrementa non accipit. O felicis ingenij benignitatem! Quid Flaviano meo amplius velim, nescio cùm tu sponte præcurrens impudentes *b* nos facias æstimari, si adhuc aliquid optamus. Vale.

a *Ms. Fuld.* inclinato: *bono sensu.*

b *Ita benè omnes vulg.*

EPIST. VII.

SYMMACHUS STILICHONI.

EVECTIONES impetrasse me gaudeo, quibus Præturam filij mei virtute quâ polles, juvare dignatus es. Restat ut cumules, quæ magnifici animi consuetudine præstitisti, & familiares meos in Hispaniâ missos ob equorum Curulium coëmptionem, transcurrere protinus jubeas, quia tempore futuræ Editionis urgemur. Illud autem de te petere non audeo, sed tuo relinquo judicio, an effectum desiderij mei datis ad amicos litteris præcipias adiuvari. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS STILICHONI.

AGENDIS tibi gratijs pro Flaviano filio meo, usquequaque imparem me sentio. Et quum sint verba

verba rebus faciliora, beneficij tui magnitudinem dictis æquare non possum. Neq; enim mea tantùm gratulatio est, quòd cũ illo honor amissus revertit in gratiam, Senatus bonique omnes, hanc inter se partiuntur. *a* Quocirca arduum est, ut unius sermo compenset, quod tantorum affectio contraxit. Dabis igitur veniam pro te pauca dicenti. Maius quiddam est honorem restituere, quàm dedisse. *b* Hęc n. fieri fortuna cõsentit: illud contra ipsam præstat humanitas. Præmiserat alia exempla clemenriæ receptus cœlo Principum parens, & Flaviano meo multa casibus detracta reddiderat. Reservatus est unus & potissimus bonitatis titulus hęredi, quem magnitudinis tuæ monitu paternis beneficijs Dominus Honorius adjecit, interpretatus scilicet Divo Principi tempus non animum defuisse. Nunc perfecta sunt à successore cõsimili interrupta fato opera clementiæ. Fastigium quoddam leniissimus & augustissimus Princeps cœptis genitoris imposuit; cui ad vicem gratiæ te ac tui similes opto monitores. Nam summis imperij moderatoribus pia & decora suadentes, instrumenta sunt boni sæculi. Est quidem Rectori nostro divini fontis ingenium, & *c* ad omniũ virtutum cursum prompta natura. Sed, ut imagine mihi uti liceat; optimos gubernatores haud mediocriter etiam remigium manus juvat. Te verò famæ eius amicitiorem cum fides militiæ, tùm necessitudinis affectio reddit. Hinc est, quòd illi promerendi undique amoris vias invenis, & maioribus occupatum mones privata fata respicere. Humani casus in fugam versi sunt, nihilque in Senatu mœstum resedit. Alijs tributus, alijs integratus est honor. Uni familiæ debetur, quicquid singuli sumus. Sed jam servabo epistolæ terminos. Vereor enim ne hæc ipsa afferant fastidium præclarę verecundiæ tuæ, cùm æquare non possint vicem gratiæ. Illa potius gaudia te munerentur, quæ meritorum securitas parit. Nolo ex verbis cuiusquam speres tanti beneficij solutionem. Præ cæteris nosti, solum

a *Sic Ed. Sch. ex Ms. & Lect.*

b *Ita Lect. restituit de authoris mente.*

c *Ita plenius Mss. Beß. & Fuld.*

conscientiæ bonæ præmium satisfacere posse magna præstantibus. Unum tamen tanquam immoderatus adjicio, ut iugiter in Flaviano meo beneficia tua diligas. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS STILICHONI.

INTELLIGO exmorâ & cunctatione Rescripti divini, *a* aliquid in his, quæ Prætoria filij mei supplicatio comprehendit, incongruum vel dubium judicari. Atque ideò denuò tibi petitionum mearum debeo præstare rationem. De equis ob natalem Domini nostri Honorij & invictissimi Principis largiendis, licet hoc anno obsequij istius tempus effluxerit, opinor votum meum non potuisse reprehendi. Aquæ verò theatralis & holosericarum vestium impetratio, etiam alijs ante me plerumque delata est: *b* & ideò iuvatur exemplis. Amphitheatricum spectaculum, quod Editioni filij mei propter capacitatem loci opto concedi, etjam ludicris Quæstorum *c* præludionibus non negatum testimonio sunt Rescripta, neque privilegio *d* solis non patêre Consulibus. *e* Scias à me dudum rei istius processisse principium: non ut fastigio Consulari, quod *f* proximè tui culminis fœlix, & olim debitus magistratus ornavit, ex hoc aliquid adderetur (neque enim præcipuus honor rerum talium requirit augmenta) sed ne populus Romanus adpetentior istiusmodi voluptatis, minoris loci urgeatur angustijs. Cæterùm quid prærogativæ habeat non video, cùm etiam Censuales absentium Munera illic soleant exhibere; quorum mediocritatem volumus æmulari. Hæc eò scribo, ne videar iniquitatis, aut insolentiæ argui, si aliquid denegetur. Sed eminentissimæ, & semper mihi reverendæ sublimitati tuæ expendendum relinquo, quid merito existimes convenire. Tem[illegible]im opinio hominum judicabit, *g* si justa non [illegible]petrem, cùm

a Sic ed. Sch. Mss. Alij: atque oraculi div.

b Ita Mercer. restituit.

c Sic correxit Sch. Vide l. 2. Ep. 77.

d Ita benè Lectius.

e Idem Lect.

f Ita Modius Vide Epi. seq. Tui culminis auxilium.

g Lect. ista

cùm tuæ censuræ animus soleat magna præstare. Vale.

EPIST. IX.

SYMMACHUS STILICHONI.

CUM sublimi excellentiâ tuâ legationem mihi amplissimus Ordo mandavit, quam suscipiendam, & necessitas impulit patriæ, & tui culminis provocavit auxilium. Pervectus igitur ad Comitatum Domini, & Principis nostri Honorij, *a* notitiam, magnificentiæ tuæ deferre non distuli adventûs mei causam. De censuræ enim tuæ pendet arbitrio spes communis officij. Quæso igitur, ut lectis amplissimi Ordinis petitionibus, quarum exempla coniunxi; inter fœlices magnitudinis tuæ actus, super hac quoque parte expectationem meam litteris digneris instruere. Vale.

a *Ita omnes Mss. & vulg.*

EPIST. X.

CS. CS.

ITANE sublimem animum tuum mei cœpit oblivio, ut tamdiu exsortem colloquij tui me esse patiaris? An existimas neglectum familiaris officij æquanimiter à me posse tolerari? Quin age, ut mos est virtutibus tuis, & amicitiam *b* scriptorum celebra, simulque æstima, quàm uberior ac promptior litteris tuis à me cura referenda sit, quæ etiam tacenti jugiter exhibetur. Vale.

b *Merc.* scripto concolebra.

EPIST. XI.

SYMMACHUS STILICHONI.

SÆPE ad te litteras dedi, quas quidem credo suppressas. Quando enim vir servantissimus amicitiæ, multisque animi bonis præditus, dignationem mihi officij tui denegasses? Fuerit hoc eorum, quibus in reddendis paginis fides defuit Nunc eventus optabilis

veterum morum sequestrem scriptis meis præstitit. Igitur diligentia, quam proficiscentis fidelitas pollicetur, erga te cultum salutationis instauro. Responsa tua facient, ut usum stili per verecundiam serò repetitum, vicissitudine provocatus *a* frequenter exerceam. Vale.

a Ita plenius Mss. Beſs. Fuld.

EPIST. XII.

SYMMACHUS STILICHONI.

CONSULATUM meum liberalitate continuas, &, ut publicus parens, in futuros etiam magistratus Imperialem provocas largitatem. Quo ergo mihi ore celebrandus es, qui fastigio honorū *b* jurè conspicuus, Prætorios quoque instruis apparatus? Cogitas enim cæteris sæculi bonis etiam privatorum munia debere congruere. Itaq; Domino nostro Honorio divinæ stirpis Augusto benefaciendi semper addis calorem, docesque invictum Principem Senatoriam mediocritatem muneribus incitare. Cui pro me agere gratias solus omnium potes, qui tanti beneficij auctor fuisti. Ego in filij mei Editione testabor, cùm Romanam caveam leopardorum cursus impleverit, cui justior plausus, & læta vocum suffragia debeantur. Longiùs pergerem, nisi tuus nobilis pudor par virturibus cæteris, laudis onera vitaret. Ero igitur verborum modicus, dum singulari verecundiæ tuæ obsequor. Sed præcelsa sublimitas tua teneat definitum, meam gratiam, quæ parca sermonis est, in animo redundare. Vale.

b Sic Lect. emendavit.

EPIST. XIII.

SYMMACHUS STILICHONI.

AD patriam redijsse me nuncio, necdum compotem sanitatis. Sed si tuus adventus adriserit, spero in gratiam mecum bonam valetudinem mox esse redituram. Vale.

EPIST.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS STILICHONI.

CUM filios nostros jugali fœdere sociare vellemus, primam super hoc magnificentiam tuâ meditatio nostra consuluit, ut cœpti fœlicis auspicium à parente publico sumeretur. Effectum nuptialibus votis Deus præstitit. Nunc honor sportulæ suscipiendæ culmini tuo & more, & amore solvendus est. Quæsumus recipiendo obsequio manum atque animum benignus admoveas. Hunc enim lætitiæ adhuc apicem festa nostra desiderant; ut is, qui nobis auctor ante omnes esse dignatus es jungendæ per filios necessitudinis, æquè maneas adprobator. Vale.

EPIST. XV.

SYMMACHUS BAUTHONI.

NON cadit in te ista suspicio, ut consultò amicitiæ negligens fuisse credaris. Est tibi animus tenax fidei, & ut in recipiendis familiaritatibus circumspecta cautela, ita in retinendis firma constantia. Quapropter nec ante opinatus sum exemptum me numero cæterorum, quibus principio anni munus Consulare tribuisti; & nunc amplius quàm reliquis mihi credo delatum. Nam quod illis generalis oblatio dedit, nobis specialis cura restituit. Quâ in re his quoque succensere non debeo, qui me exsortem prioris honorificentiæ esse voluerunt. Neque enim aliter evenire potuisset, ut quod fraus alienâ subtraxerat, bis mererer. Stabit igitur apud animum meum iugis tua gratia, & memoria constantis officij nullâ oblivione tenuabitur, sive error istud, seu dolus fecerit. Docuisti omnes, nihil ulterius ad destruendas amicitias callidum cogitare, *a* quas vident insidijs suis crescere. Vale.

a Lect. quibus.

EPIST. XVI.

SYMMACHUS BAUTHONI.

INTER præcipua gaudiorum numero litteras tuas; scilicet fraterni animi testes, & verę religionis interpretes. Eas quanto sæpius sumo, tanto impensiùs uberiusque desidero. Difficilis est enim satietas bonarum rerum: & tunc maximè animos iucunda quæque sollicitant, cùm videntur explere. Scribe igitur, ut facis, sæpius: nec metuas, ne experiaris ingratum, quem vides & amoris, & sermonis tui esse tam cupidum. Vale.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS PROTADIO.

SUM quidem nimis æger animi, & præ tanto luctu obeundis impar officijs. Sed nunquam fortunæ in me tantum licebit, ut honorem tuum victus mœrore dissimulem. Quin imò litterarijs delinimentis remedia vulneri meo facio. Quæ etsi pro magnitudine doloris invalida sint; medicinam tamen mihi efficacissimam *a* tui sermonis afferunt. Quid expectem vides? Operam, si videbitur, amicitiæ debitam, ægro animo prosecturam. Vale.

a Ita sane optimè coniecit quidam: nec prater ductũ Mss. Vulgata omnia frivola sunt. Alij auxerunt.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS PROTADIO.

FALSÒ apud me venandi studio gloriaris, cùm thymum facundiæ spirent litteræ tuæ. Ne mihi os subleveris. alia ocij, alia negocij signa sunt. *b* Tætras herbas olet rusticus: vinum anhelus ructat ganeo: nantem sequitur gravedo: vos Amici Camœnatum florem ructatis Heliconis. Quas tu nobis indagines leporum, quos natales canũ dies, quæ venatica festa mentiris? *c* Censen' posse me retrahi à voluminũ studio in eas artes, quas tibi arrogas? Ne primævus quidem cùm ferret ætas, Amycleos aut Molossos alere curavi. Tantũ abest, ut hæc

b Ita Mercer. ex parte ductu Ms. nisi quod pro Actes h. *substituit quidam* Tætras: *quod adprobum esse iudico.*

c Sic Lectius optimè.

ut hæc annis in senectam vergentibus velim, *a Candidior postquam tondenti barba cadebat.* Sed fac velle me obire nonnunquam rusticas voluptates. Cui tandem primorum Senatûs tanta vacationis fœlicitas suppetit, ut inter patriæ curas respiret opere sylvestri? Comperisti haud dudum frumentarias magnæ urbis querelas. Successit huic olei penuria; & adhuc manet de fruge causatio: hinc rerum fessi viros Curiæ oratum remedia legavimus: & spes est, clementissimum, divinumq; Principem salutari ope consulturum petitis. Interea *b* laborantium murmure strepit civitas. Tu nunc, amice, venaris, & nimis anxios deliciarum tuarum jactatione sollicitas. Sed quî ~~qui~~ fieri potest, ut talem tantumque te perscrutandis cubilibus leporum credam vacare? Unde ergo est, quod iisdem litteris à me poscis historiam, quibus canum tuorum festos ac profestos dies prædicas? Dissimulari studia vera non possunt. Nam fateris invitus inter figmenta ludiera morbum legendi. Non ibo longiùs. Priscas Gallorum memorias deferri in manus tuas postulas. Revolve Patavini scriptoris extrema, quibus res Cæsaris explicantur, aut si impar est desiderio tuo Livius, sume Ephemeridem C. Cæsaris decerptam bibliotheculæ meæ, ut tibi muneri mitteretur. Hæc te origines, situs, pugnas, & quicquid fuit in moribus aut legibus Galliarum docebit. Enitar, si fors votum iuvet, etiam Plinij Secundi Germanica bella conquirere. Tantisper esto contentus fide operis oblati; & fratrem nostrum Minervium scriptorum meorum doctissimum, & benignissimum judicem, (cur dicam judicem, quem malo plausorem?) ac socium lectionis: quamquam hoc à te scio nequaquam petendum. Nihil enim bonæ rei inter vos dividi amor æquus mutuus sinit. Vale.

a *Virgil. Eclog. 1.*

b *Sic Mss. Fuld. & Mer.*

Livius.

C. Cæsar.

Plinius Secundus.

EPIST.

EPIST. XIX.

SYMMACHUS PROTADIO.

APROSPERIS ordiendum est. quapropter in prologo, ut ita dixerim, litterarum, Salutem valetudinemque dico. Dehinc meorum subjicio postulatum. *a* Flavianus vir inlustris nostrum commune pignus, diu eluctatus fortunæ aspera, sed Divi Principis beneficio in tranquillum reductus, solvere solarium patris jussus est, taxatione preciorum graviter aggerata. Neq; census exilis tanto oneri convenit. Fac igitur, si quid in te opis est, ut afflictæ domui pia temporum parcat humanitas: alioquin integrata per Indulgentiam bona vel *b* auctione fœnoris detrahentur. Sequetur, ut spes est, paterna benefacta iuvenis Augustus; ad quem sicuti successi imperij V.C. *c* patre pervenit, ita bonitatis imitatio Vale.

a *Ita Sch. & Gr.*

b *Sic ex Ms. Pith. & teg.*

c *Ita Ms. Pith. Alij: à fratre.*

EPIST. XX.

SYMMACHUS PROTADIO.

HILARASTI mihi diem litteris, quæ testatæ sunt vigere apud te nostræ amicitiæ diligentiam. Multum pectori meo voluptatis illapsum est. Et sanè statueram scriptis antevertere officium tuum, si te Mediolanum venisse didicissem. Dederam quippe hanc provinciam germano tuo, cuius amore tibi non cesserim, ut adventum properè nunciaret. Sed colludio quodam moratus indicium, tibi ordiendæ salutationis *d* primorem locum præstit t. Neque molestè fero, quod apud te gratia fratris antistat. Interea respondendum est inquisitioni, quâ scire postulas, quibus actibus vitam colamus. Dum filius meus Græcis litteris initiatur, ego me denuò studijs eius velut æqualis adiunxi. Repueraſcere enim nos pietas jubet, ut litterarum dulcedinem liberis nostris labor participatus insinuet. Tuæ res non in germine, sed fruge sunt; cuius eloquentissimus juvenis, ut fando comperi, proximis facundiæ

d *Sic Mercer. ed. Sch.*

diæ calcibus urget parentem. O te beatum, amice, si vincêris; Nostra adhuc institutio molitur florem creare; nec imperari potest vnico labor. Itaque inter *a* merum metum, & diligentiam lentus pignoris nostri profectus adolescit. Planè, ut arbitror, quæ sitis satisfecimus Nunc vicissim rerum tuarum ordinem cupio cognoscere. Facilis autem, si me dignum putes litteris, commeantium copia est, quum tabellarijs in aulâ positi fratris utaris. Vale.

a *Ita suppleo ex Mss. Gif. & Fuld.*

EPIST. XXI.

SYMMACHUS PROTADIO.

POST urbis nostræ exitiabilem famem, re frumentariâ in tranquillum reductâ, oram Campaniæ accesseram. Commodùm adfuit Martianus *b* intimus vester, & mihi per vos amicus adportans litteras tuas: quas ubi lætis oculis percurri, aucta est apud me celebratorum littorum gratia. Fit enim plerumque, vt ex bonis accidentibus, honor & voluptas locorum crescat, & amoris signa præferat. Nam nemo flagrantius amicitiam colit, quàm qui irascitur negligentiæ. Quod ita accipias volo, ut causa officij mei salva sit: nullum quippe delictum curæ erga te frigentis agnosco. Quid quod proximè, teste fratre communi quem magistratus urbis amplectitur, geminam tibi salutem per epistolas dixi? Num etiam commeantium fidem debeo? Cogita in longinqua raras aut occultas hominum profectiones, adde perfidiam mandata frustrantium. Non accusabis absentis, ut spero, desidiam, si consideres, & in emittendis paginis, alienam requiri occasionem, & in reddendis alienam fidelitatem. Sed quid his testimonijs diligentiam in te meam nitor adserere? Ipsum nostrum Martianum credo tibi sedulò prodidisse, quanta memoria & prædicatio tui in ore ac pectore meo vigeat. Iam verò quid de scriptis meis vel silentio sentias, non requiro: siquidem minus est, te frequenter adloqui, quàm de te iugiter loqui.

b *Sic Lect. & ed. Sch. ex Mss. Cuiac. Gif. Fuld.*

loqui. Quid ergò scripta postulas, quibus sæpe malè creditur? *a* hoc liberius, hoc verius est, quod defertur absenti. Itaque, ut vis, gloriare stili frequentiâ: ego officium tuum vinco judicio. Vale.

a Ita correxit Lect. et Ed. Sch. ex Mss.

EPIST. XXII.

SYMMACHUS PROTADIO.

GEMINUS pariter in manus meas à te sermo pervenit, dum multijugis officijs amicitiam nostrâ pergis excolere. Quo exemplo, licèt omnis adfectio modò non munere censeatur, reddo tibi binas litteras, quarum alias frater noster Eusebius pars pectoris mei, has verò frugis optimæ juvenis Martyrius exhibebit. Simulque convenio, ut fidem solutionis istius *b* memineris æmulari, cùm te cœperit frequentium paginarum vicissim fœnus urgere. Vale.

b Sic Mss. Gif. Fuld. & Lect.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS PROTADIO.

OBSERVATIO quædam me hucusque cohibebat, ne litteras primus emitterem. Hunc enim morem quædam institutio vetusta constituit; ut eorum antè recurrat adfatus, quos à proprio lare peregrinatio longa disterminat. Ago itaque atque habeo uberes gratias præventus officio, quo te languore discusso rectius valere cognovi, *c* & mihi ad scribendum manū quodāmodo esse reseratam. Pro quâ re meliores tibi opto processus. Nāetsi secundùm mores ac natales tuos honorum culmen indeptus es; necdum tamen perfectum præmium debitamque mercedem tibi fortuna restituit. Quæ etsi in te magna contulerit, numquam tuum æquabit meritum. Nunc redeo ad verba solemnia, quibus salutationis officium de more persolvens, mutuum munus exposco. Intelligis enim vicissitudine scribentium animos incitari. Vale.

c Ita correxit Merc. Sch. ex ductu Mss.

EPIST.

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS PROTADIO.

EXTANT in monumentis Sallustianis Africani litteræ, quas Iugurtha post excidium Numantinum ad Micypsam testes decoris sui pertulit Has ego in præsentiâ fratris nostri Florentini nomine adverbum mandandas paginis puto: quia ut ambo in negocijs suis pari gloriâ splenduerunt, ita utriusque virtuti idem testimonij honor congruit. Et illum quidem Scipio Regi Numidæ volens reddidit: nos inviti tanto ornamento tibi cedimus. Fatendum quippe est, in gratiam tuam factum, ut hunc abire pateremur. De me, si quid pro amicitiâ postulas edoceri erit quæsitorum index, qui rerum mearum arbiter fuit. Tantùm epistolæ meæ crede, quòd valeam, tuique diligentiam colam, quam mihi de te invicem fides æmula pollicetur. Vale. Sallustius.

EPIST. XXV.

SYMMACHUS PROTADIO.

DESIDERAVI litteras tuas adventantibus multis, quos mihi sermonem tuum præsumpseram tradituros. Sed ubi expectationem meam spes *a* ista frustrata est; ultrò etiam alloquiistudui, ut te exemplo officij ad curam simile m provocarem. Quæso igitur, ne amicitiæ vigorem languere, & munia frigere patiaris, quæ imparienter requiro; licet noverim diligentiam circa me tuam, etiam cum scripti abstinens fis, fido animo contineri. Vale.

a *Sic omnes libri scripti & cusi.*

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS PROTADIO.

AMPLISSIMA redundo lætitiâ, cùm video litterarijs officijs meis honorem parilem non negari; atque ideò exercendi stili amore *b* destimulor. Neque enim fas est, torpere studium, quod æqua benigni-

b *Ita vetus cod. Iurets & Ms. Gif. Fuld*

nignitas compensatione gratiæ muneratur. Plura vellem; sed verecundiam tuam nimio laudis excursu non oportet onerari. Vale, & amicitiam, sicuti facis, in exemplum tuere. Nos etsi elegantiâ sermonis impares sumus; constantiâ religionis pares esse nitemur. Iterum Vale.

EPIST. XXVII.

SYMMACHVS PROTADIO.

VT desidem scribendi sæpè accusas. Quid doleam magis, nescio. Sermo omissus amicitiæ negligentiam videtur arguere, parcus infantiam. Malo tamen ingenio meo convitium, quàm moribus facias: quibus, quandiu ipse mei sum memor, obijcere tui oblivionem non potes. Castigasti item, quòd te fratribus tuis dicendâ salute consociem. Sum quidem loquendi pauper, & tenax cartulæ. *a* Sed te mihi dare vitio non oportet, quod illos constat amplecti. Facit autem lex Curiæ nostræ, ut majoris apud me numeri antistet auctoritas. Quid si vos unà ad mensæ genialitatem vocarem? Nolles eodem cum fratribus thoro accipi? Nec invideris, si *b* unius epistolæ creditor, quæstum quodammodo de vobis usuræ triplicis exerceo. Nihil enim mihi à singulis pro altero solvitur. Aut cur mea officia dividi postulatis, qui ad exprobrandum vestra conjungitis? Vale.

a *Sic Ms. Pith.*

b *Ita correxit Lect. & sequutus est Sch.*

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS PROTADIO.

INGENIA humana ptompta ad arguendum esse omnibus liquet. Sed tu qui inter bona rara numeraris, omitte sectari per naturam faciliora; & defensionem longi silentij mei suscipe, quæ abundat plurimis justitiæ patrocinijs; *c* si contempleris ad vicinam Rheni, à quâ nunc & optimus Princeps, & potissimus magistratus abest, nullum nostrarum partium *d* interea loci commeare. Fors fuat, an quis tantum vi-

c *Ita totum hunc locum restituit Lect. & ferè sic habent Mss. Gif. Fuld.*

d *Hæc absunt a Mss.*

obie

ob rem privatam mihi ignoratus arripiat. Tibi proficiscentium Romam maior facultas. Primò, quia in commune imperij caput undique gentium convenitur: tum quòd clementissimum Principem in hac parte degentem, varia omnium desideria, vel necessitates sequuntur. Et tamen quum tabellarios tibi plures causæ offerant; æquè à stilo temperas, nec ullâ à nobis expostulatione perstringeris. Facit enim securitas mea, ut diligi me etiam à tacente non ambigam. Ergò amicitiæ nostræ fiducia non ex litteris pendeat. Illarum intevalla fors facit. Fides autem mutuæ diligentiæ indignatur linguæ assertionē. Ad hoc etiam prolixas epistolas petis, tanquam facturus periculum, quātum in scribendo canâ ætate profecerim. Semper quidem similis arentibus rivulis, laxiores ripas refugi, ut inopiam brevitas affecta celaret. Nunc graves quoque anni, si quid de pectore meo stillabat, ebiberunt. Præterea *a* nihil argumenti suppetit ad propaganda, quæ scribimus. Nosti ocium meum, de quo apud te largiter loqui utriusq; fastidium est. Magnis negocijs plura verba conveniunt. Nobis idem sit linguæ modus, qui fortunæ est. Mallem, Aborigenum more, dictionem salutis æternæ ligno aut corticibus scribere. Ægyptus papyri volumina bibliothecis foroque texuerit. Sufficiat aliquando celebrandæ amicitiæ; Si vales, bene est. Opto has ipsas, quas tu breves quereris, salutationum vices, dum absumus, inter nos longùm manere. Vale.

a *Sic optimè Iuretus. Mss. nihil sani hic habent.*

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS PROTADIO.

SPERO te, ut fando didici, ad *b* vicinia ventu- b *Ita Ms. Iur. Bith.*
rum. Fors fuat, an vera compererim. Ego tamē, vel tradendas coram tibi à fratre nostro Minervio duas oratiunculas meas, vel mittendas in patriam fidelitati eius ingessi. Parcus esse in hac epistolâ debeo. *c* Illis c *Sic emendavit Iuret.*
enim, quæ legenda susciptes, amor avarus explebitur. Commoneo tamen, ne orationis unius titulo mutetur

tur de me existimatio tua. Nam repudiata censura gravat nos principiò, solâ argumenti inspectione. Sed ubi dicta legeris, cùm sententiâ meâ in gratiam reverteris. Hanc partem, quæ tempestate reiecta est totius Ordinis nostri antetulit auctoritas; ne sub speciosò nomine fores impotentiæ ambire solitis pandererentur. Plures utilitatis & honestatis assertiones in ipso corpore orationis invenies. de utroque opere iudicium tuum cura nostra desiderat. Vale.

EPIST. XXX.

SYMMACHUS PROTADIO.

SILENTII inter nos simile scis esse delictum: atque ideò iniustè mihi culpæ datur, quod utrique commune est. Et tamen defensio mihi suppetit: quia nec profectiones commeantium notescunt; & tu non iisdem sedibus immoraris: dum aut Treviros civiçâ religione, aut quinque provincias ocij voluptate commutas. Mihi est Romæ jugis statio; & maior nunc causa residendi, ex quo me viri excelsi germani tui præsentis & cura retinet, & iuvat gloria. Unâ igitur viâ sociare scripta potuisti, quæ frater & fratri æquandus acciperent. Quod à te gaudeo *a* vel serò curatum. Nec tamen cùm à litteris temperares, ullam decessionem diligentiæ in me tuæ factam putavi. Tanta est enim securitas veræ amicitiæ, ut de suâ fide æstimationem mutui amoris assumat. Plura in hunc modum dicere piget. Quare transeo ad eam sermonis tui partem, quæ orationum mearum desiderium videtur attingere. Ais in manus tuas scripta nostra venisse fratre nostro Minervio proditore, qui frivolis meis litteratâ potius curiositate, quàm iustâ delectatione non abstinet. Si tibi tantùm ocij est, ut ad fastidium detergendum nonnulla etiam *b* insulsa conquiras: quicquid stilo elaboravimus, *c* exhibebo; securus veniæ, quam mihi spondet amimi tui caritas. Porrò præterij, quod loco principe accusare debueram; Itane epistolarum nostrarum sim-

a *Ita ex Mss. Iesr.*

b *Sic retineo ex vulg. Mss. habent* falsa.

c *Ita in Mss.*

simplex usus interijt, ut paginis tuis lenocinia ævi præsentis anteferas? Redeamus quin ergo ad infucatos nominum titulos; & cùm dicitur aut redditur salus, nihil ipsis vocabulis nostris honoratius ac blādius esse ducamus. Exemplo certè tibi sit epistola mea: quam si æmulari spreveris; & arrogantiæ notatus videbor, & cæteris aggregatus, quorum magnus suspectus in verbis est, nullus cultus in sensibus. Vale.

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS PROTADIO.

MEDIOLANUM te idem qui me Consul acciverat. Speravi quòd nos in unum votiva causa conduceret. Sed ubi per valetudinem defuisti, ægerrimè expectati gaudij dispendium tuli. Nunc peractis supra omnium magnanimitatem Cōsularibus festis, Romā revertor; quò se amplissimus magistratus venturum protinus genere adstipulante promisit. Quàm vellem, si etiam in solidum redit sanitas, compensares adventu veniam superiorem? atque unâ viâ & Senatui deferres officium voluntarium, & Consuli debitum solveres. a Sed unde mihi optare tantum, cùm frustrà fuerit speraſſe leviora? Quandiu venatui tegam præferes? Vale

a *Ita emendavit Sc. ex libb. Mss benè. Nota formulam:* Vnde mihi optare? *quâ & usus Propert. lib. 2. Eleg 7.* Vnde mihi patriis natos præbere triumphis? *Restat etiam apud Apul. Tertul. Arnob.*

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS PROTADIO.

CRESCERE inter nos cottidiè amoris debitū volo. Sed epistolis tuis nihil opto debere, quæ mihi plerùmque exprobrantur, ut desidi. Ergò geminis litteris tuis non simul mihi redditis, pari numero, sed coniunctâ emissione respondeo. Valemus, quantum ætas admittit declivis in senium. Rarò nobis ager visitur, sed multò rarior est usus legendi. Tibi & rusticari & erudiri plurimùm licet. Inde est, quòd nos frequenter alloqueris: quia omne tēpus, ut queratur ingenio ocio

vendicatur. Sed fiduciæ tuæ audacia nostra nõ cessavit. Haurias licèt monumenta priscorũ, & ipse paginis ediscenda cõmittas. *a* Sollicitabo tamen arentib⁹ verbis scripta istius, quem amore & iudicio me legere necesse est, ut compensem illorum damna quæ negligo. Vale.

a Ita ex Mss. emendat Sch. Vide simile locutionem lib. 3. Epist. 16. & lib. 9. Ep. 83.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS PROTADIO.

DELECTARI epistolis meis. Credo. Hinc est, quòd eas & sæpè, & ardenter essiagitas. Sed non statim mereor desidis notam, si nequeo tui amoris in me avaritiæ satisfacere. An inexhaustam amicitiæ memoriam per silentium putas? Cave talia de *b* animis opinari, quorum æterna judicia sunt. Habet enim plurimum *c* ponderis fides, & alligata voluntario *d* sacramento stili admonitione non indiget. Hæc à me tibi non semper scripta sunt. Nec tamen desetis inveteratam querelam. Quid si præstat longùm tacere? Non vides oracula olim locuta desijsse, nec ullas in antro Cumano litteras legi, Dodonam loqui frondibus, nec de spiraculis Delphicis ullum carmen audiri? Patere igitur, ut homullus Promethei manu fictus mandare cessem papyro, quæ dudum in vatum folijs non leguntur. Nolo tamen denunciatum tibi à me silentium suspiceris. Tenebo in scribendo tantam mensuram temporis, quantum inter nos locis absumus. Tu quoque impatientiam vince ratione, quæ non sinit, ut tibi cotidie litteræ meæ in vicinia Rheni posito à nostro Albulâ deferantur. Vale.

b Mss. etiam habẽt amicis Sed vulgata tolerari potest: quia omnium amicorum religio non perennat.

c Ms. Pith. addit sibi.

d Sic perspicuè Ms. VVouv. Vide similem formulam sequẽt Epist.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS PROTADIO.

MAGNI sunt quidem fructus, quos de litteris tuis capio. Sed fiunt uberiores, *e dum* per communium fratrum manus transeunt. Singuli enim scriptis tuis de suo aliquid adponunt. Tibi igitur acceptum fero quic-

Ita Lect. Ms. Gif. & Fuld.

quicquid ex omnium ore conquiro. Sed rursus expende, quanto labore respondeam tot ingeniorum sublimium varietati. Nam pares estis, nec tamen similes. Ergò non minorem mihi rependenda afferunt difficultatem, quàm accepta dulcedinem. Hanc omnibus humanis gaudijs legem natura dixit, ut curæ voluptatem sequantur. *a* Natæ subolis primus parentes dies hilarat; mox pij metus brevem gratiam fugant. Honor in exordijs lætus est, dehinc animos laborum æstus ingreditur. Longùm fiat, si pergam similia contexere. *b* Etiam ea mihi advertendum est, quæ fas sit de tanto viro dicere. Temerè jurasti. Mandari enim perituræ chartæ epistolas quereris, & *c* alligasti sacramento enormè judicium. Itane me ludos facis, ut quæ apud te incuriosius loquor, *d* in stili caudices, aut tiliæ pugillares censeas transferenda, ne facilis senectus papyri scripta corrumpat? Et Martiorum quidem vanatum divinatio caducis corticibus inculcata est. Monitus Cumanos lintea texta sumpserunt: Tu etiam sericis voluminibus Achemenio more infundi litteras meas præcipis. Magna sunt auctoritatis tuæ pondera, nec possum gratiosum putare, quod tu juratus allegas: sed dum me rursus inspicio, labascit fides, & refragatur testimonio conscientia. Ita quod credibile persona Judicis facit, diffidentia respuit audientis. Igitur solus ambigua submovebis, si amorem tuum posthac parcius loqui de laudibus meis jusseris. Vale.

a *Ita legendũ ex Ms. Gisanij & Fuld.*

b *Ita iterum ex iisdem libb. legendũ eleganti Græcismo.*

c *Vide Epist. præcedenti.*

d *Sic ex optimis Mss. restitutum.*

EPIST. XXXV.

SYMMACHVS MINERVIO.

OBREPSISTI verecundiæ meæ, ut prior scriberes: vadatum me tibi hoc munere velim credas. Sed non fero, ut ædes quodammodo amicitiæ novus salutator adisse videaris. Jamdudum virtutes tuas pares fraternis in pectoris mei possessionem recepi. Crevisti etiam pro parte legitimâ paternæ in me familiaritatis *e* successionem, licèt singulis vobis soliditas

e *Lectio hæc est Iureti adproba.*

mei amoris acceſſerit: quia bona animi etſi ſpargi in plures putantur, unicuique tamen plena & indiviſa proficiunt. Præterea cùm palatinæ eloquentiæ militares, porrexi amicitiæ tuæ dexteram. Quare tot tantiſque pignoribus annexi, non æſtimemus de epiſtolari tyrocinio charitatis ætatem. Nã ut animus celerior eſt litteris; ita prius fuit amare, quàm ſcribere. Vale.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS MINERVIO.

POSTQUAM te Mediolanum veniſſe aſſeveratio commeantium palàm fecit; ſperavi de proximo litteras tuas: ſed ubi eluſa eſt expectatio mea, nec ſucceſſit ullum ſpei pretium; præſumptum de te officium operi meo vendicavi. Auxit præterea ſcribendi cauſam vir ſpectabilis frater meus Baſſus, qui pauliſper avulſus à nobis, tranſponi à *a* me in pectus tuum debuit. Adieci alteram paginam reddendam germano tuo, cùm tibi fors in patriam reditum ſecundaverit. Aſperſerat nos ille jamdudum facundiæ ſuæ floribus, & *b* Galliarum priſca monumenta *c* jucundo ocio exſcribenda mandaverat. Optatò accidit, ut ei per te utrumque reddatur, honor epiſtolæ meæ, & expetitæ fructus hiſtoriæ. Vale.

a Sic Lect. & Mſ. Gif. Fuld.

b Vulgo additur ſibi.

c Sic benè Lectius.

EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS MINERVIO.

PAULUS amicus meus jamdiu ærario ſacro militat, ſed non pro gradu militiæ ſpectandus tibi. Nã probitate morum ſuorum mediocritatem vincit officij. Nec deſpexeris hominem, ſi numerum eius ſtipendiorum examines. Tardiores habet proceſſus verecundia, quæ facit, ut intra merita ſui honoris hæreat. Nec tamen pœnitet longùm ſtetiſſe. tuo enim iudicio reſervatus eſt, ſub quo emergere maximum moræ pretium. Cùm igitur illi vitæ integritas, militiæ ætas ſuffragium ferat: dignum eſt, ut ad debitos fructus me precatore, te auctore perveniat. Vale.

EPIST.

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHVS MINERVIO.

Comendat.

GAUDENTIUS amicus meus in gremium patrocinij tui confugit, vir omnibus rebus amari dignus. genus ei senatorium est, mens & modestia origine suâ ac stirpe nobilior. Si fuco gratiæ infectum testimonium meum non putas, suscipe diligendum. longa obsequiorum eius inspectio faciet, ut me iudices minora dixisse. Vale.

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS MINERVIO.

Comend.

AMA Flavianum dominum & filium meum, quantum me velle interpretaris: & si fieri potest, certamen mecum de amore eius ingredere. Gaudebo, si viceris. Sed hoc mihi tunc probetur, quum & ipse te colere supra mensuram diligentiæ meæ cœperit. Nam si amicitia de mutuis constat officijs; facile erit, ut ex illius animo tuum metiar. Vale.

EPIST. XL.

SYMMACHUS MINERVIO.

Idem

SI consideres, quanta sit *a* innocentium raritas, amabis Desiderium filium meum, in paucorum electione numerandum. De quo non falli judicium meum statues, cùm in examen tuum venerit. Interim quæso, ut illi per me amicitiæ tuæ sacrarium recludatur, & præstes aurem benignam causarum suarum justa narranti. Si quid in eum benè consulueris; absolvetur fides mea, quæ apud illum spem beneficentiæ tuæ *b* fideliter persolvit. Vale.

a *Ita Mss. Iureti. Vulg.* innocentiæ.

b *Sic Mss. Fuld & Vatican. vulgo:* spem b. t. in se recepit.

EPIST. XLI.

SYMMACHUS MINERVIO.

IN absolvendo Rustico nostro votum tibi detuli: opem filius meus Cæcilianus exhibuit. Non est igitur meæ verecundiæ, rapere gratiam laboris alieni. Ambo ipsi acceptum feramus, quod agi cura tua præcepit, exsequi mea valetudo non potuit. Vale.

EPIST. XLII.

SYMMACHUS MINERVIO.

SCIO quid de me sentias: sed certus judicij tui a nunc recuso laudari. Æmulare certè, quòd te tacitus admiror, quia plus habet ponderis tecta veneratio. Relinquamus verborum blanditias novis interse amicis. Illos juvent alterna præconia usque ad fidem fœderis. Nostra caritas b adyro pectorum recondatur. Ipsa habitatio cordis in operto est. Inde me tua cura respiciat. Sed non est meum, formam scribendis epistolis dare. Illud tantùm cogites volo: cùm sis ad prædicandum liberalissimus, parùm mihi videri posse, quòd à te laudor, nisi ampliùs obliger. Præterea scire postulo, cur servata in præmissis nominibus nostris vetustas defuerit litterarum contextioni. Juvet alios titulo Sublimitatis attolli. Ego Magnificentiæ appellationem recuso: nisi fortè me improbum putas, quòd honori tuo eadem delenimenta non defero. Amor fictus in illa verba summittitur. Amicitiæ cultus ingenuus est. Alba velamina, non segmentati amictus fidem vestiant. Quò mihi altus reverentiæ gradus? Amari a fratre malo, quàm suspici. Vale.

a *Ita Lect. & Ms. Gif. Fuld.*

b *Ita Ms. Pith.*

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS MINERVIO.

EUSEBIUS familiarissimus meus, idem vetus miles privati ærarij diu morbo obstante obsequio tuo defuit. Orandus es mihi, ne inter residues annotetur.

tur. Sed impetratio veniæ non manebit, nisi illi aliquid beneficij propitiatus adieceris. Quæso igitur flagitandis per Hetruriam publicis debitis sollicitudinem navare iubeatur: ut longæ absentiæ culpam commendatione aliquâ laboris amoveat. Vale.

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS MINERVIO.

SEMPER quidem mihi salutatio à te profecta gaudium creat; sed ea præcipuè, quæ familiaribus apportanda committitur. Adjicit enim scriptis digna quæsitu, & de te tradit auditui, si quid defuit lectioni. Velut nunc Sebastius vester post epistolam tuam redditam quamdam *a* mihi satin' ex voto ageres, sciscitanti, imaginem præsentiæ tuæ exhibuit. Idem nunc de ocio meo, quæ velis nosse, narrabit. nam me in filiis Laurentibus *b* continuatus est ruralı quieti in hærentem. Quid enim magis affectandum est mihi, collapsam valetudinem nonnunquam sarcienti, turbas sæpè declinanti, litterarum innocentiam semper diligenti. Vale.

a *Ita ductu Mss. Gif. & Fuld. edidit Scn.*

b *Sic coniecit Modius. Probarunt viri docti: optimè.*

EPIST. XLV.

SYMMACHUS MINERVIO.

FIDUCIA mihi stili atque ingenij nulla est. Sed tua benignitas ausus meos provocat. Misi igitur ad eruditionem tuam duas oratiunculas nostras: quarum una ad Polybij filium pertinens, ex recenti negotio nata est: altera dudum, cùm res in Curiâ agitaretur, à me parata, nunc opere largiore aucta processit. huic argumentum est repudiata censura, quam tunc totius Senatûs fugavit auctoritas. Nolo mireris gravissimum Ordinem magisterium respuisse. In oratione nostrâ non leves causas evitatæ huius potestatis invenies. Vale.

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS MINERVIO.

Comend.

SPECTATÆ frugis viros apud te debeo commendare: quia præcipuum munus est, ut tuis amicitijs inserantur. Susci pe igitur, quæso te, ortu & moribus facilè summates, eosque in primore congressu penetrali familiaritate dignare. Legationem illis Campanorum Provincialium commune mandavit. *a* Abundat justitiâ negotium; personas mea cura commendat. Advertis duas esse causas exercendæ in eos benignitatis, pro quibus publicè æquitas petitionum, privatim *b* non gratiosus laudator intervenit. Vale.

a Ita locum corruptum restituit Lect.

b Tamquam qui non ob gratiam, sed meritum, & dignitatem laudet. Cicero minimè ambitiosum vocat.

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS MINERVIO.

VIDI Romæ Protadium filium nostrum, cuius cõmendationi nihil ex familiæ vestrę ornamentis præter litteras tuas defuit. Quas cùm desiderassem; citeriore Galliâ imperatum sibi à socero iter te procul agente respondit. Excusationem juvenis non libenter accepi; cætera morum probavi. Satis est hoc auribus patris, cur nolo in me gratiosum videri testimonium brevis experimenti. Simul vereor, ne quid amori tuo in filium derogem; quem non decet juvari apud te per suffragium conciliationis alienæ. Vale.

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS MINERVIO.

LITTERAS *c* nonnullis humanitate præstamus. Has autem domino & fratri meo Basso, qui sororis fortunas tuetur, justo amore detulimus. Petitio ab æquitate non discrepat; quin potius juris auxilijs munitur. Nam rebellem servum sibi poscit adduci, ad cuius investigationem nec præcepti cælestis auctoritas,

c Sic Ms Gif. & Fuld.

tas, nec Africani Comitis vigor potuit pervenire: siquidem facinoris audacis conscius imminentem pœnam latebrarum vitavit effugio. Cùm igitur super eius facto atq; nequitiâ ad te vir laudabilis Africæ Comes scriptum publicum dedisse dicatur; erit justitiæ & benignitatis tuæ *a* in nostrum favorem divinum provocare iudicium, ne ulterius innocens domus commentis ferialibus vilis mancipij terreatur. Vale.

a *Ita Iuretus edidit.*

EPIST. XLIX.

SYMMACHUS MINERVIO.

ET quum Mediolani degerem cultum circa te salutationis exercui; & nunc remenso itinere operam sedulam litterario muneri non negavi. *b* Expectas credo, ut gratiam reperam scriptionis. Illam planè non mea efflagitatio, sed tua affectio pollicetur. Exigant stili vicem, qui animi non merentur. Vale

b *Sic Ms. Cuiac.*

EPIST. L.

SYMMACHUS FLORENTINO.

DIu super adventu fratris postulatum à me indicium distuliſti; credo, ut nos salutationis honorificentiâ præveniret. Agnosco religiosa colludia, nec tamen credo, & ultrò in certamen scriptorum familiarium solus duos advoco. Ocium, tibi, inquies, hanc officiorum fiduciam præstat. Quid, quod te magis quæsturæ honos, & condendarum sanctionum usus excoluit? Cum illo autem mihi privatæ vitæ conditio communis est. Atque utinam boni Principis circumspectio, ipsius quoq; operam sibi vendicet. *c* Ferendum, ambo devotione placeatis, si circa me litteris ambo cessetis. Vale.

c *Sic Ms. Gif. & Fuld. optimo sensu. q d. si litteras à vobis habere nequeo, sufficiet mihi, quòd me diligitis.*

EPIST.

EPIST. LI.

SYMMACHUS FLORENTINO.

OMNIA te facere ad salutem Flaviani, viri ornatissimi, pignoris mei, rebus experior. Hinc mihi spes oritur, atque animus assurgit, posse eius cætera incommoda te *a* medico sanari. Adeptus enim Divi principis lenitate, quæ magna sunt; uno adhuc, ut ita dixerim, infortunij *b* nodo strangulatur; quòd homo tenuis, & nunc labe patrimonij graviter exhaustus, paterni *c* solatij æstimationem jubetur exsolvere. Ergò per te ac tui similes amoliri oportet imminentem ruinam. Nec res impetratione difficilis est. Nã quod plerisq; suâ invidiâ laborantib⁹ Imperialis remisit humanitas; id patris nomine postulatũ, multò æquior venia relaxabit. Proficiet ista concessio etiam temporum gloriæ, si quod beneficijs Principis deerat, pius successor adiecerit. Vale.

a *Ita divinabat. Lect.*

b *Sic optimè Mercerus & Ms. Qif. & Fuld.*

c *Sic Lect. Et est quoq; sup. Epist. 19.*

EPIST. LII.

SYMMACHUS FLORENTINO.

VERBIS nequeo complecti, quot gaudia mihi pariter dies unus invexerit. Agnoscis credo causam, cuius auctor fuisti. Nam geminas fratrum communium litteras in cumulum extulit tertius honor scriptorum tuorum. Itaq; ut rerum bonarum difficilis est electio, paulisper hæsi, *d* quàm primam paginam recensserem; tantum apud me erat desiderium singularum. Mox omnes arguto legendi transitu percurri, ne inspectionem residentis morarer. Nec semel legisse suffecit: ut si quid aviditas prima perstrinxerat, inculcaret iteratio. Erat in verbis uniuscuiusque varius elocutionum lepos, quo solo litteræ discrepabant. Nam omnes mens una dictaverat. Possem bonâ fide adijcere maiora. Sed tuæ aures licèt fratrum laudibus gaudeant, communionem tamen glorioſi testimonij per verecundiam non ferunt. Restat ut tibi reditum meum

d *Ita Mercer.*

sub

sub quadam Curiæ invitatione poscenti, pauca respondeam. Ad Idus Novembres, modò eventus adjuvet destinata, recurrere ad conspectum vestrum paramus. Si promissi dies serus videtur, legationem Senatûs per me nolo differri: quæ dudum viris illustribus credita & instructa mandatis, neque personarum, neque petitionum requirit adjectionem. Decet igitur stare dispositis: nec fas est exemplo proximæ dissensionis per novos tractatus confirmata subverti. Hæc ante me, ut scribis, etiam ipse vidisti, quò magis placitis inhærendum est, quæ mihi commendat auctoritas tua, & tibi noster assensus. Vale.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS FLORENTINO.

IN eum militiæ gradum labore venisti, ut Benedicti amici mei fortunam debeas adjuvare, quem nulli obnoxium crimini fortunæ iniquitas loco depulit, & honore privavit. Huic ad promerendum favorem tuum non solùm ipsius probitas, sed etiam commendatio mea aditum debet aperire. Credo enim tanti apud te litteras meas esse momenti, ut effectum sperare fas fuerit, etiamsi ardua postularem. Quod ideò commemorandum putavi, ut intelligas, quid de animo tuo atque amicitiâ sentiamus, vel quantum prodesse huic debeat vel adesse justitia. Vale.

EPIST. LIV.

SYMMACHUS FLORENTINO.

PURGAS, quòd adhuc usque siluisti. Communis hæc culpa est. Nam me quoque à litterali commercio diu infirma valetudo revocavit. Inhorruisse te puto, postquam de me cognitu amara legisti. Redi in habitum animi lætiorem: Deo quippe auctore sanitatem refovi. Facilis igitur litterariæ cessationis utrique venia sit. Ambo nobis invicem remittamus, quod ambo deliquimus. Sed quid mihi insusurras Africanæ tenues

tenues commeatus? Absit ut præsens annus imitetur fortunam superiorum. Intercludet, ut spero, providentia tristes casuum vias, sacris auribus edocendis, & castigatione Iudicum, quos alimentaria spectat invectio. Nec spem dies obstruit. Nam mare adhuc justis cursibus patet, & nondum in hyemem præcipita tauri munus. Placet tamen inter hæc, quòd inæstuas, & pio metu antevertis necessitatem. Remunerabitur curam melior eventus; & laudis tuæ fructus efficiet, ut tibi sit dulce postea timuisse. Vale.

EPIST. LV.

SYMMACHUS FLORENTINO.

a *Sic commodè restitui potest. Vulgo* Actam: *quod ineptum est: Alij* Datam.

b *Sic Ms. Gif.*

c *Ita locum restituit Mercerus.*

DICTAM *a* mihi à te salutem pari honore compensо. Vellem utrique nostrum sæpè alternandi stili usus veniret. Sed quia hoc longinqua non sinunt cadere pro voto communi, patientiæ ratio satisfaciat. Debet certè prompta esse inter nos moræ mutuæ venia. Non eadem facilitate *b* purgabis; quòd filij nostri Minervij nuptias aliorum potiùs relatu, quàm litteris tuis comperi. An veritus es, ne à te *c* numisma auro cusum desiderarem? Potuit jacturam sportulæ tacere verecundia mea. Negationem gaudij amor nescit ignoscere. Et tamen, ut sum placido in meos animo, spondeo tibi remissionem huius offensionis, cùm de nepote suscepto anteveneris scripto nunciorum celeritatem. Vale.

EPIST. LVI.

* *Vulgo hic Epistola sequitur: quam nos secuti Ms. Gif. & Ed. Mog. posuimus post Epistolam 19. lib. X. ubi licet legas.*

* EXPLICIT AD FLORENTINUM: INCIPIT IN COMMUNE FRATRIBUS MINERVIO, PROTADIO ET FLORENTINO.

ET vestra concordia, & mea per hos dies imbecillitas facit, ut vos unius paginæ salutatione conjungam. Erit hoc aut probabile pro consortio vestri amoris,

ris, aut ignoscendum prostatu temporis. Æstimabitis enim virium nostrarum fatigationem, cùm vos in subscriptione istius epistolæ precaria manus moverit. Adhoc filij nostri Nemesij pia ad larem patremque properatio, magis contestationem de me solemnis officij, quàm satisfactionem desideravit. Res postulat, ut, salute præfatâ, florentissimæ indoli eius testimonium feram. Sed vereor ne ostentare operam meam videar; quæ plus juveni bonarum artium contulisset, nisi fraternus casus fregisset cursum *a* duorum. Hoc tamen sinceriſſimâ fide dixerim; minutam quidem de altero parentum eius fœlicitatem; sed posse istum suorum gaudio pro utroque sufficere. Valete.

Ista autem sic continuo in Mss. omnibus concipiuntur, quemadmodũ edidimus.

a Scil. fratrũ Sic Mss. Gisi & Vatican.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS MINERVIO PROTADIO, FLORENTINO.

RELEGITE viam dissimulati hactenus moris, me officiorum familiarium præsule, qui prior rupi commune delictum. Nec pro numero vestro epistolas peto, quamvis hanc vicissitudinem singulorum amor mihi debeat. Magnæ indulgentiæ res est, ut fœnus quod vobis solus exhibeo, alternâ remuneratione solvatis. Valete.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS EUFRAXIO.

ANNUOS gaudij fructus ex litteris tuis capio. Hunc reditum mihi, has opes pendit Hispania. Itaque ubi propulsâ hyeme patescunt navium viæ, paginas tuas commendo ventis; quas iste annus frequentes quidem, seras tamen reddidit. Nam decedebat autumnus, cùm homines tui Tyberina tetigerunt. Hinc factum est, ut hærerent apud nos defectu navigationis. Suadeo igitur eorum moras pro tuâ justitiâ boni cõsulas. Quamvis prius nomine meo venia poscenda sit, quòd de Curulibus equis quatuor, datum mihi

mihi à tejus electionis omiserim. Velim credas hanc abstinentiam non fuisse fastidij. Sed quia nullum eorum jugo alacrem, vel dorso mitem probavi, optio meritis non excitata a cessit è re natâ. Opportunum videtur diligentiam tuam precibus ambire, ut in prætoriam filij mei functionem visu & cursu nobiles præparentur. Geminâ ante hac Editionis claritudine in os hominum venimus. Satisfaciendum videtur expectationi, quæ crevit exemplis. Quare amori tuo laudis nostræ commendo causam, quæ paulisper censuram vitæ tuæ, gravitatemque animi ad populares aures debet inflectere. domo precium apportabitur tuo arbitratu nobilium quadrigarum dominis inferendum. Solam de amicitiâ tuâ electionis curam requiro. Facu facilè est, cùm sit dives equini pecoris Hispania, & magnus gregum numerus copiam præstet examini. Vale.

Sic conjecit Juretus. In vulgatis est magna obscuritas.

EPIST. LIX.

SYMMACHUS EUFRAXIO.

SUM quidem sermonis tui nimius flagitator. Silentij intervalla non arguo; sed suspicor aliquid amicitiæ nostræ ex alloquij raritate decedere: quisciam in pectoribus sedem esse religionis, levamen desiderij ex ore proficisci. Priores igitur litteræ meæ magis desiderium sermonis tui quàm castigationem taciturnitatis habuernnt: & ideò elaborandum tibi non est, ut mihi amoris tui fidem facias: nam tui animi de meo sumo judicium: siquidem nullus verior æstimator est alieni amoris, quàm qui de suo sumit exemplum. His ita positis, quia in re apertâ piget esse prolixum, designatum tibi ad urbanam Prætutum filium meum nuncio. Intelligis quid sibi hoc indicium velit. Quadrigarum Curulium nobilitas præparanda, Nec precium proximâ ab hinc ætate mittemus, sed jam necessitatem præcurrat electio: multum enim valet ejusmodi in rebus longior diligentia. Quapropter accin-

accingere, ut Quæstoriam quondam filij mei magnificentiam, cui per te illustris fama quæsita, secundus eiusdem superet magistratus. Verus quippe & maximus laudis profectus est, quoties sequentibus priora vincuntur. Vale.

EPIST. LX.

SYMMACHUS EUPRAXIO.

PRÆTURAM filij mei, si fors dictum juvet, proximus annus expectat. Equorum mihi Curulium *a* nobilitas præparanda est, tibi curanda: ut expectationi populi Romani mea pecunia, tua cura respondeat hoc me crebris litteris postulasse meministi. Nunc mihi admonitionis verba, non repetitionis adhibenda sunt: & tamen cùm voluntas in nos tua ambitum non requirat; in tantum me votiva sollicitant, ut anxias auribus tuis tanquam novus petitor ingeram preces. Vincenda est enim mihi fama exemplorum, quæ post Consularem munificentiam domûs nostræ, & filij mei Quæstoriam functionem, nihil de nobis mediocre promittit. Hæc igitur petitionis summa est, ut me diligentia tua præteritæ gloriæ *b* parem faciat. Precia pro tuâ æquitate numeranda familiares mei incunctanter exsolvent. Tui beneficij erit, ut quicquid ad Curule certamen generosum gignit Hispania, vel domo præbeas, vel de aliorum gregibus excerpas. Non vereor inter hæc, ne me appetentem plebeiæ laudis existimes. Scis enim pro tuâ sapientiâ, magnæ urbis magistratibus angustos animos non convenire. hoc etiâ Tullius tuus præcipit, luxum in privatis negocijs arguens, in publicis magnificentiam probans. Quare ex summis opibus juva Romani anni speciosum *c* colorem; venturus in partem popularis favoris, si nobis ex tuo beneficio celebrior fama provenerit. Vale.

a Ita emendavit Lect.

b Sic Mercer.

c Ita leg. Seh. e prætextũ excusationem ambitionis: vulgo valorẽ.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS EUPRAXIO.

TUENTIUS *a* tuus in utramuis aurem somnum capessat. Nihil enim magna dignitas à paupere petit. Sit fortasse plerisque ipsa inopia gravis: habet tamen alieni oneris exceptionem. Adijce, si placet, securitati eius Sacerdotij privilegium, & unius *b* hominis munimenta multiplicia. Mihi videtur validior esse omnibus vacationum remedijs exhausta fortuna. Sed velim noveris quæsitores glebæ Senatoriæ protinus affuturos, sperandamque Tuentij veniam pleniorem, si fidem paupertatis eius exploratio ratam fecerit. Interea tutus prioribus gestis *c* agat liberum. Nihil novabitur *d* post illustris viri Felicis pro illo judicationem; modò allegatas dudum Senatoris angustias astruat examinis diligentia. Nunc mihi amicè objurgandus es, qui cùm vicina itinera perstrinxeris, flectere ad nos habenas longum putasti. Dedisset Hispania Romæ posito moræ veniam. Novit enim summittere desideria sua cunctarum provinciarum parenti. Nec ita avara est, ut nobis propria bona nolit ostendere. Quare fraudati gratia tui, secundos amicitiæ fructus sedulò postulamus; ut quoties fors copiam dederit, legamus saltim *e* qui videre maluimus. Vale.

a *Sic emendandum.*

b *Ita retinendū: nihil mutandum.*

c *Sic Ms. Pith.*

d *Ita ex eodē Ms. leg.*

e *Sic correxit Lect. & ed. Sch.*

EPIST. LXII.

SYMMACHUS EUPRAXIO.

ET amicitia nostra in ore multorum est, & laus equorum tuorum *f* longinqua penetravit. Hinc fit, ut suæ quisque pattiæ magistratus meæ commendationis opem postulet, gregum tuorū famâ illectus. Ea propter summates Antiochensium missi ad mercandas quadrigas, juvari apud te sermonis nostri conciliatione voluerunt. Annue quæso longùm peregrinatis, & electionis, & precij justam benignitatem; quæ homines opinionem blandam secutos, de tuo studio,

f *Ita plenius Ms. Cuiac. & ed. Sch.*

ſtudio, meoque merito verum ſperaſſe confirmet. Vale.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS EUPRAXIO.

FAs ſit dicere. Equorum Curulium copiâ non egemus; ſed incitat nos Prætoræ mora ad deſiderium Muneris largioris. Si ergò dulcis eſt, (ut adſolet) mandati mei exſecutio, quatuor ex grege Laudacianorum quadrigas, quas tua defloret electio, ad me opto deduci, cùm primùm mare navigatio vera patefecerit. Ego precium, quod ſignaverint litteræ tuæ, *a* interpoſitis renumerabo. Quanquam hoc ſpondere non debui: quia fides amicitiæ ſyngrapham non requirit. Credo mireris, ut non potiùs de gregibus tuis poſtulem, qui potiſſimos Iberorum nobilitate prævertunt. Faſtidium uniformis ſpectaculi patitur civitas, cuius ſatietas mihi varietate vincenda eſt. Tuæ modò diligentiæ ſit, adhibere judicium, & ex alienis ſtabulis æquare laudem tuorum. Nam cùm res amici agitur, hos quoque ptoprios debes putare, quos elegis. Vale.

a *Sic corrigit Lect. ed. Scio.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS EUPRAXIO.

NEMO umquam pervector *b* tuorum apicum, vacuus eiuſdem muneris ad te revertit: tu tamen infrequentiam nobis vitio ducis, & ultrò curam tuæ aſſiduitatis exprobras. Facis hoc amantium more, apud quos officiorum talium, etiam cùm redundant, ſitis magna eſt. Nec tantùm epiſtolas poſcis, ſed oratiunculas quoque noſtras non editas deferri in manus tuas præcipis: quæ res videtur oſtendere, quid judicij habeas de his, quas ante ſumpſiſti. Nullum enim deſiderium ad ſecunda progreditur, ſi priora diſpliceant. Mihi igitur ex recentioribus numero quinque, quarum uni jam fiduciam fecit publicus favor. Sed poſt ſententiam gentis togatæ, adhuc expectatione judicij tui pendeo, quod volo juratus *c* emittas: quia convenit

b *Ita edit Scio. en Ms. Gif. & Fuld Vulgo:* epiſtolarum tuarum.

c *Sic Imretus*

vinciri sacramento fidem, si quando amicitia in suspicionem gratiæ venerit. Vale.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS EURRAXIO.

a *Sic supplet Ms. Cuiac.*

b *Sic leg. vulgò* partum.

IAMDUDUM in expectatione litterarum tuarum [a] eram, incertus animi, quid sibi vellet tam longa cessatio. Sed ubi compotem desiderati muneris reddidisti, cura vertit in gaudium. Et revera ita natura [b] paratū est, ut expetiti diu officij querela decedat, si potiamur optato. Ergò magno impensu gratulor integratum mihi esse pignus religionis. Præstabis, ne huius opinionis fruſtrà sim, cùm diligentiam mei continuo amore servaveris. Vale.

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

VIDERO quid justitia temporum, quid causæ nostræ bonitas, quid cura tua, si tamen tibi cordi sum, efficere possit. Ego in fratre meo Eusebio C. V. votum servati circa nos moderaminis amplector, eiusque probitatem mente colo, sermone commendo. Et ille licèt boni propositi præmium non requirat; tamen honestam vitam de tuâ amicitiâ optamus exsolvere. Feceris igitur rem tā meæ voluntati acceptam, quàm tuis moribus consentaneam; si advertat vir prudentissimus, quicquid mihi tribuit, id se omnium bonorum gratiæ detulisse. Vale.

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

ET temporum clementiæ congruit, & sancto ingenio tuo familiare est, opis indigos sublevare. Hinc mihi fiducia suborta est pro fratre nostro Stemmatio supplicandi, cui dudum cuncta dempsit invidia fortunæ,

tunæ, præter amorem bonorum. Neque enim potest ambigi, quid de optimo quoque mereatur, qui nuper à Principibus invictis, ne per indulgentiam liberaretur, accitus est: magisque honore, quàm veniâ fatum triste mutavit, nec tam ereptus est, quàm desideratus. Unde spes certa sit, etiam Principem nostrum lenitate venerabilem, justi parentis, & pij fratris exemplo, supplementa meliora fortunæ daturum, si modò vestra insinuatio juvet exhausti Senatoris oratum. Duo enim factu facilia, sed ad gloriam præstantis magna deposcit: reddi Curiæ testimonio sacro, & recuperatione modici argenti ab inopiâ vindicati. Hæc ut favor tuus aliorumque optimatium te hortantium promoveat, interest boni sæculi, *a* cui laudem perrennem pia facta conciliant. Vale.

a Sic emendavit Lect. & ed. Sch.

EPIST. LXVIII.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

ETIAMSI petitio domestica & amica cessaret, publicus vigor justo desiderio deesse non posset. Quid enim tam familiare justitiæ, quàm ut circumscriptor clarissimæ & laudabilis fœminæ parentis meæ, astutiæ suæ privetur effectu, ne cõmodis illudat alienis Provincialium patronorum fretus auxilio? Quorum impudentia compulit, ut matrona litium fugitans, ad judicium Prætoriani culminis convolaret. Res autem, quâ de agitur, eiusmodi est. Ante paucissimos menses ille à parente meâ horrea *b* Aquilejensia, & *c* CF. propter longinquitatem itineris incognita, tenui mercede conduxit; atque his ita abusus est, ut parvo licèt tempore, ijsdem locis labem consultò intulisse dicatur. Hunc ubi sæpè convenit, ut conductione decederet, contemptu hominis, & interventu quorundam frequenter elusa est. Nunc opis indiga & geminum beneficium vestri favoris exoptat. Primò, ut improbissimus inquilinus locorum *d* detentione pellatur. Dehinc habitâ deterioratæ rei æstimatione sum-

b Alij: in Aquileiâ sita.
c Clarissimæ fœminæ.
d Sic Mercer. Alij: tentione: h. e. *possessione, vel occupatione.*

ptum justæ instaurationis agnoscat. Cùm igitur æqua poscamus, credo confore, ut meæ petitioni, & utilitatibus parentis favor vester arrideat. Vale.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

BENIGNE ut mos est tibi, recursum nostrum misso Apparitore juvisti: quem progressus ad Appennini superiora dimisi adiecto officio litterarum, ut gratiam, quam rebus æquare non possum, saltim verborum honore compensem. Quod supereſt itineris, spero præfatâ Dei veniâ sine labore peragendum. Minùs enim molesta sunt, quæ perveniendi spem proximam pollicentur. Vale.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

DISCEDENTI mihi curam legare dignatus es amicitiæ congruentem, ut famæ atque actibus tuis accommoda non silerem. Causâ igitur postulante fungor injunctis. Video enim Basilicæ pontisque rationem rectè quidem Bonoso Præsidali viro esse mandatam: cui & vigilantia supereſt ad liminandas publicæ rationis ambages, & fides ad persequenda, quæ examen invenerit. Sed vereor, ne ludificationibus res injuncta frigeſcat, obluctante eo, quem socium discussionis accepit. Atque ideò clam te esse non patior, eò rem deduci, ut labes magna sumptuum publicorum studio certaminis obducatur. Quid enim sibi vult ista conjunctio, in eâ præsertim discussione, quæ ipsum Quæsitorem videtur adstringere? Quare huic tantùm parti adhibenda correctio est, & ad unum, quem sponte delegeris, inquisitionis summa referenda, adiectis vestræ Apparitionis auxilijs; quò minora Officia fidem præbitorum vel invectorum cogantur aperire. Probabit exitus, quantum publicæ rei tua cura prospexerit; cùm cohi-

cohibitis sumptibus novis, consummationi operum satisfecerit summa reliquorum. Vale.

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

SUMMO gaudio quotiens scribis afficior, & tum maximè, cùm abest amaritudo querimoniæ. Nunc stilus tuus ab usitatâ jucunditate dissentit. Arguit enim falsò iniquitatem quandam pignoris mei, cum quo tibi limitum *a* nonnulla certatio est. Itaque litteras contra jus amicitiæ ad eum missas *b* suppressi; ne amantem tui justus dolor offenderet. Fuit autem matri eius cum procuratore tuo finalis in Siciliâ quæstio: quâ disceptatio non, ut scribis, Venusti, sed alterius Rectoris absolvit. Ergò in utraque personâ error suggerentis retectus, eam pignori meo exemit invidiam. Advertis pro singulari verecundiâ tuâ, cui potissimùm parti satisfactio debeatur. Et nihil de præsenti fortunâ loquor, quæ scribentem debuit temperare. Adde, quòd pecuniarias causas usque ad detrimentum amicitiarum non oportet extendi. Sed quid hæc pluribus? Posthac opto sermonem tuum placidiorem mereri, & constantiam veteris erga me observantiæ tuæ, porrecto etiam in meos amore colligere. Vale.

a *Ita Lect. Sch.*
b *Ms Pith. Vide lib. 5. Ep. 32.*

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

FREQUENS usus ostendit, & clara animi tui documenta restantur, exempla veræ amicitiæ detecapienda. Neq; enim quisquam constantiam firmiorem familiarib⁹ impendit offic|js, præsertim in tantâ|publicarum curarū mole, quæ alterius studium posset hebetare, nisi obstrepentes necessitates affectio fraterna superaret. Quod solum igitur verecundiæ convenit, cedo præstantissimæ religioni, meque imparem refe-

rendæ vicissitudini pudenter agnosco. Nec vereor, ne diligentia tua *a* tali laude lenteſcat: quin potius ſpero benevolentiam (ſi quid pleno adjicitur) largiorem; quia bonis familiare eſt, ſtudia benigna cumulare, quorum gratiam ſentiunt non perire. Vale.

a Lect. & Ed. Sch. ex Ms. Pith. Gif. Fuld.

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

FACIO quod ſuadet humanitas, ut amicitiæ tuæ viros bonæ frugis adjungam. Horum unus eſt Felix, honorabilis gradu, atq; exercitatione militiæ. Cui ſi quid amoris impenderis, ad meam gratiam pertinebit. Vale.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS EUSIGNIO.

MIRABAR quid eſſet rei, quòd amicitiæ obſervantiſſimus diu ſcribendis litteris abſtinebas. Sed epiſtolæ tuæ ſeries indicavit, quòd triſtium rerum index eſſe vitaveris, quas longiore ſilentio contineri, nec religio familiaris, nec communis cauſa permiſit. Nam plerumque utile eſt, in publicam proferre notitiam, quod velis *b* eſſe correctum, ut denunciatione futuri periculi, ad conſulendum cunctorum cura moveatur. Magnâ igitur neceſſitate, *c* futuri anni inopiam proteſtatus es. Quid enim ſpei reliquum ſit, cùm provincijs Africanis, nec ad victum tenuem fruguum tritura reſponderit, & ſuppleta ex alijs terris ſemina vicinus annus expectet? Iure igitur ad æternorum Principum providentiam Provincialium ſollicitudo confugit. Interea dum maior ab illis ſalubritas petitur, humanitas tua foveat exhauſtos, & tanquã particeps doloris alieni, perſuadeat laborantib⁹, ſibi accidiſſe quicquid provinciæ pertulerunt. Ego valeo, quamvis animus æger bonum ſanitatis ignoret. ſed ut aliquid ſolaminis capiam, oro indulgentius ſcribas, & ad reſpondendum exemplo tuæ aſſiduitatis invites. Vale.

b Sic plenius Ms Pith.

c Mss. Gif. Pith. & Fuld. eſt, profuturi anni.

Q. AV-

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER V.*

* Editus post eius obitū à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

SYMMACHUS HIEROPHANTI.

Vide sup. lib. 3. Ep. 40.

RECTE VALEO. Hoc enim scribendi debet esse principium quod maximè expetunt vota lecturi. Æquè tibi suppetere optatum vigorem nimis gaudeo, nam me tali indicio nuper hilarasti. Illud quoque in a summâ pono gratiæ, quòd te nostri diligentissimum familiaris stili frequens usus ostendit; cui rei laudem referre consilium est, ut hoc invitamento memoris animi ad perseverantiam provoceris. Vale.

a *Ita omnes libb.* Summa *est absolutio, præstantia, & perfectio rei. Vide Lexicon nostrum Plautinum.*

EPIST. II.

SYMMACHUS HIEROPHANTI.

OPULENTO afficis me bono, quotiens amicitiā nostrā salutis tuæ indicio muneraris. Deos igitur comprecor, ut te pro tantâ in nos religione fortunent. Vicissitudini autem litterariæ parem diligentiam li-

benter impendo, ut ad officia promptiùs inciteris, cùm videas, apud memorem scriptorum gratiam non perire. Vale.

EPIST. III.

SYMMACHUS HIEROPHANTI.

SCRIPTUM mihi tuum Probatius nuper exhibuit, atque ex eo plurimùm gratulationis accessit, quòd tibi pro voto omnia superesse cognovi. Id ut sæpè facias, monere non debeo: quum spontanea officia stimulo exhortationis non oporteat incitari. Vale.

EPIST. IV.

SYMMACHUS THEODORO.

BONORUM frequens astipulatio de sanctis moribus tuis, in hoc me desiderium provocat, ut amicitias tuas impatienter exoptem. Nam qui omnium sermone celebrantur, & improbitatis laude conspicui sunt, incognitos quoque ad amorem propriæ familiaritatis invitant. Ergò si hæc voluntatis meæ non aspernaris indicia, repende, quæso, colloquium; ut facti mei confirmatione delecter; quamvis mutuæ affectionis sponsionem jam teneam. Vale.

EPIST. V.

SYMMACHUS THEODORO.

SPECTATA est tibi, ut arbitror, amicitiæ meæ veritas. Hinc factum, ut me in consortium festorum tuorum Consul adscires Præstetur, oro, his litteris eadem fides, quæ nos Euocatione dignos iudicavit. Diu inter desiderium tui & unici mei curam dubius electionis pependi. Tuus honor suadebat profectionem, illius institutio prætendebat obvias manus. Tandem secutus sum, quod ipse fecisses. Officia enim illa lætitiæ, ista pietatis. Tuæ amplitudinis curulem stipabunt obsequia multorum. Huic in solo patre votum est.

a *Lect. conjecit: Sic lib. 7. Epist. 9.* Mei voti caput est, ut bene valeas,

Plura

Plura pro nobis indulgentissimus in suos tuus animus tecum loquetur. Cui ego *a* excusationis meæ partes injungo: quia verbis agenda non sunt, quæ meliùs interpretatur affectio. Vale.

a *Sic Ms. Iuretii.*

EPIST. VI.

SYMMACHUS THEODORO.

FILIUM meum Flavianum Consulatus tuus revocat in lucem. Nescio an eum commendare tibi debeam, cui *b* summi gaudij auctor fuisti. Servaigitur, oro, depromptæ in eum benignitatis tenorem: etsi hoc à constantiâ tuâ sperandum magis, quàm postulandum est. In dubium enim *c* voluntarij amoris fides non venit.

b *Ita Lect. & Ed. Sch.*

c *Lect. & Ed. Sch.*

EPIST. VII.

SYMMACHUS THEODORO.

IPSE mihi rescripti huius baiulum præstitisti. Duplici nomine gratiam debere me fateor. Nam & à te profectus est, qui litteras exhiberet, & per te, qui referret oblatus. Maneant, oro, inter nos officiorum talium vices, & inter alias laudes tuas continuatæ in amicos religionis titulus censeatur. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS THEODORO.

GAUDEO mihi sermonis tui primitias contigisse, & impêdiò postulo, ut humanissimum hoc cœptũ religiosa cura non deserat. His enim maximè nutrimentis amicitiarum cultus adolescit. Quum hæc scriberem, mihi sanitas rectè suppetebat. Cuius rei indicium propterea singulari generositati tuæ credidi deferendum, ut cognitionem tuæ sospitatis mihi mutuus rependat affectus. Vale.

EPIST.

EPIST. IX.

SYMMACHUS THEODORO.

VEREOR eloquentiæ tuæ scripta nostra committere; sed non minùs caveo amori tuo meorum quicquam negare. Duas igitur oratiunculas nuper editas à nobis misi. Earum una ad urbanos fasces resultantem Candidatum tenuit. Alteri argumentum dedit jampridem decreto Senatûs improbata censura. Sed judicium meum, cùm res acta est, habitum propagavi opere largiore. Nec mihi vitio vortas priscæ severitatis repulsam. Namsolis quædam speciosa nominibus, usu & experiundo plurimùm nocent. Rationes sententiæ meæ lector invenies. Volo tamen ad inspectionem dictorum partis utrique æquus accedas. Merebitur, ut spero, orationis assertio, ut tu etiam vetustatis patronus auctoritati Ordinis manum porrigas. Vale.

EPIST. X.

SYMMACHUS THEODORO.

QUAM timeo, ne aures tuas existimer lactare blanditijs! Consulatus hic tuus talis est, ut meum geminasse videatur. Nunc voti mei summa eò processit, ut titulo eius longùm fruaris, & æques vitæ diuturnitate moram tui præmij. Dignum quippe est, compensari prolixo gaudio tuam solutionem. Vale.

EPIST. XI.

SYMMACHUS THEODORO.

ADVENTUM tuum serum esse mirabar. Sed ubi patefacta causa tarditatis, & te brevi affore scripta prænuntia spoponderunt; in gaudium cura conversa est. Ergò hospitij securus appropera, & *a* aliquantulo Romæ intervallo quietis refotus, auspicatissimos attolle fasces. Nostra erga te diligentia quidquid instructus Consularis flagitat, providebit. Vale.

a *Sic Mss. Fetis. Bess. Fula.*

EPIST.

EPIST. XII.

SYMMACHUS THEODORO.

FRUSTRA speravi de peregrinatione solatium, cum *a* omnium mœsta facies nullas ægro animo præstet inducias. An quisquam tam duro ingenio natus est, ut multorum curis doloris vacuus interfit? Quod si verum concedis, me etiam crede inter anxios usum ipsum lætitiæ quodammodo amisisse. Restat ut tuæ litteræ medicinam mihi faciant, quas ita libenter accipio, ut nulla assiduitas satisfactura videatur. Ego *b* præ eventu occasionum, quas fors obtulerit, exemplum dabo frequentis officij. Tunc enim probabis gratas esse tibi litteras meas, cùm tuas sumpsero. Vale.

a *Ita habet Ms. Fuld. Ed. Sch. Quia de hominibus servo. vulgo,* locorum.

b *Sic. Lect.*

EPIST. XIII.

SYMMACHUS THEODORO.

IAMPRIDEM nihil scribis. æquum esset huic culpæ talionem reponi. Sed arbitror imitanda non esse quæ doleas: & animo persuadeo, alias potius intervenisse causas officij differendi, quàm residem voluntatem. Quanquam vereor, ne factum tuum hæc ipsa gravet humanitas. Nam quimihi pro te satisfacio, ostendo, me nihil tale meruisse. Scribe ergò jam sæpius & copiosius, priusquam præfatâ ope Dei in Lucanos saltus vela faciamus. Quid enim juvat proximis regionibus immorari, cùm ecce, nullæ litteræ deferantur, & silentium tuum honestè possit excusare longinquitas? Vale.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS THEODORO.

ADEMPTUM est tibi generale perfugium. Neq; enim potes solemne illud & pervulgatũ genus defensionis inducere: meas te adhuc litteras operiri, ut quadam religione solvaris. Iamdúdum tibi stilus meus

meus facit *a* auspicium, cui non *b* abnuo redditam vicem: sed æmulari studium nostrum etiam voluntario postea officio debuisti. An expectas, ut te illâ expostulatione perstringam? Tu nisi malo coactus rectè facere nescis? Omitto plura, & in reliquum mihi diligentiam tuam spondeo: quam mihi religio parvi habuit, saltim admonitio nostra reparabit. Vale.

a *Sic Ms. Pith ed. Sch. ex Mss. Beſs. Fuld. Vide lib. 7. Ep. 1.*

b *Ita emend. Lect.*

EPIST. XV.

SYMMACHUS THEODORO.

PROXIME Romam regressus à scribendi consuetudine non tam desidiâ, quàm occupatione desivi. atque ideò peto in bonam partem purgationem præteritæ taciturnitatis accipias, mecumque lætèris, quòd Domini nostri Theodosij sacro divinoque judicio merui Consulatum: cuius multiplex apparatus tuam requirit industriam. Sed rursus occurrit voto, & studijs meis, ne honoris tui tempora contrahantur. Quapropter tuæ permitto sententiæ, ut si votivo officio domus nostræ interesse desideras, administrationis labore solvaris. Vale.

EPIST. XVI.

SYMMACHUS THEODORO.

Hæc Epist sic distinguitur in Mss. Pith. & Gif. Fuld. Ed. Sch.

SANCTO Lampadio germano tuo, & ad spem processus, & ad bonam viam morũ, causidicinam credidi profuturam. Unde factum est, ut Domino & fratre meo Præfecto antè cõsulto ad castra forensia mitteretur, eo præsertim tempore, quo tuo adminiculo possit institui. Quapropter pignus tuum suscipe informandum, bonis fraternâ religione præceptis. Vale.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

BREVEM decet esse sermonem, quo reditus indicatur. Quid enim mandes paginæ, cùm omnia quæ scripto committi solent, fabulis potiùs debeant refer-

reservari? Hoc est argumentum præsentium litterarũ, quas, si Dij votum juverint, mox sequemur. Vale.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

SVADES ut redeam ne jus prædij nostri violenta perturbet irruptio. At ego puto, non minùs tuam curam quàm meam præsentiam promovere. Conijcio exaggerari religiosè istam trepidationem, dum me Romam studes retrahere. Ego autem huius tædio, non modò amore ocij abesse plusculùm cupio: sed quia inane erit, quicquid remoto atque inconsulto posse ssore tentatur. Consilium verò rei agendæ, tuus & aliorum, quibus cordi sumus, tractatus inveniet. Meæ quieti nullus invideat: quia longiùs producenda est, cùm vicem nostram bonorum amicorum cura fungatur. Vale.

EPIST. XIX.

SYMMACHUS MAGNILLO.

SEMPER te in primore affectionum mearũ fronte constituo. Meritò incertus animi, cognitionem tuæ salutis expecto: quam si mutuus sermo præstiterit, reditum nostrum alacritas incitabit. Vale.

EPIST. XX.

SYMMACHUS MAGNILLO.

NOS tuum præoptamus adventum. Tu missis muneribus desideria nostra solaris. Admodùm quidem delector oblatis: sed hoc ipso officio damna absentiæ tuæ gravius sentiuntur. Pleniora enim præsidia atque ornamenta de amico præsente caperemus. At nunc inter votiva Candidati mei negotia, & Quæstorios apparatus fraudari nos conqueror societate tuorum consiliorum. Et tamen obeunda nec procul locatus omittis. Nam & vestes subsericas, quas homines mei post illationem precij retentabant, & instructum

ctum reliquum Muneralium præmiorum tuus coegit instinctus. Opto igitur tibi promptum Dei favorem, reditumque felicem: simulque oro, si fors dederit facultatem, functioni nostræ interesse deproperes; cujus voluptas magnâ parte cumulabitur, si lætitiæ novæ particeps desideratus accesseris. Vale.

EPIST. XXI.

SYMMACHUS MAGNILLO.

POTUIT sine litteris nostris sanctus Aurelius, si quid de me quæreres, explicare. Sed quia fastidiosa salutatio est, quæ nudo sermone defertur, innexui scripta mandatis. Ave igitur dico tibi, simulque deprecor, ut secundùm commonitorium, quo summatim Muneri præparanda rescripsi, ut ipse, salva Iudiciariâ existimatione, curam fratris religiosi, ut soles, exhibeas; & homines nostros comparandis, quæ poscit Editio, justum impendium ministrare præcipias. Vale.

EPIST. XXII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

QVÆSTORIUM parvuli nostri Munus accelerans, communi amico Aurelio quædam comparanda aut providenda mandavi. Sed quia publicis negocijs, & variâ *a* injunctorum occupatione distringitur: Eusebium familiarem speciatim misi, cujus admonitione cura tua in effectum omnium provocetur. Et quia longùm visum est, litterali serie agenda complecti; non graveris commonitorium strictim signatum percurrere: quod satis esse arbitror ad incitamentum diligentiæ tuæ. Neque enim preces oportet adhiberi, cùm sola amici voluntas studium tuum debeat acuere.

Vale.

a Ita bene Ed. Sch. ex Mss.

EPIST.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

ANASTASIUM nostrum dignaris agnoscere. nã domi sæpè vidisti. Hæc illi notitia apud te debet esse suffragio, etiamsi nullis juvaretur alloquijs. Nunc dubitare non possum, cumulatiorem circa eum fore curam tuam, cùm & vetusta cognitio, & recens sermo commendet.

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS MAGNILLO.

FAMILIARIS emersit occasio, quæ tibi salutis meæ adportaret indicia. Neque enim dubitare *a* possum tibi litteras meas esse reddendas, quas Silvanus ad animi nostri diligentiã pertinens exhibebit. Cui hæc ipsa recepti officij commendatio apud te debet esse suffragio. Cæterùm ut respondeas, non laboro, cùm mihi scriptorum tuorum *b* vicissitudinem mutua polliceatur affectio. Vale.

a Ita Ed. Iur.

b Sic Ms. Cuiac. ed. Sch.

EPIST. XXV.

SYMMACHUS MAGNILLO.

PARENS *c* sana est, & ad patientiam doloris adducitur. quare hanc partem curarum depone, mentempue ad meliora compone. Certè si aliquid ab re tuâ ocij est, nostris negocijs diligentiam dignare præstare, ut operæ sit pretium, quod in exactore mittendo litteris & montis tuis satisfeci. Vale.

c Ita omnes libb.

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS MAGNILLO.

MULTA Oceano, ut recordaris, & litteris, & cõmonitorijs implenda mandavimus; quibus exsequendis par esse non poterit, nisi tuo impulsu & monitis urgeatur. Quæ cùm in effectum te juvante pro-

cesserint, quæso ut indicio perscriptionis expectationem meam non graveris instruere. Vale.

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

NUMIDÆ familiaris nostri adventus haud mediocriter mihi gaudio fuit. Hanc lætitiam tuus sermo geminavit. Duobus igitur à te muneribus affectus, amicum tibi cum litterariâ salutatione restituo. Vale.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

ANTECAPERE *a* scribendi ordinem mei muneris fuit. Habes festinati officij gloriam; cùm ego fatear tarditatem. Et certè potui allegare aliquid in *b* excusationem morarum: Superaret mihi plurimùm viæ, malui te de laboris nostri absolutione facere securum. Sed pio studio *c* præveniri nullus est rubor. Ama igitur sponte cedentem, cui hæc ipsa simplicitas conciliare debet frequentes litteras tuas: quas si non adæquavero pari numero, tursus tibi præmiũ confessio mea faciet. Vale.

a Ita ed. Sch. & Iur. Vulg. Ante carpere.
b Lectius sic corr.
c Sic Ms. Pith. Lect.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS MAGNILLO.

AMICUM meum ad Brutios revertentem litteris credidi prosequendum, ut tibi salutationis munus exsolverem, & illi commendationis aliquid exhiberem. Quæso igitur te, ut & meis litteris vicissitudo reddatur, & illi defensio plena proveniat. Vale.

EPIST. XXX.

SYMMACHUS MAGNILLO.

PROXIMUS quidem urbe digressus es. *d* Sed ego jam quasi inveterato tui desiderio novum aliquod munus convenire credens, officium scribendi arripui, nec expecta-

d Ita plenius descripsi ex Ms. VVovv,

expectato ordine, nec more servato, qui solet amicis esse pro lege, ut peregrè locati priùs tribuant scripta quàm sumant. Et revera affectio omnis impatiens est etiam justæ ac legitimæ tarditatis. Rupi ergò cõsuetudinem religione maiore, quàm si servare voluissem Quæ res si tibi grata est; & mihi fœnus solve colloquij, & perlatori talium litterarum benignus arride. Cui ut nihil magis potui præstare, quàm litteras; ita nihil poteris plus tribuere, quàm favorem. Vale.

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS MAGNILLO.

PROPINQUAM sancti Asclepiadis Philosophi absque litteris meis abire par non fuit. Nam illius merita poposcerũt, ut ad curam præclari viri pertinens tuo patrocinio traderetur. Pro a quâ nõ arbitror ambitu longæ orationis utendum; cùm eam hunanitatẽ tuæ contemplatio parentis sine cuiusquam petitione commendat. Vale.

a *Scil propinquâ sive patente Asclep. Sic legendum cum Mercero.*

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

TÆDET pigetque iam scribere. Quousque enim stili imagine jucunditatem vivi sermonis imitabimur? Quid quòd etiam fœlicitas publica, & pax orbis hortatur, ut larẽ repetas? Quâ in re tibi opportunus incentor frater noster Pontianus accedet, bonorũ petitu fortitus hanc operam; ut tibi ob rem uxoriam demoranti, desiderium revisendæ urbis admoveat. Vale.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS MAGNILLO.

NOLO puerum erimineris ob reditum tardiorem. Mea conturbatio pro Symmacho, b neq; ad rescribendũ tẽpus invenit; & recursum tabellarij usq; ad spem bonam distulit. Nunc quia periculũ eius in ægritudinẽ vertit, hoc ipsum loqui apud te licuit. Faciet divina miseratio, quę pias aures applicat votis parentũ,

b *Sic ed. Iur.*

ut tibi mox denuò, quod juves animum, securitas mea nunciet. Vale.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS HEPHÆSTIONI.

VOTUM mihi non defuit itineris ordiendi; sed tarda Evocatio perveniendi tempus arctavit. Atque ideò verecundiùs visum est, veniam poscere, quam peracto Consulis officio pervenire. Super hoc plenissimas & ad D N. clementissimum Principem jam dudum litteras dedi, & ad cæteros, qui me adesse voluerunt; quas etiam nunc Festus Agens in rebus proficiscendi eunctatione remoratur. Et quia vereor, ne aut lateant suppressa, quæ scripsi, aut per æmulos resoluta vitientur: consilium fuit, ut ad te dominum & fratrem meum exemplaria omnia mitteremus. Erit tuæ circa me affectionis, de omnium rerum *a* fide latè scribere. Reddantur etiam vobis chartulæ curas domesticas continentes, quibus decursis æstimabitis, quid bonorum temporum justitia & fama desideret. Vale.

a *Ita Ms. Cuiac.* felicitate.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS HEPHÆSTIONI.

SEQUUNTUR abscessum tuum *b* litteratorum cohortes; & ut solent Athenas Atticas reliquave gymnasia Musarum, petere ita peregrinationes tuas desiderio trahente comitantur. Nec tibi, ut æstimo, militiæ stipendijs affluenti, amicorum conventus onerosus est. Pasce igitur eruditos dignitatis tuæ copijs, & spera plures tibi hospites actutùm adfuturos, postquam Romanæ juventutis magistris subsidia solemnis alimoniæ detracta sunt. Vale.

b *Vulg.* litterarum.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS HEPHÆSTIONI.

AEGRUM proximè animum tuum, litterarum, quas

quas miseras, lectione cognovi; multùmque miratus inter conjunctissimos fortuitam subitò emersisse discordiam; dominum & fratrem meum obsecravi, nè à suo more dissentiat. Te verò non meo tantùm, verum etiam tuo nomine rogo, ut cæteris bonis morum tuorum, similem patientiam præstes, feraque omnia, quæ solet habere peregrinationis conditio. Spero autem & filij mei Flaviani conciliatione, & Eusebij Archiatri blanditijs omnia posse mitigari. Vale.

EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS HEPHÆSTIONI.

LITTERÆ tuæ Spartanâ brevitate succinctæ sunt, sed rebus exuberant; & cùm moveant de raritate querimoniam, tamen officij plenitudine memoriam succensionis obliterant. Quod si eas creber usus exerceat; desiderium meum sine fastidio satietatis explebunt. Sed video quid obsistat animo, quid impediat voluntatem. Eusebius noster te fabulis & *a* poculis demoratur. Quem cùm reddideris, curæ hortorum suorum, fore arbitror, ut animus tuus *b* jocularibus ineptijs absolutus, ad negotia seria conferatur. Vale.

a *Posset & legi* ioculis.

b *Ita Mss. Alij:* nuptiis *ineptè.*

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS NEOTERIO.

SUPRA modum gaudeo redditum esse meritis tuis pervetus debitum. Jamdudum enim Rempub. virtutibus obligasti: quæ nacta divinæ *c* fidei Principem, sibi quodàmodo Consulatum, quem tibi solveret, impetravit. Ad huius celebritatē voto alacri cucurrissem, nisi diplomatis sacri tarda perlatio arctasset intervallum dierum. Accessit hyemis contēplatio, quæ magno frigore, & brevib⁹ lucis horis moratur excursus. Meus tamen animus, meum gaudium tecum est. Ego solus dolere debeo, quòd mihi tantùm bonum casus inviderit. Tibi & præsentium satisfaciet numerus, & cultus absentium. Vale.

c *Vulgo* spei. *Sic ed. Sch. ex Mss.*

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS NEOTERIO.

AMICIS justa cupientibus usui esse debemus, præcipuè fratri nostro Alexandro, quem judicio probamus, & amore complectimur. Hunc licèt noveris honorũ desiderio nõ moveri, cõmunis tamen verecundia non sinit testimonio carere militiæ: cùm illi Tribuni ac Notarij dignitatem Dominus Valentinianus Augustus ante irruptionem tyrannicam spontè detulerit. Quæso igitur, ut prærogativam sacri testimonij te adnitente mereatur. Facilè est enim, ut sub tam pio gubernatore Reip. infortunia hominum vincat secuti humanitas. Vale.

EPIST. XL.

SYMMACHUS NEOTERIO.

IMPATIENTER amicorum soleo perferre discessum. Sed eos, qui ad *a* præsentiam tuam relictâ urbe contendunt, ad me credo venturos. Quid, quod sequestratâ affectione invideo tecum futuris? Soli enim bona præsentiæ tuæ capient, quorum mihi communis fructus esse deberet. Utut est tamen ista conditio, fratres nostros Celsum atque Ticianum probabiles viros non invitus emisi, certus aliquid ad nos ex fabulis atque actibus tuis eorum relatione rediturum. Quos ut maturè urbi studiisque restituas, vicissim postulo. Nam si *b* apud te hanc petitionem dissimulem, videbor eorum peregrinationem non tuæ detulisse reverentiæ, sed meo præstitisse fastidio. Vale.

a Ita Lect.

b Sic restituẽdum: Vulgata enim inepta est.

EPIST. XLI.

SYMMACHUS NEOTERIO.

CUM sciam te animo placabili, recepi pro amico operam veniæ postulandæ. Neque enim sic à recto devij sumus, ut te umquam temerè moveri suspicemur. Vir clarissimus Epictetus causidicorum more prola-

prolapsus, dum vult impensiùs placere suscepto; Sanctũ Sabinum probatum omnib⁹ bonis, incauto sermone perstrinxit. Ea res omniũ vestrûm, quib⁹ ille curę est, animos creditur exasperasse. Nec immeritò. Querela Rectoris etiam Prætorianas acuit potestates. Quid multa? Epictetus togæ forensis honore privatus est, plurimis præferendus, qui firmo patrocinio protegun-tur. Nunc illa clientium turba, unius fortuito errori insultat. Quod ne diu maneat, tua præstabit humanitas. Satis datum est correctioni. Nunc ingenium tuum respice. Illud causa meruerit, hoc tribue lenitati. Scio illustrem virum Præfectum Prætorio his quoque litteris tuis promptè cessurum. Erit tibi Epictetus V. C. et jam emendationis suæ debitor, quem *a* paulò ante inconsultum fecerat impunitas magna peccantium. Vale.

a Ita Ms. Pith.

EPIST. XLII.

SYMMACHUS NEOTERIO.

PLACUISSE judicio tuo amicum meum Drinnacium satis gaudeo. Nam mihi quoque plurimùm honoris accedit, quotiens sententia nostra concordat. Fruetur igitur uberrimo innocentiæ suæ fructu, mihi honestis carus officijs, tibi iustis negocijs approbatus. Vale.

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS NEOTERIO.

QUI amanti nugas suas, & delirameuta committit, non debet formidare judicium. Commendatur enim religione, quicquid culpari posset examine. Meritò securus Oratiunculam, quã proximè in Senatu habui, ad te misi; de quâ dominum meum fratrem nostrum Carteriũ tecum plenè arbitror collocutum. Nã *b* petitioni nostræ auditor interfuit. Et quamvis totius Ordnis secunda suffragia cœpisse videamur; in te

b Forte: peroationi.

uno tamen summam testimonij collocamus. Facito igitur me certum sententiæ tuæ, & simul quid rerum geras pande cupienti: ut quod ex meis actibus voluptatis accipies, tuorum mutuâ insinuatione compenses. Vale.

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS NEOTERIO

DISSIMULATI officij objurgatione morderis in epistolâ blandiore, quâ tibi refero gratiam sermonis accepti: licèt cogitarem illa potiùs amica esse colloquia, quæ sponte tribuuntur: at in respondente referri magis necessariam vicem, quàm deferri spontaneam scriptionem. Ego tamen ita affectus sum litteris proximis, ut nescire me fatear, reddideris hoc mun⁹ an dederis. Verùm cogita, quid paginæ tuæ jucunditatis habituræ sint, quas non admonitus exhibebis; quum hæ quoque mihi admodùm gratæ sint, quas rependis ex debito. Vale.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS NEOTERIO.

FACIS ut decet, quòd ocium meum scriptorum assiduitate solaris: siquidem ex tuo amore coniectas jucundum esse munus, quod ex tuo sanctissimo ac luculento ore profluxit. Refero igitur vicem magis ad testimonium gratiæ, quàm ad æquiparandum officiũ, quo me agnosco devinctum. Sed hoc ipso arbitror me digniorem esse colloquio crebriore; quòd hanc tibi palmam reddo, quasi victus fœnore litterarum. Vale.

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS NEOTERIO.

VENTURUM te ad communem patriam fama promiserat. Insperato gaudio gloriabar. Sed ubi processu dierum rumor intepuit; animadverti mihi hoc genus

genus superesse solatij, quòd ad scribendi usum moremque remearem. Fungor igitur salutatione dicendâ, tuamque excellentiam quæso, ut mihi adventum tuum pro litteris largiaris. Est enim causa votiva, quæ te debeat evocare: Quæstorum scilicet munus filij mei, ad cuius officium te tuosque amor communis iuvitat. Vale.

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS FELICI.

SCRIBIS reverentiam nostri ad omnes vigere. Gaudeo huiusmodi testimonio: sed profiteor operâ tuâ fieri, ut taliter vireat existimatio mea. Tu mihi es fautor rumoris secundi; neque hac tantùm gratiâ vadatum me sentio. Nam illud etiam, quod te præsule processit ad commoda proximorum meorum; quamvis justitiæ datum, tibi tamen refertur acceptum. Cessso longiùs pergere: quoniam in remunerandis beneficijs je una est verborum vicissitudo. Simul obstrepunt curæ, quas officijs familiaribus tenuis patriæ victus *a* opponit. Ero apud te posthac loquacior. quum refoverit studium meum rei frumentariæ instaurata securitas. Vale.

a *Ita Lect. emendavit: & Ed Sch. ex Mss.*

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS FELICI.

BENE cognitis ac probatis commendatio prompta debetur, ut ad notitiam bonorum sub honestâ adstipulatione perveniant. Theodulus sinceræ nobilitatis adolescens multorum gratiâ viget, quibus placere, laudabile est. Sed fortunæ difficultatem, quæ cursum vitæ eius exasperat, adminiculo tuo sperat posse removeri. Quæso igitur votis eius benignus arrideas: ne aut meum testimonium pro nihilo habitum judicetur, *b* aut spebus illius inanis exitus illudat. Vale.

b *Ms. Cuiac:* spei.

EPIST. XLIX.

SYMMACHUS FELICI.

AMo litteras tuas. nam semper mihi aliquid gratulationis apportant. Ego autem benefactis nudâ oratione respondeo. Sed *a* ut res est, præclara mens tua perinde paginas sibi existimat fructuosas: & ideò hanc operam perseveranter advigilo, quam sciam apud te pro magno ære cẽseri. Interea Domino & Principi nostro, eiusque in me beneficentiæ egi per epistolam gratias, verbis fortassè exiguas, sed affectione animi copiosas. Quas si eximia unanimitas tua, & probata mihi amicitiæ fides, jucundâ atque opportunâ insinuaverit lectione; non videbor ingratus; quum probaverit, sicuti opto, invictissimus Princeps, beneficia huiusmodi apud memorem se collocasse. Vale.

a Ita Iureus emendavit: & sequitur Ed. Sch.

EPIST. L.

SYMMACHUS FELICI.

RELATUM in cultores tuos Aurelium familiarem meum, gaudeo: non illius modò nomine, quem tuendum summatis viri cura suscepit, sed meo maximè, cuius testimonium judici instar habuisti. Accessit huic muneri auctior ex litteris tui gratia (quamquam est in illis, quod amantem possit offendere: brevi enim erant transcursu) quæ cum mihi voluptatem afferant, negant satietatem. Et hæc est natura bonarum rerum, ut illis frui prolixiùs velis: nec quicquam durius *b* sumas, quàm orationis placitæ citum transitum. Adde igitur epistolis tuis copiam, vel, si potes, detrahe suavitatem. Nisi ita feceris, læsus rependam fastidio tuo verba, quæ soleo, & paginas longiores. Vale.

b Sic Ms. Pith. Ed. Sch.

EPIST.

EPIST. LI.

SYMMACHUS FELICI.

AMOR quidem tuus suasit, ut scriberem, præteruntis festinatio, ut pauca dictarem. Quare salutatione contentus (quæ etsi non explet officium, tamen contestatur affectum) redde invicem, quæ legamus, &, si necesse est, æmulare brevitatem. Nam cùm sim nitidissimi tui sermonis cupidus; conscientiâ tamen huius tam angustæ paginæ non audeo à te verborum copiam postulare. Vale.

EPIST. LII.

SYMMACHUS FELICI.

VECTORI Judicialium litterarum reddendam tibi paginam dedi, amicitiæ deferens cultum salutationis; simulque suggerens ad rem mei pignoris pertinere, quòd relatio docebit de tutoris faucibus extrahendum. Nec laboro pro assertione justitiæ, cuius tibi cura præcipua est. Sed hoc tantùm audeo postulare, ut quam primùm responsa cœlestia robur adferant judicatis. Vale.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS FELICI.

FRATREM nostrum Helpidium non minùs desiderium tui, quàm epistola Consulis evocavit. Cui etsi amorem tuum prisca inter vos coniunctio pollicetur, nonnihil tamen, ut arbitror, etiam petitio mea commendationis adjicet. Exstrue igitur, quæso te, novis erga amicum beneficijs veterem diligentiam, quatenus possint perfecta cumulari: & hoc mihi munus lubens attribue, ut merita, quæ suis apud te fundavit obsequijs, sentiat meo favore creviſſe. Vale.

***

EPIST.

EPIST. LIV.

SYMMACHUS FELICI.

QUISQUIS amici famam negligit, fide lubricâ
a *Sic Mercer. ed. Sch.* est. *a* hoc ne vitio mihi jure ducatur, etiâ in aliorum injurijs pro tuâ existimatione sollicitor. Quâ lege, quo bono publico Eusebium V.C. qui meriusse inter Notarios fertur, incertus atque inexplotatus procurator elicuit, ut civilis petitio Urbano abstrahat foro possidentem matronam? Quâ in causâ cùm supplicatio privatam teneat actionem, sacros titulos responsa minitantur. Quæso te, cogites, quid de Augusto adyto, cuius loqueris oracula, deceat impetrari. Fraternâ tecum sollicitudine loquor. Rescriptorum omnium fama te respicit. Quid si etiam rei memoria fidem tuâ convenit? Ampelium claræ & illustris recordationis virum parvas ædes, quas precioso auxit ornatu, sub clivo Salutis emisse, ut civis, ut collega reminiscaris.
b h. e. *vendi tor. Sic Merc.* Triginta annorum diebus incanuit æras possessionis. Auctor *b* ei Posthuminus nepos Jovij fuit, inter cætera parentis suæ Porphyriæ bona hanc quoque adeptus domum per successionem Huius Porphyriæ nihil umquam negocij cum Theodosio, cuius olim facultates
c *Sic Lect. ex Ms. Pith. & Ed. Sch.* Eusebius impetravit. Nunc Procurator à columnâ Mæniâ multis huiusmodi scutelis foro cognitus, *c* inveterata jura, supplicationibus quatit, degustat judicia omnium potestatum, cœptarum actionum exitus deserit, instaurat exordia, Romanum criminatur tribunal; non possessionis antiquitatem, non Senatoriæ dignitatis prærogativam, non Præfecturæ existimationem finit inconcussam manere. His ausibus color
d *Ita Lect. Ed Sch. Vide Epist 65.* fiscalis adlinitur, veluti ob inquisitionem *d* mobilium ex bonis, quæ meruit Eusebius divinæ domui debitorum. Ubi hæc diligentia diu jacuit? Cuius scrinij colludio publica damna latuerunt? Si Procurator non
e *In Ms. Gif. est*, publicos fasces. admoveret negocio suo *e* publicas faces; etiam nunc tot Officia, tot Inquisitores fisco quæsita nescirent.

Et

Et sanè æquum est, ut defensio divinæ domûs attentiores oculos præstet injunctis. Quid mobilibus commune cum prædio? Nullus error sensuum, nulla verborum interpretatio potest nomina ista miscere. Dehinc à proscriptis quondam bonis Porphyria, & Posthuminus alieni sunt: Multò magis emptor ædium Ampelius procul abest à contagione mobilium. Quid restat, nisi ut æquitas vestra privatam petitionem nullis sustineri radicibus judicet, cui sacræ reverentiæ umbra prætexitur? Hæc me in epistolam conferre amor seculi & amicitia tua compulit. Eadem viro illustri fratri nostro Sperchio morum ejus securus palàm facere curassem, si quam mihi per litteras obtulisset fiduciam sui. Ipse autem principium facere *a* conferendis mutuò scriptis à tali genere non debui. Erit itaque optio amplitudinis tuæ, in aures eius perferre, quę scripsimns. Dignum quippe est, ut quod existimationi utriusque proficiet, amborum consensus emendet. Vale.

a Ita Mss. Bess & Fuld. Vatic. Iur.

EPIST. LV.

SYMMACHUS SALLUSTIO.

NOLO ex moribus cæterorum, qui census Senatorios tractant, etiam huius ingenium, quem commendo, perpendas. Est enim non mediocri loco, aut infimâ sorte progenitus; sed honestatem natalium pudore custodiens. Atque ideò nec ego indecorum putavi, benè cognitum prosequi testimonio litterarum. Nec singularis generositas tua debet de eius amore dubitare, quem videt nobis adstipulantibus approbari. Et hæc quidem pro Ammonio satis dicta sint. Ipse autem desiderium tui sermonis silere non debeo, cuius appetentiam scriptorum tuorum raritas vehementius excitavit.

Vale.



EPIST.

EPIST. LVI.

SYMMACHUS SALLUSTIO.

CUMULATIÙS officium mihi, quàm poposcéram, detulisti. Nam cùm domesticos meos juvari à te in conquisitione equorum Curulium postulassem, quadrigis quatuor gratuitis auxisti numerum cõparatum. Ex illis equos undecim superstites cæteris prosecutorum cura perdurit. Nec longo intervallo pars succubuit traditorum. Gratiam tamen religionis tuæ fortuna non minuit. Quia in muneribus amicorum non sunt damna casuum cogitanda: quin imò ea in acceptum summa referenda est, quæ ab offerente processit. Ad te dypticum Candidati, & apophoreticum librarum argenti duarum per hominem tuum misimus, approbare cupientes Editioni nostræ te animo non defuisse. Vale.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS SALLUSTIO.

VTILITATI tuæ etiam non commonitus affuissem, cuius me habuisse rationem dominus & filius meus Patruinus, vir Spectabilis non tacebit. Hunc admonere debebis, *a* ut & sui voti consuetudine, & meæ petitionis intuitu, desideria tua juvare dignetur. Vale.

a Sic Ms. Pith.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS PATERNO.

EGO quidem Senatui interesse non potui, quo die Thalassi filius dignitatis nostræ muneribus exemptus est: sed spem futuræ pro eo actionis non levi apud amicos commendatione solidaveram: nec tamen impetrationis gratiam mihi vendico. Iustitia postulati, & interventûs tui desiderata promovit. Mea valetudo diu jactata, tandem se in tranquillum recepit. Quod eò scribo, ut auctus lætitiâ salutis meæ, parem voluptatem de prosperis *b* tuis referas. Vale. EPI.

b Ita Lect. & Sch.

EPIST. LIX.

SYMMACHUS PATERNO.

PRIMIS petitionibus nostris multum ponderis additit eratio. Et ideò de venatoribus exhibendis repeto postulatum, quo faciliùs tibi diligentiam geminata scripta sollicitent. Dies nostri Muneris tempori admovetur: cui largitas Candidati sola non sufficit, si lautioribus harenarijs deferatur. Inepta est enim munificentia, quæ præstatur *a* indignis. Quapropter quæso te, ut venatorum potissimos, auctoritate Iudicis & fratris amore, concedas; multum rebus omnibus additurus, quas civium voluptati animoso impendio præparamus. Vale.

a Sic Lect. & Ed. Sch. ex Mss.

EPIST. LX.

SYMMACHUS PATERNO.

OMNES qui tuo aditu cupiunt sublevari, non cassam, quantum arbitror, capessunt viam ineundæ gratiæ, cùm me adstipulatore nituntur. Horum unus vir probabilis Turasius familiaris meus, qui indictæ sibi litis injuriam fortunæ imputat: gratiam verò boni reditûs de tuo potissimùm sperat auxilio. Tuere igitur æqua poscentem, & humanitatis tuæ latiùs extende famam; quæ incrementis maximis cumulabitur, si Turasio per te secunda successerint. Vale.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS PATERNO.

RELIGIO postulavit, ut scriberem, præsertim quum hortaretur familiaris occasio. Nam homo tuus tabellarium se mihi obtulit; cui nihil litterarum dare, summam piaculi esse perspexi. Valere igitur te opto, me nuncio; & vicissim peto, ut nos sospitatis tuæ indicijs munereris.

Vale.

EPIST.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS PATERNO.

QVÆSTORES Ordinis noſtri numquam ferarum ſuarum portorium contulerunt. Grave enim majoribus viſum eſt, ut tolerantibus onera Senatoriæ dignitatis, ſumptus immodicus adderetur. Hæc mihi proximè, *a* cùm gladiatorium Munus inſtruerem, magis populi Romani, quàm meo nomine prærogativa delata eſt. Nùc à fratre meo Cynegio VC. Quæſtorio Cãdidato quinquageſimę vectigal exigitur, quod ſolos urſorum negociatores, utpote quæſtui ſervientes, oportet agnoſcere. Cuius injuriæ *b* affectatio tuum moderamen expectat. Reſiſte, quæſo te, publicanorum cupiditati, & damna Collegarum recide. Ad geminam tuam gratiam res iſta proficiet; ſi privilegio honoraveris Senatum, levamine juveris Candidatos. Vale.

a Sic ex v. c. Lect. Ed. Sch.

b Ita Lect. ed. Sch. Ms. Pith.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS PATERNO.

CAUSA amici ſuaſit ut ſcriberem. Sed fatendum eſt, majorem me curam tuæ exiſtimationis habuiſſe. Nam Minucianus VC. exiguo periclitatur argento. Tibi autem non tenuis ad laudem reſerabitur via, ſi falſis, ut audio, ſyngraphis excitata calumnia cõſederit. Piget dicere, quibus ſtrophis Apparitio Itali ærarij graſſetur. Fertur ſub publici debiti ſpecie privatorum nominum falſa recitari. Invalidos quidem ſtatim vincit impreſſio. Validiores autem cùm munimenta *c* pro ſe juris adſciverint, criminoſis verborum interpretationibus implicantur, ut ad damni patientiam ſeſe invidiæ timore ſubmittant. Sed VC. Minutianus, tui ſecurus & legum, relationis minas amoliri optat examine. Da igitur, oro te, Iudices, quos Vrbanis poteſtatibus Imperialis præfecit electio. Neque enim dignum eſt, ad *d* longiuquam cognitionem vocati

c Sic Ms. Giſ. Ed. Sch.

d Sic Iuret.

cari debitum tenue, & præcipuam dignitatem. Longiùs pergerem, si æquitas vellet multis precibus adjuvari. Causæ genus relatio publicabit: quæ etsi errorem tuebitur Cognitoris: nonnunquam tamen poterit emereri, ut illi à te sine alio disceptatore credatur. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS PATERNO.

OSTENTATOR mei in te studij esse non debeo. Officia quippe ex debito religionis profecta jactationem recusant. Quin immò uberis gratiæ instar accepi, quòd amicitiæ meæ VC. Scipio, te mystagogo usus, accessit. Maximum enim lucrum est, quærere familiaritatem bonorum. Et sanè spero ipsum quoque in omnibus nostris diligentem futurum, postquam cognoverit suorum relatu, quod negocio eius cura nostra contulerit. Vale.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS PATERNO.

QUADRAGESIMÆ portorium [a sive vectigal] non recte poscitur à Senatorib⁹ Candidatis: quia nostri Ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet. Hoc tibi etiam pro Cynegio VC. dudum missis litteris indicavi. Nunc filij mei Pompeiani clarissimi & optimi juvenis par necessitas depoposcit, ut repeterem postulatum. Quæso igitur, ut humanitatem, quæ inter virtutes tuas prima est, nostri Ordinis Editorib⁹ dignanter impertias; & ursorum transvectionem cupiditati mancipium subtrahas. Perveniet beneficij istius gratia & ad Senatum, qui levatur incommodis, & ad populum, cuius voluptatibus præstatur immunitas, Vale.

a *Hoc de glossa sa esse suspicor.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS PATERNO.

AMPELII illustris memoriæ viri necessitudines, a incessuntur lite privatâ. Non *a* putes solâ parentis recordatione curam pro illis nostram moveri. Externos quoque, & memorati viri nescios, causæ urit indignitas. Cuius breviter, ut possum, *b* fastigia & capita contingam. Ampelius de summatibus quondam Senatûs, quem famæ celebritate didicisti, domunculam Romæ de Posthumio VC. Porppyriæ hærede mercatus est. Contractûs istius origo justa: ætas propè secularis, quâ intentata possessio est. Nunc nuper veterator *c* quidam procuratorio nomine caput extulit, Eusebijex Notario VC. quassans vetustam petitionem de impetratis olim Theodosij cuiusdam bonis, quibus hoc prædium mentitur hæsisse. Theodosio & Porphyriæ nulla rationum societas fuit, nulla coniunctio facultatum. Res in judicio urbano, & à petitore cœpta, & ipso fugiente finita est. Denuò *d* cineres negocij obreptivâ supplicatione refovet in flammam; & per diffidentiam justi, divinæ domûs pro se attrahit actiones, ob inquisitionem videlicet mobilium, quibus nihil commune est cum prædio. Pervestigat ista lẽgum ordine Rector privati ærarij: prædium dominos relinquat Judici suo. Duplex itaque causa est, divisa rerum vocabulis, actione discrepans, origine non cohærens, separata personis. Neque mobile emit Ampelius, neque domum fiscus incessit. Cur procuratore alienis invalidam petitionem, publicis viribus juvat? Cum fratre nostro Sperchio illustri viro quæso ista communices. Est æqui servantissimus & qui libentiùs communi juri credat, quam potestati suæ faveat. Scit enim leges honoribus esse potiores. Confido cùm suppressa cognoverit, elicitis non defuturam correctionem. Si quæret, cur ad eum super hoc nihil scripserim; respondeas oro, nondum factâ inter nos stili consuetudine veritum

esse

a *Ita ex Ms. Pith. Lect.*

b *Vide infr. lib. 7. Ep. 18.*

c *Sic Lect. & Ed. Sch.*

d *Ita Ms. Cuiac & Ed. Sch.*

esse *a* me, ne quid à principio viderer arguere. Dabit mihi causæ huius emendatio, sermocinandi cum eo materiam lætiorem: gratiarum actio auspicium litteris meis faciet. Non expectabo ultrà, ut alloquij sui fiduciam præstet hærenti: ad omne officium justitia eius hortabitur. Vale.

a Ita Lect.

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS OLYBRIO ET PROBINO.

IUVENALIS *b* industriæ est, excire saltibus feras, & liberalia studia sylvestri voluptate distinguere. Sic olim Marsus impiger, & fortis Sabellus robur habuerunt. Nostris annis parta proficiant. Et huius indulgentiæ in quibus avibus exemplum, ut nutrimenta senescentibus ætas prima viciſſim comportet. Sed nondum convenit valetudini meæ uti ferinis visceribus: nec tamen gratiam muneris vestri minuit apud me necessitas parsimoniæ. Nam etsi utendi abstinentia sanitati consulit; honor tamen muneris animo satisfecit. Valete.

b Alij Iuvenilis.

EPIST. LXVIII.

SYMMACHUS OLYBRIO ET PROBINO.

SUPPETERE vobis plenam roboris valetudinem, ferarū indago testatur. Hæc igitur prima mihi de vobis gaudij causa est, quòd rusticis voluptatibus sanitatem juvatis. Secundus lætitiæ gradus est, venatu capta meruisse. Nam ut honori Numinum datur, cornua sacrare cervorum, & aprinos dentes liminibus affigere: ita amicorum cultui dedicantur libamenta sylvarum. Interea recuso sententiam, quæ rem venaticam servile ducit officium. Statuerit hoc scriptor stilo tantum probandus: nam morum eius damna non sinunt, ut ab illo agēdæ vitæ petatur auctoritas. Vos malo cū Atilio rusticari, & ludū *c* virium sequi, quàm bonis *d* verbis deduci, ad instituta desidię. Certè æratibus

c Ms. Vatic. l. turium.

d Idem Ms. b. urbis. optimè ut rumq.

vestris hic labor convenit. Distinguenda est lectio juvenum, non alveolo, aut pilâ, nec trocho Attico, vel Græcis palæstris; sed alacri fatigatione, & innocenti audaciæ gaudijs. Ad hæc etiam meum Symmachum si subcreverit, quamquam unicum, cohortabor. Erit olim tempus, quo renunciare annis graves huic operi debeatis. Tunc servile munus jure habeatur curare nandi. Famulatus est enim quidam, si cedentibus viribus recusemus uti laborum vacatione, quam nobis præstat senectus. Valete.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS OLYBRIO ET PROBINO.

COMMENDASTIS vetus judicium meũ, quieadem de littoris Formiani gratiâ & salubritate sentitis. Parcè antehac oræ illius bona transitus vester degustaverat. Ea nunc pensiùs per moram cognita amari à vobis usu longiore meruerunt. Ferò ægrè tanquam vestri cupiens, quòd procul degitis, & desiderio in vos meo indico patientiam. At si fors votis effectum secundet; opto in illo sinu agitare vobiscum, quod restat ætatis; ut & locus mihi præstet valetudinem, & vos animi voluptatem. Valete.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS OLYBRIO ET PROBINO.

ADITUM mihi ad scribendum serò reseratis. Vos enim oportuit inchoare libamina litterarũ: quia ad peregrina discedit, alternandis epistolis præstet auspicium. Ergò absolutus observantiæ religione, & nunc vobis vicem salutationis repẽdo, & in reliquum, si fors obtulerit commeantes, assiduitatem spondeo familiarium paginarum: ut vobis possit liquere, non meâ culpâ, sed vestrâ morâ me siluisse. Valete.

EPIST.

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS OLYBRIO ET PROBINO.

SERMONIS vestri assiduitate delector, & abundè ex eo munere usurpo lætitiam Quod enim vel vestri animi specimen, vel mei desiderij solamen potest esse clarius, quàm ut apud me in dies singulos meritorum vestrorum cultus augescat? Amicitia enim quæ celebratur officijs, numquam certo fine contenta est. Atq; ideò decet vos in deferendis alloquijs effici prōptiores, quum ad solvendam vicissitudinem non probetis immemorem. Valete.

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS LICINIO.

REGILIANI amici mei filius, & ipse suæ honestatis intuitu probatus, dudum tibi litteras meas, quibus commendaretur, exhibuit. Et ideò secundæ adstipulationis auxilium, utpote jam cognitus, non requirit. Mei igitut studij ratio, & consuetudo exegit, ut scriberem. Neque enim fas est, quamuis jampridem ipse dissimules, me quoque huiusmodi officijs abstinere. Spero enim, quod sponte amicitiæ tribui solet, saltim assiduitati meæ esse referendum. Vale.

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS LICINIO.

CUM *a* ad proxima urbi digrederer, scribendis ad te litteris abstinere non debui, ut te observantiâ prisci moris absolverem. Nam vetere instituto hic usus increbuit, ut ingressi iter, prælibent primitias scriptionis. Quare familiaris officij invitatus auspicio, fraternam religionem, quam mihi semper mente exhibes, assiduo sermone testare. Vale.

a *Ita optimè ex Mss. Gif. correxit Sc. ut lib. 6. Ep. 8.* ad proxima urbi prædia.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS LICINIO.

a *Sic Edit. Sc. ex Mss. Besf. Fuld. Vatic.*

OCTAVO demùm die *a* multas eluctatus itineris difficultates larem patrium salutavi. Continuò, ut amicitia postulabat, convenit me recordatio mandatorum tuorum. Nam discedēti injunxeras, ut negocium lectissimorum juvenum Ticiani atque Helpidij fidâ exploratione disquirerem. Quorum præceptor vir prudens & nescius gratificationis adseruit, esse in illis scientiam juris idoneam tuis in omnes usus judiciarij & forensis officij. Nunc tuum est optimos juvenes advocare, quorum indolem militiæ honoribus jam paratam non debet ulteriùs procrastinatæ cunctatio. Vale.

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS LICINIO.

PROMPTE favendum est honesta cupientibus, ut probabiles voluntates alieno etiam juventur adnisu. Quapropter opis indigum esse non patior Felicem sanctissimum juvenem ad electiora tendentem: qui ubi urbani fori dissensiones, utpote mitis ingenij, exhorruit, modestiori causidicinæ dare nomen affectat; quem meus quoque hortatus animavit. Spopondi enim bonæ indoli, & moribus defæcatis, nequaquam defore tuæ mentis auxilium. Ergò exoratus ac facilis non ut transfugam sedis alterius, sed ut affectatorem fori quietioris amplectere; qui tibi *b* tuisque beneficijs debebit, quicquid officio, bonæ fortunæ aut commoditatis accesserit. Vale.

b *supplet Ms. Pith. & Sc.*

EPIST. LXXVI.

SYMMACHUS LICINIO.

c *Sic Lect. Ed. Sc.*

BONOS o optime vir, & post militiam palatinam *c* geminæ administrationis integritate conspicuo, discussionem pontis ac basilicę novæ præceptio Augusta

gusta mandavit: quod munus fide & vigilantiâ posset implere, si solus istiusmodi examinis jus haberet. Nunc Cyriades CV. Comes & mechanicus, qui dudũ impensas operis *a* utriusque tractavit, in societatem discussionis admissus, sæpè, ut dicitur, à Bonosi investigatione dissensit. Hinc fit, ut inquisitio, quæ per unum strenuè posset agitari, artificio quodam interpositi certaminis differatur. Atque ideò metuit vir honestus Bonosus, ne sibi invidiæ sit, quòd tanti negocij adhuc nutat effectus. Quapropter orat, ut si quis est qui VC. Cyriadem putat eius operis, quod idem antè curavit, etiam discussorem esse debere, si hæc molestia detrahatur. Si verò ipse negotio videtur adcommdus, ad se unum disquisitionis summa pertineat. Ergò amore Reipub. cuius utilitates inter *b* præcipua & prima complecteris, clarissimo & illustri viro Præfecto dignare conferre; quatenus lacuna tantorum sumptuum remotis *c* contentionibus, detegatur. Sperò enim fore, ut cessantibus novis expensionibus, utriusque operis perfectioni usurpatorum summa sufficiat. Vale.

a h.e. *Pontis & basilicæ.*

b *Sic Ms. Cuiac.*

c *Ita Ms. Pith. & Lect.*

EPIST. LXXVII.

SYMMACHUS LICINIO.

LONGÙM files. Sed ego talis exempli imitator esse non debeo. Quare in *d* officium primus erupi, teque religiosâ admonitione convenio: ut litterarum munus, quod *e* spontè amicitiæ nostræ deferre debueras, saltim provocatus exsolvas. Vale.

d *Ita Lect.*

e *Ista sic supplevit ex Ms. Iur.*

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS HELPIDIO.

QUÆRIS ut valeam, vel quid rerum geram. Respondeo per contationi tuæ ex amore venienti. Agri quiete delector. Hæc mihi aëris præstabit salubritatem, & pabulũ lectionis. Sæpè oculos pasco culturis,

quas hyberna exercet operatio. Tibi & secundare valetudinem, & memoriam nostræ amicitię superesse amplissimè gratulor. Silentij verò mei non est justa causatio. Nihil enim quod scriberem suppetebat: simulque occupato tibi auditione causarum verebar obstrepere, ne multis negotijs onus adderet loquacitas ociosi. Vale

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS HELPIDIO.

PRÆSENTIAM tuam spero. Neque enim soles promissa deserere. Sed frequens fama est, Prætorianas litteras obstare dispositis. Quare ne hæream diu expectationis incertus; confirmari scriptis recentioribus volo: ut sciam moræ esse pretium, si affuturus es: aut solvar manendi fastidio, si teneris. Vale.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS HELPIDIO.

PROSEQUOR litteris civem amicumque communem; cuius bona, quia judicio tuo nota sunt, non requirunt assertionem. Meritò mihi de eo apud scientem facilis sermo, & brevis est. Admoneo tamen, ut in gratiam meam valdiùs diligatur, meique apud te curam vigere documento aucti circa se amoris intelligat. Vale.

EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS HELPIDIO.

CUM sæpè occasionibus ad scribendum utar incognitis, committi in amicitiam puto, si domesticis videar abstinere. Libens igitur Aërio honestissimo viro cultori tuo nunciam suspiratis meæ paginam dedi, cui honorificentiam salutationis adiungo: quæ sola, & cùm dicitur, & cùm vicissim refertur, munia familiaris explet officij. Vale.

EPIST.

EPIST. LXXXII.

SYMMACHUS HELPIDIO.

PLENUM religionis officium est, quòd sponte votum fratris antevenis. Proximè igitur familiares nostri ad equorum coemptionem cum pretijs commeabunt, ut ex omnibus quadrigis, quas scripsisti esse venales præstantiores cursu & genere pollentes decoret electio. Hæc autem tibi cura sumenda est, ut præteritis Editionibus nostris recens ludorum fama respondeat. In primis igitur hanc de te gratiam peto, ne magis numerum, quàm merita perpendas. Nam cùm de Hispanijs copiam equorum spes certa mihi promittat, hos quos de proximo polliceris, securior diligentia debet *a* excerpere. Vale.

a *Sic Ms. Pith. Ed Sch.* h.e *deflorare, eligere, edecumare. Alij:* excernere.

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS HELPIDIO.

CURAM nostram Senatoriæ functiones ad votiva sollicitant. Præturam quippe filij mei, si fors dictum iuver, proximus annus expectat: cuius instruendi causâ amicis nostris negocium dedimus, ut equos ex Hispaniâ electissimæ nobilitatis edecument. Experiantur igitur suffragium tuum, si quid opis & favoris oraverint. Decet enim te pro amore mutuo mecum curanda partiri. Vale.

EPIST. LXXXIV.

SYMMACHUS HELPIDIO.

SILENTIUM meum etiam ipse reprehenderem, si tuas litteras aliquando sumpsissem. Itaque in altero arguere non potes, quòd à te admissum meministi. Ego tamen in hæc officia primus erupi, ut & te ad scribendi studium cohortarer, & amicum meum testimonij adstipulatione prosequerer. Est enim eius industriæ atque probitatis, ut favorem tuum jure mereatur. Pro quo ego petitor accedo, præsumens apud ani-

mum tuũ noſtras litteras plurimùm profuturas. Vale.

EPIST. LXXXV.

SYMMACHUS HELPIDIO.

a *Ms. Pith.*

b *Ms. Pith.* auchoritate.

QUÒD epiſtolas meas condis, amoris eſt tui; qui deſcribenda neſcit *a* eligere. Sed me fucus hic decipit Nam præcipitor ad ſcribendi fiduciam, placendi *b* ſecuritate: & tamen (ſi quando reſipiſco) nimis vereor, ne iſta ſimplicitas incidat in lectorem alterum, tibi diſparem. Quare velim tibi habeas, quæ incogitata proferimus: licet eadem mei quoque librarij ſervare dicantur. Sed illi per ignorantiam examinis; quod te facere non oportet Mercurialis artis peritum. Nam mediocribus ſcriptis amicorum benignitas ſcit favere, alienorum invidia neſcit ignoſcere. Quod ſupereſt, oro jam venias, & præſentiâ tuâ honorem augeas feſtorum dierum. Nempè Minervæ tibi ſolemne de ſcholis notum eſt, ut ferè memores ſumus ſetiam procedente ævo puerilium feriarium. Ad eum diem convictum tibi paramus, agreſtibus holuſculis *c* partum, quia luxuries offendit Deam ſobriam. Vale.

c *Ms Pith.* paſum

EPIST. LXXXVI.

SYMMACHUS HELPIDIO.

INSIDIARIS infantiæ meæ, quam tego ſilentij verecundiâ. Nam ad elicienda reſponſa, venturum, ſi adnuã, polliceris; cùm tibi facere de proximo, quàm ſpondere promptius fuerit. Mihi verò adipiſci gratum, ſperare prolixum eſt. Et tamen voluntati tuæ pareo: nec vereor, ne temerè a me effuſa verba in paginis librarij tui referas. Nam ſi quid horum, quæ apud te incurioſiùs loquor, cuipiam lectori nauſeam moverit; *d* non tam in ſcribendo negligentia mea, quàm tua in deſcribendo diligentia diſplicebit. Vale.

d *Sic reſtituẽdum plenius ex Mss. Gif. Fuld. Ed. Sch.*

EPIST LXXXVII.

SYMMACHUS HELPIDIO

NOSTRORUM duritiam ferre non poſſumus, qui cùm

cùm reliqua superiora non exsolverint etiam pensionem proximi anni ferre detrectant. Idcirco quæso, ut cum homine meo, quem ad exactionem titulorum misi, curam communicare digneris, & religiosam operam libenter adripias. Grave est enim nos quidem pro agris nostris functionibus publicis esse munificos: a actores autem locorum, ne id quidem velle redhibere, quod sciunt per annos singulos esse solvendum. Vale.

a *Ms. Gif.* Actores: h e. *Redemptores & coloni.*

EPIST. LXXXVIII.

SYMMACHUS HELPIDIO.

NULLUM tempus esse patior ab officio feriarum. Meritò properanti tabellario cursim debita verba commisi; quibus quæso referendæ vicissitudinis curam capessas: licèt malim jam tuo reditu, quàm scriptorum honore lætari. Vale.

EPIST. LXXXIX.

SAMMACHUS HELPIDIO.

NON ex officij *b* parcitate amicorum religio & cura pendenda est. Plerumque enim scribendi cupidis defit occasio; nec tamen amicitiæ memoria tẽporali silentio consenescit. Itaq; quod hucusque conticui, voluntati non debet ascribi: multa enim studium nostrum fortuita impedimenta frenarunt. Sed ubi tẽpestivam comperi facultatem, contuli in has literas mei circa te propositi atque amoris indicium; compensaturus, quod hactenus silui, frequentiâ paginarũ, si me incẽtivo quodã nutui sermonis animaveris. Vale.

b *Alij* raritate.

EPIST. XC.

SYMMACHUS HELPIDIO.

ATTENTATAM denuò valetudinem tuam meorum cura suggessit. Quare sollicitatus incertis emittere scripta non distuli; quibus ut de te læta respondeant, præstabit divina miseratio. Erit muneris tui, ut ocio meo securitatem sanitatis adjicias. Vale

EPIST.

EPIST. XCI.

SYMMACHUS HELPIDIO.

ET rebus & litteris partes religionis exsequeris. Nã hominibus meis adminicula favoris impendis, & me sermonis tui honore participas. Ago igitur atque habeo gratias, daturus operam, ne officij nostris vicissitudo unquam dissimilis judicetur. Vale.

EPIST. XCII.

SYMMACHUS HELPIDIO.

CUM ad filium meum scriberes, solum me stili honore fraudasti. Potui te silentij talione mordere, sed amicorum negligentiæ numquam parem repono contemptum. Atque utinam redditæ filio meo litteræ nihil asperitatis ex conventione fraterni debiti habuissent. Ego quoque mihi nequaquam viderer omissus. Nunc duo pariter acciderunt, ut me & honor officij præteriret, & participata cum filio amaritudo percelleret. Vale.

EPIST. XCIII.

SYMMACHUS HELPIDIO.

FORMIANUM littus accessimus. Hinc Puteolos mox petemus. Graveest enim sub auribus Judicis Baiarum appetentiam confiteri. Habes ordinem propositi mei. Ipse memento promissi, quo te ob causas publicas peregrinationis meæ fore solatium spopondisti. Vale.

EPIST. XCIV.

SYMMACHUS HELPDIO.

ROMAM regressus, post legationis officium, sumsi litteras tuas, quibus patriæ communi largas rei annonatiæ copias polliceris. Itaque gemino adfectus gaudio, & quasi civis publicâ securitate, & facti tui gloriâ quasi frater superexsulto, teque ad hoc studium reli-

religiosâ exhortatione dissimulo; licet bona voluntas, quæ ex ingenio venit, non sit agitanda calcaribus. Ego lectioni sermonis tui civium nostrorum curam levavi. Neque enim silere debuit tam laudabilis, & certa promissio. Supereſt, ut proposito religionis tuæ melior aspiret eventus, & in posterum competens decus pro tanto in patriam labore respondeat Vale.

EPIST. XCV.

SYMMACHUS HELPIDIO.

MEDIOLANUM sum missus à Patribus ad exonerandam *a* divini Principis opem, quam cõmunis Patriæ sollicitudo poscebat. Cekerem mihi reditum præfata Dei venia res prosperæ pollicentur. Sed præsentiâ lætâ cumulabis, si per litteras mihi cognitio tuæ salutis accesserit. Vale.

a Sic Ms. Pith

EPIST. XCVI.

SYMMACHUS HELPIDIO.

ROMAM rediſſe me nuncio. Atque utinam sanitatis quoque meæ index esse potuissem, quam labefactavit peregrinationis iniuria & hyemalis asperitas. Sed otio redditus spero meliora. Ipse ut valeas divina præstabunt. Nam ut homines meos solito favore tuearis, postulare non debeo; quum incitamentum spontanea officia non requirant. Vale.

EPIST. XCVII.

SYMMACHUS HELPIDIO.

MALUERIM quidem tuum solamen adipisci, *b* quia litteris secundus ad gratiam locus est. Decretio tui scripturorum compensatio satisfecit, maximeque juvit animum, quòd tecum bonam valetudinem rediisse in gratiam nunciasti. Ipse Formijs adhuc residere constitui, ut mitigatis autumni æstibus ad suburbana concedam. Neque enim tempotis ratio patitur, ut communem patriam mœstus ingrediar. Vale.

b Ita Mercer. Ed. Sch. ex Ms.

EPIST.

EPIST. XCVIII.

SYMMACHVS HELPIDIO.

SI conditio temporis sineret, votis me tuis etiam non rogatus ingererem. Quâ in re certus animi mei, assertionem verborum, sicuti arbitror, non requiris. Nunc fortunæ meæ qualitas intantum nos, à festivis excusat officiis, ut insuper solatia deposcat aliena. Ergo quia in manu meâ interim non est frequentare lætos conventus; tuæ opis erit levare mœrentem. Quorsum istud inquies? ut fratrem meum Florentinum, clarissimum atque ornatissimum virum, peregrinationi meæ cohærere patiaris. Tantum peto, ut ab eo *a* interpreteris impendi ex hac commoratione, quam mihi tribuit, quantum ex eius præsentiâ voluptatis habuisses.

Vale.

a *Ms. Pith.* mihi precetis. *Vide supr. lib. 5 epist. 63. & lib. 6. epist. 77. & lib. 7. Ep. 17.*

Q. AV-

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER VI.*

* Editus post eius obitū à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DE rebus liquidis atque manifestis rectiùs natura, quàm fama consulitur. Ergo in tenui Patriæ victu, superioris providentiæ laudem *a* refotam non ex ore multitudinis, sed ex ratione humani ingenij colligamus. Necesse est enim seros æstimatores beneficiorum, cum succedant angustiæ copijs, dissimulatam gratiam collatione sentire. Et plebes quidem nostra paucorum studijs autehac in odium tanti civis subacta, testatur propalàm pœnitendi correctionem. Collegarum verò notissimus pervicax *b* livor non sinit fateri, quod cogit veritas judicare. Quare tacito afficiuntur rubore, & convictorum similes de vobis proferre nequeunt, quæ sentire coguntur. Sed hæc longiùs exsequi non est necesse. Sufficit enim redijsse ad conciliationem famæ vestræ publicum testimoniū. *c* Vivat modò, & in patris celebri memoriâ solatium tuum, & in tuâ salute paterna reparatio. Valete.

a *Sic Ms. Gifan. Alij* referam: *&* referam *ex Ms. Cuiac. & Pith. Item* collegarum, *omisso* huma ni.

b *Sic Mss. Pith.*

c *Ita Ms. Pith Lect. Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. II.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

HILARATUS est mihi dies litteris vestris, & festivitatem natalitiam domus nostræ desideratum sermo geminavit. Sed decursâ paginæ lectione corrugavit mihi frontem adjectâ subscriptio, quæ vos de peculio Petroniæ agitari jurgijs indicavit. Arbitror tamen, si Marcianæ sororis vestræ non sit *a* clauda promissio, successionis ambiguum domesticè posse removeri, cùm ad examen meum quod ipsa delegit, documenta negocij miseritis. Quæ autem capita quæstionum pars adversa commoveat, subditâ enumeratione signavi, ut sancta unanimitas vestra informata oppositis, invicè pro se respondenda meditetur. Valete.

a *Ita Ms. Beß & Merc.*

EPIST. III.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PRÆFATO opus est, si ardua postulentur: pronis ac facilibus admoveri ambitum non oportet. Breviter igitur & strictim quid frater meus Fulvius de vobis favoris poscat, advertite. Sororem Pompejani olim viro maturam, te auspice in manum optat accipere, nec genere minor, & re fortassis *b* superior. Nam laudabiles vitæ eius artes, & ex bonorum amicitijs spes secundas inter sponsalia ornamenta non numero. Sibi enim quisque habet quicquid spei & laudi ducitur. Mihi autem tanta est perficiendæ conjunctionis huius antiquitas, ut in gravi dono habiturus sim, si illius votis cura vestra profuerit. Quum igitur res inceptu honesta, effectu facilis postuletur: quæso ut in promovendo negocio *c* quantam me velle conijcitis, adhibeatis industriam.

Valete.

b *Ita ex Ms. Gisan. alij uberior,*

c *Sic Lect. Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. IV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

AEGRITUDINEM, quam dexteræ manus dolore sustineo, nunciorum acerbitate duplicastis. Acrior autem cura me distringit, quòd scio filiæ meæ ciborum & potuum continentiam non posse suaderi. Anxius igitur vulnere animi, & corporis morbo, usque ad subscribendi possibilitatem litteras differre non potui: sed dictatione properatâ magis sollicitudini meæ, quàm consuetudini satisfeci. Et primò timorem meum responsis levetis, exoro. Dehinc te, domina filia, precor, saluti adversa declines, & interpellatam totiens valetudinem reparet auxilio temperantiæ. Quia non solùm sanitati commodat, verùmetiam ad testimonium prudentiæ pertinet noxijs abstinere. Valete.

EPIST. V.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SEVERIANUM primorem [a] Cliterninæ urbis à publicâ interpellatione revocavi, ne sancto amico nostro Severo invidiæ aliquid conquestio eius adferret. Promisi autem mediâ unanimitate tuâ, decus nostrum, & quid inter eos concertationis est, posse finiri. Atque ideò quæso, ut viro optimo Severo terminando apud te litis auctor esse digneris. Vale.

[a] *Ita Lect. ex Strabone.* Cliterna *oppidulũ haud procul Româ.*

EPIST. VI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

TANQUAM adhuc negociorum vestrorum nescij agendis rebus formulas præfinitis. At ego unanimitati vestræ utriusque exitum causæ jampridem retexui, & credo in manus vestras per milites Vicarianos delata, quæ scripseram. Meritò enarrata & comperta non repeto. Hoc solùm etiam nunc notitiæ vestræ ostentationis pudore subtraxeram, mississe me

a Ita supplēdum ex Ms. Cuiac.

a necessarias litteras, quibus amici de tutoris fraudib. instruantur. Et puto, si fors inceptum juvet, decernendum aliquid, quo frangatur obnoxius. Quòd verò ire ad proxima urbi prædia distulistis, quàquam vestri cupientissimus, improbare non possum. Allegatis enim piam causam morarum, atque ideò *b* desiderio meo necessitatem religiosæ affectationis antefero: *c* haud scio an morantibus vobis aliqua iuvitatio nos potiùs in Campaniam possit educere. Sed hoc relinquatur eventui. Nos interim mutua desideria scriptione foveamus. Solatijs enim leniendus est animus, quotiens protelantur optata. Vale.

b Sic idem Ms. Cuiac.

c Ita ex vestigijs Ms. Gif. leg.

EPIST. VII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

TABURNIUS evocatum me non siluit; & fortasse miremini, nihil super eâ re meis paginis indicatum. Sed *d* quia multis ac necessarijs causis domi manere decreveram; inanis esse operæ judicavi, irrita ad vos, *e* & dissimulata perferre. Credo autem sanctæ unanimitati vestræ incomperta nō esse, quæ me *f* peregrinandi consilio retraxerunt. Nam & fractam valetudinem meam nostis, & unici mei solitudinem contemplamini, & eruptiones fluminum usque ad metum diluvij comperistis. Pontium quoque ruinas, & montium labes apud vos, ut arbitror, fama non tacuit. Ex quo factum est, ut cæteri quoque veniam postularēt, quos similis accitus exciverat, præter Arcentium & Evangelum: quorum alterum vigor adolescentiæ, alterum incautus animus objecit incertis. Intelligo vos profectione hominis non amici posse terreri. Sed ut scrupulum hunc rejiciatis admoneo. Nam & meis litteris multa curata sunt; & proficiscentibus datum negocium est, ut æmuli obtrectatio repellatur. Quare curarum vacui agite otium, neque ut facere dignamini, scriptorum assiduitate refovete. Vale.

d Sic Mss. Cuiac. Pith. Ed. Sch.

e Ita Lect. Ed. Sch.

f Sic supplet Ms. Pith. Ed. Sch.

EPIST

EPIST. VIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

REDDITÆ sunt nobis literæ vestræ, cùm in Hostienſi *a* die ſeptimo degeremus. Et illicò per illuſtrem virum Vicarium petitu meo Actorum proceſſit editio. Sed puer veſter, inconſultis atque ignorantibus nobis, urbe diſceſſit, ut eſt ſervis familiaris improbitas. Veſtrâ in manu eſt, utrum hoc inultum patiamini. Interea filiam meam jactari inſtaurato languore, non ſiluit. Cujus nuncij vulnus altè inſedit pectori meo, nec abolebitur metus, niſi mutuâ ſcriptione fidem ſanitatis eius accepero. Facite igitur oro vos, ut formidinem meam ſecuritas protinus reportata commutet. Valete.

a *Proba hîc conjectura Sciopij. Scil:* prædio. *Sic Cicero:* in Cumano.

EPIST. IX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

FRATER meus Cenſorinus de confinio Bajanorum Prætoriorum conqueſtionem tentat iterare, quam didicit inter me, & actores filij mei Pompeiani dudum eſſe finitam. Adhibiti namque inſpectatores muro qui inter ædes à ſummo monte deſcendit, dividi loca noſtra dixerunt: quorum judiciũ novus poſſeſſor credit poſſe reſcindi. Quæſo igitur adhibito Felice amico noſtro, & Caſtore, veri arbiter eſſe digneris, *b* & ut ſanctitate tuâ coram locatâ inanis attentatio comprimatur. Dehinc cum fratri, meo Cenſorino ſatisfecerit præteritæ judicationis aſſertio, tunc operi eius, & molitionibus novis decem tantùm pedum ultra ædificia ſua permittatur adiectio: ita ut partium fines, & placito comprehenſus adſenſus, & conſtructio interiecta diſcriminet. Vale.

b *Sic Lect.*

EPIST. X.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

ROGATOS nos eſſe audio ad officiũ Cõſulare. Mihi qui-

quiescere & domi manere sententia est, post anni superioris laborem. Ipse quid statuas, altiùs cogita, & sapienter expende. Præsumo autem eos, qui dicuntur aciti auctoritate præcelsi viri, edecumatos esse, & his unanimitatem tuam consultò esse sociatam; ut ad agenda gratias sub occasione officij Consularis excurras. Verendum autem est, ne si excusandum putaveris, proximi rescripti impetratione videaris offensus. Et fortasse, quantùm de incertis sperare fas est, error iste, cùm fœliciter adfueris, corrigetur. Hispanum non competi rogatum esse. Considera igitur eventum utriusq; partis. Ego denuò nunciabo, si quid super hoc novæ cognitionis accesserit. Vale.

EPIST. XI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

a *Sic legendũ tenore sequentium. Lect.*

MULTA mihi ad vos scribenti pauca respondes, & molestè fero mandatorum *a* nostrorum calere principia usq; ad sollicitudinem meam, mora autem per silentium frigere processus. Fortasse quæratis, quid etiam nunc referri innocentiam meam postulem. Capuanæ domûs pretium scripseram cum venditore decisum. Nihil de eius confirmatione rescribitis. Samniticæ possessionis reformatio & vindicta mandata est. Tantùm vacuatos dotibus agros serò docuistis. Adhuc tamen nescio, quid exhibitio injuncta profecerit, cuius me expectatio rus ire non patitur. Vereor enim ne, quod sæpè factũm est, clandestina aliquid tenter obreptio. Quare aut instruite: quid superfit negocijs explicandis; aut si res in vado sint, viam mihi usurpandæ secessionis aperite. Cum fratre meo Censorino non molestè fero sub quolibet dispendio nostro de littoralibus spatijs judicatum. Restat ut interiectu muri Prætoria dividantur, ne cessante indicio judicationis, rursus vicinæ angustiæ in alios sese terminos nitantur extendere.

Valete.

EPIST.

EPIST. XII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

AMICI litteris delectatus sum, quarum me lectorem esse voluisti, & velim credas, nihil eum de usurpandi animi remissione mentitum. Mihi vir illustris Judex Prætorianus, ob conlationem Senatûs, & alia remedia urbis Augustæ denunciavit offensas; contristatus, ut asserit, Curione, *a* quod Præfectus urbi ludorum Imperialium die, cùm à Senatu *b* caro nobis præsentibus poscceretur, oblationem communem populo publicavit. Hæc omnia ad destruendam promissorum suorum gloriam composita suspicatur, & in me solùm, quia hoc referentibus placet, vertit invidiam. Respondi, ut potui dignitate servatâ, eius calori. Et quantum legati Orientales asserunt, quibus ipse scriptorum meorum fecit indicium, cunctis responsa nostra placuerunt. Sed ne ratione & auctoritate victus fileret, molliores posteà litteras misit, parem querimoniam continentes. Horum tibi omnium tradetur exemplar, ut noveris quibus fluctibns perstrepamur. In negotio autem sanctæ unanimitatis vestræ, quod præceptio iterata commovit, consilio trahendæ solutionis utendum est; & pars, quæ ad germanum tuum pertinet, subjicienda *c* auctioni: ut huiusmodi injuriâ factum juvenis exaggeret, aut expleat voluntatem. Sed scire desidero, quæ potissimùm prædia ad jus sancti fratris tui pro parte pertineant: ne per ignorantiam, juris tui corpora Apparitionis error attrectet. Fratrem vestrum Romæ tantisper tenebo, quoniam subsidia annonæ in dies viginti oblatio prorogavit. Molestè igitur filia mea ferrenon debet, si jumenta itineri eius deputata tardavero. Cætera Cumazon filius meus, vel quærentibus vobis, vel sponte narrabit. De legatione mittendâ ob angustias frumentariæ rei, usque ad reditum viri excellentissimi Comitis tractatus publicus differetur. Consilium sanctitatis tuæ salubre mihi

a *Ita Mercer.*
b *Sic Iuret. Ed. Seh.*
c *Lect. & Mercer.*

visum est. Itaque datis ad homines meos litteris, statim jussi ex re nostrâ Apula ad Campaniam frumenta deferri. Vale.

EPIST. XIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

ASSIDUITAS epistolarum superiorum scribenda consumpsit. Sola nunc supereſt salutationis religiosa generalitas. Et sanè, si qua supperetent paginis persequenda, commeanti rectiùs crederentur. Nunc enim stilo indulgendum est, cùm recipiendis mandatis proficiscentium persona non sufficit. Nunc si quid scitu dignum putabitis, sine nostri sermonis excursu pleniùs à commeante discetis. Valete.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DUBITARE vos video, an Rufini pœnam secuta sit etiam publicatio facultatum. Fides præstò est Imperialibus signata præceptis. Et tamen prædonis annosi merita pendentibus, non fuit ambigendum, quod *a* spolia Orbis desiderarat ærarium. Atque utinam tanto gaudio non obstreperet defectus annonæ, quàm nulla producit novæ frugis accessio. Præterea ipsius sibi qualitas gignit horrorem, corrumpit valetudinem corporum, graviorque est hominibus talis alimonia, quàm pœna jejunij. Solatur inter hæc populum spes frumenti à Patribus oblati, & religiosa optimatium voluntas tenet concordiam civitatis. Nunc votis opus est, ut divina opitulatio invehat commeatus, dum salus civium privatâ conlatione producitur. Valete.

a Sic Ms. Gifan. h.e. *opes Rufini, quæ in fiscum sunt redigenda.*

EPIST. XV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

IN eas angustias communis Patriæ fortuna deducta est, ut extrema vitanda sint, Itaque fratrem vestrum con-

continuò ad vos opto dimittere, cui Basternarios mox præbere dignamini, *a* festinatio eius iumentorum adminiculis juvetur. Cæterùm filiam meam vexari itinere, sicuti antè scripseram, non oportet. Quoniam post incommodum grave, valetudo eius otio & quiete refovenda est. Valete.

a Ita Lect. & Ed. Sc.

EPIST. XVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PRÆVIDI quem metum meæ ægritudinis vobis fama posset incutere: quæ cùm soleat supra verum de absentibus loqui, magnitudinem periculi mei ne fando quidem videtur æquasse. Itaque ubi primùm formare litteras per valetudinem licuit, non distuli lenire apud vos stilo, quæ vulgata crediderat. Et quamvis modificandæ sollicitudini vestræ prior sermo sufficeret; ad fidem tamen securitatis attestatio secunda proficiet. Interea de ordinando reditu facite noverim, quid consilij cœperitis. Fateor enim molliorem me esse affectione post discrimen salutis, nec ulterius posse suadere, ut desiderio meo vestrum otium præferatis. Vale.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

AMICITIA animis non annis æstimatur. Rudis igitur tibi eorum non videatur affectus, quorum in te cultus annosus est. Hic eò spectat, ut noveris Auxentium & Marianum, filios meos pudentissimos juvenes, inter laudatores tuos primore loco censeri; atq; ideò non cognoscendos novo aditu, sed amoris fœdere & religione recolendos. Nunc illis proficiscendi attulit causam medicorum coactu imperata curatio. Nam Stabias ire desiderant, ut reliquias longæ ægritudinis armentali lacte depellant. Sed maiorem judicant in tuo congressu esse medicinam.

Tibi igitur assignabitur eorum sanitas, si remedijs herbarum salubrium fomenta benignitatis adjeceris. Vale.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

CASTORI nostro ad Campaniam revertenti, largiora mandata de domesticis rebus, quàm scripta commisimus. Plura igitur auribus quàm lectione noscetis. Horum pleraque ad statum pertinent patriæ; quam defectu alimentorum graviter laborantem periculosum est inhabitare, impium & crudele deserere. Vale.

EPIST. XIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

GERMANO Taburnio, cui me auxilio esse voluistis, etiam salutis dubius affuissem, si eorum præsentiam fors dedisset, quos ex usu eius oportuit convenire. Satisfaciat igitur unanimitati vestræ animus meus, etiamsi voti efficaciam negavit eventus. Ipse adhuc invalidus, sed jam præfatâ Dei veniâ convalescenti securus hæc scribo; tantoque magis assurgo viribus, quanto mihi celeriorem sanctitatis vestræ reditum spes vicina promittit. Valete.

EPIST. XX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DUDUM sanitatem filiæ meæ integratam esse rescripseras. Mox sequentibus litteris sollicitudini nostræ recidivum aculeum subdidisti. Conflictor igitur nuncio recentiore, quia magis adversa creduntur. Expecto anxiè, ut si quid boni dies attulit, indicetis. In eo autem quòd vos discessus noster excruciat, habitum mentis meæ agnosco: sed adhuc desiderijs mutuis præstat suadere præstantiam, quàm pœnitendum aliquid per imbecillitatem affectionis ordiri.

Mox

Mox cum germanus tuus de proximo, ut ais, speratus affuerit, & felicem vobis, & necessarium reditum dividendæ inter vos communionis causa præstabit. Valete.

EPIST. XXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

FRATRIS mei Entrecij Spectabilis viri liberos impatientia paterni amoris acciverat, quibus properandi causas inopia urbis adiecit. Atque ideò recursum sine justi temporis expectatione moliti sunt. Quapropter dum navigatio intractabilis est, in oris Campaniæ paulisper hærebunt. Sed ne peregrinationis amara sustineant, humanitas vestra præstabit. Quare vicem meam suscipe: ut qui nunc à nobis necessitate divulsi sunt, animum se meum in te reperisse lætentur. Vale.

EPIST. XXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DURA commotio est, quam gignit injuria; sed mollire debet dolorem medicina patientiæ. Nec deest vobis usus adversa tolerandi. Nam crebrò ictum fortunæ ferre didicistis. Quod si in secundis rebus ageretis, jure insolitis malis fœlicitas læderetur. Hæc eò scribo, ut maritum me scias, quòd cõstantiam tuam lis privata mutaverit, quam sub affinium nomine (ut opinio mea est) Bajani lictoris persultator animavit. Sed illi aliud mercedis erit. Causæ autem vestræ propugnaculum judiciale non defuit. Impetratum quippe est ab altero Cognitorum, ne impunè sit, quod designavit Apparitor: ab altero ut hæreditas tua præstetur. Ipsum quoque *a* dominum quæstionis, quum se ab agro receperit, admonebo, ut aut desistat incœpto, aut sibi graviora esse referenda noverit. Hæc de rebus domesticis satis dicta sint. Patriæ verò nostræ inter cætera frumentariæ penuriæ mala, legationis ambitus

a Ita Ms. Bessar.

a *Sic correxit Sch.*

nequiorem *a* facem subdidit. Nam principiò Posthumianum & Pinianum duobus aulę summatibus junxit electio, sub eâ expressione judicij, ut in ipsis solis plena esse legatio diceretur. Interiectis diebus, cùm mandata Ordinis tractatus expenderet, Paulinum illis studia privata junxerunt. Hinc orta certatio usque ad nefarias pugnas me absente processit. Pudet dicere, quæ in se optimates Senatus crimina & maledicta proiecerint. Sed dirimendas partium quæstiones meo dicuntur doluisse judicio. Fors viderit, qui finis causam publicam maneat. Interim Senatûs fama laceratur, & infortunatis etiam crimen accessit. Si in manus meas venerint monumenta Gestorum, legendo noscetis, quæ verborum meorũ verecundia noluit explicare; Valete.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DE BUI litteris abstinere, Spectabili viro filio meo Decio commeante, qui religioni vestrę plura narrabit, quàm posset paginarum textus amplecti. Sed jucunditatem, quam tribuet fraterna præsentia, stilo augere non piguit Idcirco unanimitati vestræ honorem salutationis impertio, ut adventus mei expectatio oris munere mitigetur. Valete.

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SAPRICIUS vir ornatus ac mihi familiaris, diligentiam sanctæ unanimitatis tuæ sine adstipulatore meruisset Sed quia primi aditûs sermo commendat *b* incognitos, facilitatem sibi promerendæ familiaritatis tuæ per me optavit aperiri. Dignum est igitur, ut cupidissimum tui obvio amore suscipias, & amicitiam postulatam non in longi usûs tentamenta procrastines, sed statim pari voluntate desiderio adventantis occurras. Vale.

b *Ita Lect. Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. XXV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

ZENODORUS filius meus nondum te consuetudine propiore cognovit, sed famâ cõciliante jam *a* susceperit. Nam cùm properè Lucanos ac Brutios petat honore cogente, nihilominùs in conspectum tuum flexo itinere gestit excurrere. Hunc in amicitiam tuam tanquam mystagogus induco, atque in me recipio *b* dignum esse, quem diligas. Si quid igitur Parentis testimonio tribuis, adultam mox apud te religionem primus aditus adventantis inveniat; eamq; continuò experiatur facilitatem tui pectoris, quam scit numquam delatam esse novitati. Vale.

a *Sic Mercer. Ed. Sch.*

b *Ita Lect. Ed. Sch. Vide lib. 2. Ep. 67. & 98. & Ep. 2.*

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DIu mecum ipse contendi, ut ad vos pignus commune dimitterem, sed vicit affectio, maximè adsurgente speculâ proficientium conditorum. Nam viginti dies urbis alimonijs parca interim promittit expensio. Præterea amplissimi Ordinis secunda collatio accessurum securitati aliquid pollicetur. Nihilominus etiam carnis oblatio animos Romanæ plebis erexit. Redire igitur ad vos *c* jumenta præcepi, agens gratias, quòd necessitatem fratris vestri congruis adminiculis juveritis. Legatorum adhuc vacillat electio. Nam Posthumiano & Piniano, quos à principio *d* mandati sui Senatus agnoverat, tertius Paulinus *e* asseritur, & divisis in studia partibus adhuc differtur utilitas; cùm terminum confirmationis acceperit, plena cognitio deferetur. Valete.

c *Sic Lect. Ed. Sch.*

d *Ita Sch.*

e *Mercerus*, adscitur.

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

VBERIUS scribendũ est, si cõmendentur incogniti.

Justini

Justini autem gravissimi atq; honestissimi viri antiqua nobiscum familiaritas conciliationis adminiculum non requirit. Satis est igitur, si ei amorem solitum deferatis. Quæ verò ad nos pertinent, & proximè unanimitati vestræ litteris indicata sunt, nunc ore ipsius pandentur. Valete.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SI quid homini tutum est, in spem vitæ rediisse me nuncio post internorum dolorem, qui me vobis repentè subtraxerat. Si quid igitur vobis asperum famæ licentia nunciavit, antiquet oblivio. Præcipuè autem impetratum volo, ne improvidâ sollicitudine recurratis. Sed quia res vertit ad salutem; justis itineris dimensionibus communi desiderio satisfacere dignemini. Valete.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DICENDÆ vobis salutis occasio, & quærenda est mihi sæpè si desit, & amplectenda, si præstò sit; eo maximè tempore, quo de filiæ meæ sanitate sollicitor, cuius valetudinem credo etiam jejunijs *a* sauciatam. Absolvite igitur metum nostrum nuncio prosperorum. Mihi etiam nunc gressus infirmus est. Sed si optata de vobis mutuus sermo pertulerit, protinus corpusculi querela sedabitur. Non omiserim jungere paginæ, quod Martinianum conventio judicialis expulerit; cui tantus terror incussus est ob omissam diu ad Gallias profectionem, ut ei necesse fuerit *b* prævenire itinere privato exhibitionis iniuriam. De Atellano quid fieri velimus, amico interveniente quæsivit auditor. Respõdi post judicium Sacerdotis solam me expectare vindictam conflatæ nuper invidiæ. Nihilominus in arbitrium tuum statuenda rejeci. Quæso igitur, ut inter feriarum moras, quid facto opus sit, digneris ape-

a *Ita Lect. Ed. Sch.*

b *Sic edidit Sch. ex Ms. Gisan.*

aperire; simulq; cogites contra interventum tot Antistitum, quid possit magis, quàm quid debeat impetrari. Neque enim justitiæ & innocentiæ deferri plurimùm potest, cùm illis reverentia religionis opponitur. Valete.

EPIST. XXX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

POSTQUAM dimisimus puerum, multus rumor increbruit, sanctitatem tuam sacris litteris evocandam: ita ut etiam nomen Gratiani cujusdam, qui hujusmodi scripta perlaturus asseritur, in publico ore versetur. Hoc etsi adhuc mihi incertum videtur, tacendum tamen non credidi. Erit summæ divinitatis, statuere circa vos, & confirmare ordinem prosperorum. Vale.

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

VIR clarissimus Principius, genere, & probitate conspicuus, commendationem non requirit alienam, cùm tui quoque in se amoris atque judicij testimonio glorietur. Cujus bona latiùs explicarem, nisi esset operæ redundantis cunctis nota replicare. Hoc unum adjecisse sufficiet, quicquid illi honorificentiæ tribueris, ad omnes bonos, qui eum diligunt, pervenire. Vale.

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

IN suburbano dego secessu. Nam & urbanarum tædet molestiarum, & villæ autumno commodæ jucundâ instauratione delector. Præterea frequentiam mihi, quæ sola Romæ honorabilis judicatur, amicorum præstat adventus. Sed non mediocriter nepticulæ meæ Gallæ infirmitas conturbat otij nostri securitatem,

tatem; de quâ ut maturè votiva & commoda nuncietis, opitulatio divina præstabit. Tibi autem, Domina filia, quantum indies singulos refectionis accedat, quæso curę habeas indicare. Erit hoc testimonium religiosi in me animi tui; si & consulueris sanitati, & in a *Alij* notiam. *a* noscentiam meam placitura pertuleris. Valete.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SI qua adhuc de Siciliâ speramus, incerta sunt. Nam cùm litteræ Euscij nunciaverint, dudù Circi & scenæ artifices navigasse, etiam nunc de adventu eorum rumor in operto est: atque ideò Apparitorem placuit postulari, qui peragratis ubique littoribus explorata in aures nostras reportet. Crevit autem cura ludorum, postquam frequentibus *b* studijs Relationem de Amphitheatro promerendo populus postulavit, qui mox Iudicis impetravit assensum. Dei nutus efficiet, ut super hoc etiam divini Principis concordet auctoritas. Valete.

b *Sic. Iur. alij* ludis.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

FRATER vester diu animi affectus dolore ob amissum magistrum, cœpit aurem præbere solantibus, cuius mœstitudo me quoque graviter sauciavit, præter cogitationem, quæ nos de eligendo præceptore sollicitat. Si igitur placet communibus litteris ab illustri viro Adriano Gallum thetorem, quem proximè Eusebius noster ingesserat, postulemus, ne pignorum nostrorum indoles in profectu posita deseratur. Me futuræ Editionis, & labor, & sumptus exercet. In disponendis enim præmijs quamquam numero vestium satis affluam, nonnulla adhuc deesse apparatui deprehendo.

Valete.

EPIST.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

EPIST. XXXV.

QUAMDIU jactata rumoribus temerè *a* differuntur, curarum vacuus ociare. Si quid auditu dignum fideque subnixum recentior sermo perxerit, neque nunciandi, neque suadendi partibus abstinebo. Vnum hoc ante rei necessitatem de meo sume consilio, nullâ ratione te posse Evocationis honorificentiam deprecari. De fratre autem vestro præter mandatum nihil etiam nunc opinionis accepimus. Ipsi hæc de nuptijs Hostiensibus, ad quas, nos viri illustris Salustij filius junior evocavit, contulimus in paginam. Sed continuò ob ludorum præparationem Roma repetenda est. Diu enim mihi ista curanda sunt: quæ facilè, si adesset sanctitas vestra, communis diligentia posset absolvere. Valete.

a *Ita Ms. Gifan. & Mercerus. Sic infra Epist. 70.* Sermo distulit.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

CVM *b* ab Agente in rebus sacræ litteræ mihi redderentur, quibus ad officium præcelsi viri Consulis evocamur; vidi alias æquè ad tuum nomen emissas, quibus te honorificentia Imperialis accivit. Consulis quoque scripta idem Agens exhibuit. Suadeo igitur maturè iter instruas, cui non cohærebit Hispanus. Aliud quoque accessit, quod te possit hortari. Nam vir illustris frater meus Neoterius, domini fratris mei admirator, ad eandem causam rogatus, solatia tibi & adjumenta præstabit. Nolo igitur ambigas, cùm scias auctoritate præcelsi viri electas amicorum esse personas, *c* tibique hæc prima, post dubia fortunæ, divini Principis alloquia defertri. In negotio autem tuo, quæ per me agi volueras apud sanctum Tribunum, non invitus ingredior. Interea ad Formianum littus iter promove, & cùm ad te delatæ litteræ fuerint, Romam citiùs excurras. Vale.

b *Sic Ed. Sch. ex Mss.*

c *Ita restituit Merc. & Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DICTIONEM salutis antefero, quæ & voto meo supra omnia convenit, & litterario debetur exordio. Dehinc diligentiæ tuæ, domina filia, natalitium fratris tui commendo convivium. Homo enim noster allegat fugâ nautarum littora destituta. Quæ res compulit, ut sanctitati tuæ factu minora committam. De publicis scribenda non suppetunt; absq; eo, quòd in Trajani plateâ ruina unius insulæ pressit habitantes: quod adeò ad fortunam vehiculi publici, plebeja vertit invidia, ut jam privato Rectore utatur. Vale.

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

AMICUS noster Severus molestiâ publicâ liberatus, in patriæ otium revertit, quem mox apud fratrem vestrum Vicarium spectabilem virum, & sanctitatis tuæ pagina, & veteris inter eos amicitiæ juvit agnitio. Mea circa Prætorios apparatus cura crebrescit. Quodeò scribo, ut intelligat unanimitas vestra adminiculi sui societatem desiderari. Nec sum imperiosus exactor, ut qui sciam, necessitates meas post vestrum commodum collocandas. Sed, si benè æstimo, satisfacient vobis ad refectionem præsentis mensis induciæ. Paucis a habitum propriæ voluntatis exposui: quid facto opus sit, vestro relinquo judicio: ut sit vobis laudabilius, mihi gratius, quod spontaneas affectus elegerit. Valete.

a *Alij*: ambitum.

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

MIROR pueros, quos diversis diebus ad sanctitatem vestram misimus, retardari: nec tamen usum scriptionis omittimus, scire cupientes, quantum refe-

refectio profecerit. Incunctanter igitur expectationi nostræ satisfaciat recursus alloquij. Valete.

EPIST. XL.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PRIMA mihi voluptas est sciscitari, quem statum sanitatis habeatis, in secundis reliqua conlocabo, quæ dudum requirenda duxistis. Gravibus civitas sollicitatur ostentis, quorum leviora prætereo. Illud ante omnia interpretatio tristis horrescit, quòd natali urbis suffectum Consulem currus *a* quo vehebatur, evolvit per ferociam bigarum, quæ triumphum vehebant. Itaque palmata amictus, & *b* Consularis insignis ornatu, fracto crure sublatus est. Offendit me infausta narratio, atque ideò in hac expositione servabo brevitatem. Tibi in dies singulos, decus nostrum, domi forisq; fama florentior est. Et præsentium quidem rerum nos testes sumus. Externa judicia Cæcilianus asseruit. à quo sigillatim relata enumerare fastidium est, cùm in summâ gloriæ tuæ cuncta conveniant. Dominam filiam meam salutatam cum dulcissimis nepotibus volo, quæ de contexendis in *c* apparatum ludorum vestib° religiosè à nobis voluit commoneri. Sciet igitur ex subditis, quid in supplementum Prætoriæ largitatis oporteat præparari. Valete.

a *Ita supplent alij.*
b *Sirmond.* consulari.
c *Sic Lect. Ed. Sch. Vide supra Epist. 33.*

EPIST. XLI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

MALE est animo, postquam filiam meam comperi consueto dolore vexari; & iter ad vos inchoare voluissem, nisi & me gravedo capitis, & Symmachum nostrum febris inopina retineret: cuius corporales querelas præstat silere, ne sanctitatis vestræ sollicitudo geminetur. Et certè frater meus Comazon, desiderio vestro urbe digressus, cumulatiùs quæ tacemus expediet. Postulare non debeo, quod sponte facietis, ut cu-

rarum nostrarum magnitudinem scriptis lætioribus comprimatis. Valete.

EPIST. XLII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

EUSEBII nuper litteras sumpsi, quibus auriga nostros & aliquos Scenicos navi impositos, & secundùm præceptum meum missos ad Campaniam nunciavit. Jubeat igitur sanctitas vestra diligentissimos scrutatores usque Salernitanum littus accedere, ut susceptos Neapolin prosequantur, vel aliquod de adventu eorum scrutentur indicium. Felicem quoque communem amicum monitum volo, si Campaniam fœliciter venerint, annonis & sumptibus adjuventur, continuâ ad nos navigatione mittendi quia longè ante ludos, & ipsos jungendis equis erudire debemus, & novitati eorum favorem plebis allicere. Summa igitur petitionis meæ hæc est, ut ad homines vestros inquisitio eorum, & perfectio celerata pertineat. Valete.

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

CROCODILOS theatrali spectaculo publicatos in præsentiam vestram servare tentavimus: sed perseverante inediâ, quæ illos per dies quinquaginta producta macerabat, secundis ludis congressionum *a* more confecti sunt. Duos etiam nunc *b* spirantes in vestrum differemus adventum, licèt eos cibi abstinentia longùm vivere posse non spondeat. Valete.

a *Alij* morte.
b *Sic Lect. Seb.*

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

REDUNDANTIS est operæ memorem commonere. Sed susceptæ amicorum negotia nequaquâ nos modum servare patiuntur. Quare ut amici communis Herculi VC. votiva mandata acriter exsequaris, orare

orare non desino. Facit autem cum studio sanctæ unanimitatis tuæ assensio propinquorum: siquidem filius meus Valentinus asseruit se quoque consultum litteris Iuliani, eadem quæ volumus de nuptiarum pactione suasisse. Valete.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

POSTQUAM te *a* jactatam comperi dolore consueto, omnis reliquarum sollicitudinum mearum sensus evanuit. Nam, ut ait Hippocrates; Præsentia he betantur incõmoda, si cui dolor maior accesserit. Expecto igitur, ut accepto de te indicio lætiore, in priores curas revertar. Cætera in hac consternatione animi mei tanquam intempestiva prætereo, & tamen commonitorium junxi, quod velim redacta in tranquillum sanitate consideres. Valete.

a Ita leg. Ed. Sch. Vide Ep. 41. & 48. de filiâ, quæ Nicomacho nupta.

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

NULLAS quidem nobis per hominem nostrum litteras detulistis. Sed mihi silentium unanimitatis vestræ nequaquam licuit æmulari, vel quòd ita sollicitudo, quam de me non frustrà geritis, postulabat, vel quòd me in officia scriptionis amor verus impellit. Gratum vobis fuisse factum meum, rescripti vicissitudo testabitur. Valete

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

URBIS negocia nec vacat scire, nec libet scribere: animus enim meus morbo corporis occupatus, rebus alienis curam nescit intendere. Unum hoc scio, de seditionib⁹ nuncios esse mentitos; *b* atq; adeò à vero dissentire rumores, ut numquã maiori plausu Prefectura celebrata sit. Itaq; studia plebis in Iudicẽ favor

b Sic Lect. Ed. Sch.

quoq; Ordinis æmulatur. Hæc ad nos, si qua dolorum intercapedo admittit officia *a* visentium, pari omnium sermone perveniunt. Cætera, hominum vestrorum, qui versantur in publico, stilus debet aperire. De me tunc aliena quærenda sunt, cùm propria *b* adversa requieverint. Valete.

a Ita Mss. Beß. & Iur. Alij: viantium.

b Sic Lect. & ex Ms. Vatic. Sch.

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

NATALITIO munere, quod frequentari à vobis per multos annos communis felicitas facit, nostrum hilaratis animum, vestrum probastis. De quo me prolixè scribere verecundia vestra non patitur. Copiosior tamen in sensib⁹ manet gratia, quàm sermone proferatur. Quæ ad urbem pertinent, indiculi cohærentis lectione noscetis. Tibi verò, Domina filia, eadem religione quâ dignum est, injungo curam juvandæ valetudinis, ut omnibus nobis sanitatis tuæ securitas voluptati sit. Valete.

EPIST. XLIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

HOMINE *c* vestio ad Campaniam revertente scribenda consumpsi; & tamen sanctum atq; honorabilem virum parentem vestrum Severum nolui abire vacuum litterarum mearum: ut & morem salutationis exsequerer, & de opere, quod domi construis, judicium meæ *d* inspectionis aperirem. Thermatum & situs & amplitudo admodùm placuit. In minoribus balneis piscinalem picturis potius, quàm musivo excoli non probavi. Res admonet, ut profectum Messalam nocte eâ, quam consecutæ sunt nonæ Martiæ noveritis. Legati cæteri mox sequentur. Adverti tamen ex quorundam colloquio, in gratiam domûs, de quâ plerique nostrates viri edulibus *e* farciuntur, quædam esse lenita. Sed mea cura non deerit, ne quid mandatis Sena-

c Sic benè Ms. Gif. Nicomachi enim filij in Campaniâ habitabant: eoq; hic servus eorum revertitur. Alij nostro.

d Ita Lect. & Ed. Sch.

e Sic Ms. VVouv.

Senatûs per conniventiam detrahatur. Valete.

EPIST. L.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SCRIBERE non recuso: sed malui domino filio meo Sibidio narranda coram per ocium reservare. Solâ igitur salutatione fungetur hæc pagina, cui brevitas & vestro honori satisfaciet, nec illi referenda decerpet. Valete.

EPIST. LI.

SYMMACHVS NICHOMACHI FILIIS.

PRIORIBUS litteris comperistis, quæ nunc respõdere potuissem. Redisse non pœniter. Nam & salutis compotes sumus, & per diligentiam magistrorum fratris vestri profectus adolescit. hoc tantùm mordet animum, quòd longo à vobis itinere discernimur. Sed scriptorum vices frequens usus exerceat: *a* sarciemus inter nos præsentiæ voluptatem. Valete.

a Lect. partiemur: *Vt Epist. 63. lib. 7.*

EPIST. LII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

ADVENTUS Domini & Principis nostri denuò postulandus est. Theodorus enim vir illustris, Mediolanensium legatione susceptâ, eniti dicitur, ut Senatûs petitionibus provinciale desiderium præferatur. Præfectus utbi huic negocio sanctitatem tuam optat adhiberi, quem puto super hoc litteras ad vos esse missurum. Hortor igitur, ut scripto eius evocatus digneris accurrere ante Senatum, qui Idibus Junijs erit. Ipso enim die legatos arbitror eligendos. Multa sunt domûs vestræ negocia, quæ à te coram sub occasione causæ publicæ terminentur. Præterea votiva legatio est, quæ apud aures evocandorum amabilis futura credatur. Quæso ne differas, ut reconciliationem præteritæ gratiæ consequaris. Valete.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

MAXIMUM veterem amicum, sed novum Agentem in rebus, accipite inter tyrones *a* cum canitie militantem. Ad hoc *b* procontanda discetis: atque ideò mihi fugienda est prolixæ epistolæ gratia. *c* Absque adventûs vestri petitione, quem frequenter exambio, & si desiderium vestri fineret, jam silere deberem, quia verecundiam creant inefficaciter postulata. Sed amor in vos meus propè impudentiam suadet frequenter *d* elusus. Vereor autem, ne ideò vestrum reditum promiseritis, ut nostrum ad vos prohiberetis excursum. Valete.

a Sic Lect. Ed. Sc.
b ita Ed. Sch. ex Mss.
c Sic expressit Ed. Sch. ex Ms. Gifan. h. e. Si non esset petitio adventûs vestri Vide Lexicon nostrũ Plaut.
d Ita Lect. & Ed. Sch.

EPIST. LIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SALUTEM vobis precamur, cuius indicium, puero revertente, optamus accipere. Mea valetudo caret interim doloribus, sed indiget firmitate, maximè accedentib⁹ curis, quas proximè facta à Senatu auxit oblatio. Ire longiùs piget, cùm hæc quoque securis animo ingessisse pœniteat. Valete.

EPIST. LV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

HERI per hominem meum scripsi metu percitus, postquam de valetudine filiæ meæ amara cognitu nunciastis, & adhuc pendente responsõ crucior incertis. Peto igitur edoceri, quid ei ad confirmationem sanitatis accesserit. Rerum verò præsentium nullum vobis indicium facere decreveram, ne in aures vestras redirent, quæ probabili discessione vitastis. Sed quia civicus amor in negocia urbana curam *e* vestram reduxit; quædam collata in titulos breviter percucurri, ut sine fastidio lectionis insinuata noscatis. Valete.

e Sic Lect. Ed. Sch. Alij nostram.

EPIST.

EPIST. LVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

CREDO nunc saltim priores domini mei Præfecti litteras tibi redditas: quæ si casu aliquo aut negligentiâ portitoris elapsæ sunt, en tibi aliam subtilissimi viri paginam, cui me hunc sermonem jussit adjungere; ut quid sententiæ tibi sit de suscipiendo negocio, cui te optat adhiberi, bis consultus expedias. Puto enim vos in meliorem valetudinem revertisse, postquam mihi feciſtis indicium, quòd reversioni vestræ morbus obstaret. Et nos quidem malumus, ut integrato statu sanitatis reditum spondeatis, sed si corpusculi querelæ votum morantur, evidentibus scriptis exspectationem consulentis absolvite. Vale.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SUPERIORIBUS diebus & meæ circa vos observantiæ, & vestræ expectationi multo epistolarum numero satisfeci. Hæc verò pagina copiam non requirit, cùm hoc tantùm benevolentiæ vestræ pro captu consilij mei suadeam, ut ad Præfectum Prætorio Siciliensis causæ vestræ actio transferatur; si tamen aliquid vobis ad experiendum data oblatio reservabit. Valete.

EPIST. LVIII.

SYMMACHVS NICHOMACHI FILIIS.

POSTQUAM pignus nostrum Sibidius Romam redijt, & nuncius fuit, quantus filiam meam vexet corporis dolor, meus quoque animus ægrescit. Itaque litteras nihil moratus emisi, anxiè petens, primò medicâ ope & abstinentiâ noxiorum ad sanitatem juvetur: dehinc rescripti fides abolendæ sollicitudini meæ consulat. Ipsi post legatorum profectionem rus Vaticanum, quod vestro prædio cohæret, accessimus; &, si nihil disposita conturbet; in Aprilis Kalendas villæ otio defruemur. Iuniorum delectus urbanis familijs imperatus, usque ad æterni Principis responsa

pendebit. De conjunctis exemplaribus formam præcepti utriusque noscetis. Hæc quia tuis litteris desiderata sunt, misi. Cæterùm mera atque unica mihi causa dictandæ epistolæ fuit, ut ad nos super filiæ meæ valetudine certa & amica *a* voto referantur. Vale.

a *Sic benè 1ur. Ed. Sch.*

EPIST. LIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

ANTERIORES litteræ tuæ, quas mox aliæ consecutæ sunt, spem mihi aliquatenus reditûs tui fecerant: secundæ promissa vacuarunt. Ita ut post multas causas negationis meo consilio sequenda committeres. Sed ego cogitans, primò filiæ meæ conturbatam valetudinem, quæ spoliari solatio tuo non potest: dehinc stomachi tui imbecillitatem, quam esse imparem scribis itineri promovendo: tum consilium amici paterni ocium præferentis: dehinc expectationem illustris viri, quem diu existimas afuturum: præterea interpretationes hominum, qui te, ut ais, opinantur munus publicum recepisse in occasionem negociorum tuorum: permissam mihi deliberationem vobis refundo. Iniquum est enim tot oppositis *b* quæstionibus obnoxiam fieri sententiam meam, & fidem suadentis incertis futurorum casibus obligari. Interea constituendæ rei dies existimo prorogandos, & epistolam tuam tantisper reddere magistratui temperavi. Primò, quia reverentia nuda est: dehinc quia causas negationis infra devotionis magnitudinem prætulit; & quòd nossem pluribus legenda, quæ scripseras. Volo igitur, ut reverentiâ cumulatiore, & gravioribus quærelis excusationem tuam munias, si voluntas manserit laboris & itineris deprecandi.

Vale.

b *Sic Ed. Sch.* h. e. querelis.

EPIST.

EPIST. LX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PRISCA observantia hunc scribendi ordinem fecit, ut domo profecti officium litterarij muneris auspicentur. Sed longùm visum est operiri unanimitatis tuæ litteras, quarũ nos arguimus tarditatem. Atque ideò mutato usu in hoc munus erupimus. Superest ut libens rependas, quæ inchoare debueras, & provocare exerceas stilum indicem tuæ sanitatis. Ipsi in Arabianâ dominæ filiæ meæ expectamus adventum: licèt te etiam decus nostrum solemnium dierum ratio confestim spondeat affuturum. Vale.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

FELIX materia est suadere ocium. Sed hæc exhortatio animum sui juris requirit. Nos neq; residere patitur liventium factio, nec filij juvenis institutio longũ peregrinari. Quare ut possumus, modò abscessu, modò reditu, variamus locorũ distinctionẽ. *a* Testimonio est hęc epistola, suburbano agro nuper emissa, quam de Corano nostro, si nihil disposita turbaverit; alia consequetur. Vestrum est, huiusmodi absentiæ nostræ conditionem litteris frequentibus augere, si placet; juvare, si displicet. Vale.

a Sic plenè ex Ms. Gis. & Pith.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

LEGATI Ordinis nostri ex usu actis omnibus reverterunt. Nam & tyronum conquievit indictio, & argenti nobis facta gratia est. Super impetratis tamen adhuc speratur Orario. Nunc domestica & animo vestro amica jungemus. Stat nobiscum valetudinis bonum. Sæpè urbanam commorationem proximo rure distinguimus. Sola nos vestri absentia macerat. Sed si in conspectum nostrum properè veneritis; nos

quoque recursum vestrum in Campaniam cum voluptate comitabimur. Valete.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PER hominem meum litteras dederam. continuò adfuit Maximus, qui alias postularet: quare salutationem geminare non piguit. Præterea exegit repens nuncius super adventu Domini & Principis nostri, ut vos de reditu commonerem, quem maturare debetis, ne moram vestram votiva legatio jam nunc ex usu publico iteranda, prævertat. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PURGATORIO medicamento alvum vacuasse te scripseras, ut fervor oculorum cum cætero onere decederet. Scire postulo, an prædicta curatio efficax
a *Sic ex Ms. Bess. Ed. Sc.* fuerit, *a* nec subegerit causa etiam sanguinis emissione venas juvari. Par requirit affectio, quantam vobis fidem faciat filiæ meæ sanitas, ut his ex voto cognitis sollicitudinum acuta deponam. Nam mihi ob alia quoque ægrè est turbas patriæ cogitanti, quas præci-
b *Ita Merc. Ed. Sch.* puè *b* movent in usum militarem petita servitia. Et nos quidem crebris precibus obnitimur, & diem ducimus supplicando; jamque ad precium argenti quinq; librarum miserâ oblatione perventum est. Sed vereor, ne nos alterius rei fuga utroque despoliet. Præfectus agendo negotio segnior visus, Lampadio successore mutatus est, cuius moribus crediderunt impossibilia promoveri. Nunc peto, ut me anxium maiore curâ, quæ vos respicit, elevetis. Nam adhuc discrucior incerto per moram servuli, qui dudum ad vos ob eadem noscenda missus, necdum revertit. Valete.

EPIST.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

SCRIBENDA non desunt, sed horret animus loqui dura memoratu. Videor tamen famam rerum urbanarum nequaquam posse cohiberi, quæ, ut fieri amat, in maius præsentia nunciabit. Id ne accidat, Breviario addito noscenda *a* discrevimus: ut neque litteræ, quæ vobis salutationem ferunt, de sollicitis amaritudinem trahant, & nihilominus rumorum licentiam fides scriptionis excludat. Sed de his hactenus. Filiæ meæ valetudo gravior mihi cæteris est, quibus nunc animus asperatur. Expecto igitur ut illi, Deo juvante, ad salutem esse omnia nuncietis. De quâ si voto apta comperero, pars ista solatij curarum quoq; mearum reliqua mitigabit, Vale.

a *Ita benè Merc.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PAUCIS à patriâ diebus afuimus, & theatralibus ludis reditum nostrum suffragia civium poposcerunt. Nos tamen etiam nunc suburbanum viæ Hostiensis incolimus, recursum tantisper morantes, ne preces exspectasse videamur. Quod si facere ex sententiâ religionis tuæ antea voluissem, & vitassem periculosa, quæ post secuta sunt, & exi[s]tatio mei plus dignitatis habuisset. Sed una fuit huius consilij ratio, ne quibusdam loco pulsus viderer, & verecunda discessio verteret in notam timiditatis. De Siculo negocio vestro sanctus Comazon me quoq; assentiente rescripsit. Circa rem nostram Siculam turbidum esse Nectarium indicio erunt litteræ, quas nuper Eusebius misit. Peto ergò, ut homo rerũ nescius, qui cubiculo clausus otium fovet, scripto à vobis coerceatur, ne post de Eusebio aliter sentiat *b* si validiùs justa nostra defenderit. Ipsam hominis nostri epistolam misi, ut tentamenti

b *Proba est hæc vulgata. Alij* val. iusto.

insolentiam de eius moribus æstimetis, quem certum est à nobis nolle reprehendi. Petieram superioribus scriptis, ut Puteolani Prætorij mei latus, quo itur ad balneas, dispositione clivi mollioris ornares. Si dilata res est, peto rursus facias: si impleta, rescribe, quò gaudeam. Vale.

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

VERUM est, nequire hominem cuncta pariter voto amica sortiri. Quanto luculentiùs natalem mihi diem, si affuissetis, egissem? quod in reliquum saltim numerosis annorum processib⁹ fors orata præstabit. Interea, Domina filia, honoratum me optimo lanificij tui monumento satis gaudeo. Unà quippe & amor in parentem tuum, & industria matronalis inclaruit. Sic priscæ fœminæ vitâ coluisse traduntur. Et illas quidem deliciarum sterile seculum colo, & telis animum jubebat intendere: quia illecebrâ cessante temporum *a* vivitur. Tibi verò, & Baiæ appositæ curam sobrij operis detrahere non possunt. Renuncias stagna verrentibus, & residens aut obambulans inter pensa & foragines puellarum, quas *b* solas arbitraris sexûs tui delicias. Meritò igitur te amo, dignamque viro tuo judicio: quando nobis æquè laus & voluptas ex illius perfectione adventitiâ, & ex tuâ probitate genuina est. Vale.

a *Sic Mss. Gif. & Iuret. Sed rectè iudicat Sc ad. verbium fortè aliquod desiderari.*

b *Sic legendũ concinnius.*

EPIST. LXVIII

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

QUANQUAM sperem præfatâ Dei veniâ, mox in conspectum mutuum nos esse venturos: tamen litteris abstinere non debui, ne quod tempus familiaribus careret officijs. Sume igitur prælibatam salutationem, quam tibi boni auspicij gratiâ adhuc stilo impendimus, sed voce proximè deferemus. Vale.

EPIST.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

ELEGANTI commento silentium vestrum purgare voluistis. Allegata est enim cautela tristium nunciorum, quandiu secunda succederent: ut ea, quæ intermissio scriptionis antè celaverat, lætioribus indicijs proderentur. Sed nobis & illa per nuncios incognita non fuerunt, & hæc sera admodùm visa sunt. Augebat enim rumorum licentiam suspicio cessantis officij. Et tamen succensere non possumus, postquam gratia præsentium litterarum memoriam præteriti doloris exemit. Modò memento curam styli inter præcipua & ptima sortiri; ne huius exempli recordatio majores denuò metus afferat, dum credimus sub expectatione meliorum rursus aliqua adversa reticeri. Vale.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

DIu *a* ab stylo fateor temperasse. Nihil enim quod scriberemus, emersit. Salutis autem vestræ lætam fidem de adventantium sermone capiebam. Tandem cessationem vicit affectio. Reparamus igitur morem dicendæ salutis, vacui omnium negociorum. Post Tyburtem quippe secessionem Romæ otia lenta *b* producimus. Sed non usquequaque agendarum rerum sumus desides. Nam domi corruptorum parietum discidia sarciuntur: quia *c* festinationem solidirari conditor primus antetulit, & antiquior ei visa est celeritas utendi, quàm securitas succendentium. Vos nova & ævum mansura molimini: siquidem sermo *d* distulit quædam vos Lucullanis operibus æquanda fecisse. Nec tamen vobis impendij magnitudine cessetimus. Par enim sumptus est, semel solida collocare, & sæpe integrare *e* cadentia.

Vale.

EPIST.

a *Vulgo addunt* me. *Sic Ed. Sch.*

b *Sic Lect. & Ed. Sch.*

c *Ita Ed. Sch. Al.* frequentationem, *h. e. habitationē. Sic. lib. 8. Ep.* 23. balnearum frequētatio.

d *Ita Ms. Gif. vide sup. Epist* 35.

e *Ita Ed. Iun. Lect.*

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

INDULGETE delirijs, quando ita terræ ac maris copijs redundatis, ut vobis pollucibilem victum utriusque elementi ministret opulentia. Nobis satis est, quòd omnium, quæ capitis, parte defruimur adeò largiter, ut ipsi quoque a opimis dapibus affluamus. Valete.

a *Sic Mercer. & Ed. Sch.*

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

PATRIÆ ac Penatibus redditi, quædam quibus offenderemur invenimus: siquidem Hostiense prædium nostrum frequens pulsat impressio. Sed si vobis prosperè optata procedunt, præstate litteras, quarum lætitia tergeat nubem præsentis injuriæ. Vale.

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

RENUM dolore discrucior. Sed ne major ad vestras aures fama perveniat, præsentē statum valetudinis breviter indicavi. Quum læta successerint, morem meū secutus, dabo ad vos paginam lætiorē. Valete.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

NON frustrà hactenus responsa distulimus. Tractatus enim negocij & chartarum investigatio, moram justi temporis exigebant. Hæc ubi absoluta sunt, cæteris quæ causæ poscit instructio, reciprocum litterarum munus adiecimus. Ipsi enim multis obstātibus curis, iter ad vos nequimus arripere. Consilium tamen, quod transactioni vestræ possemus adhibere, cumulatiùs ex alio parente capietis. Qui etsi adjutore non indiget, dignabitur tamen ob inania fori, & sutelas veterum formularum, sanctum Prosdocium præstolari:

stolari: venturum ad vos protinus, quum reliquias malæ valetudinis plenâ sanitate limaverit. Vale.

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

FUIT animus Fundos præterire, si vos Formias accessisse didicissem. Postquam aliter evenit, partiri iter placuit ad minuendum laborem. Erit igitur in arbitrio Fortunæ ratum facere, ut ad quintum Kalendas Augustas Formianâ sede recreemur. Hæc est animi nostri destinatio; nunc in cœlestium manu est effectus optati. Vale.

EPIST. LXXVI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

NULLUS absque epistolis meis dies labitur. Quid si affatum mutuum redderetis? Nec tamen pœnitet diligentiæ, quamvis honor vicissitudinis negligatur. Nam quæ ex more fiunt, etiam gratuita delectant. Ego ad sanitatem lento adhuc gradu provehor: atq; ideò itineris ulterioris ambiguus usque ad profectum deliberationem sequestro. Quid ipsi de reditu aut suburbanâ commoratione statueritis, avet animus edoceri. Vale.

EPIST. LXXVII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

ANTEVENI inquisitionem, cùm vos sollicitos fore, quòd essem morbo attemtatus, adverterem. Et quamvis ultrò scripserim doloris mei adversa tenuari: abolendæ tamen sollicitudinis causâ (quæ apud amantes semper incredula est) nunc quoque nuncio, si dictum nullus fortunæ livor effascinet, in concordiam mecum sanitatem redire. Sed nondum sensum meũ penetrat amœnitas littoralis. Nam ut ex longâ maris iactatione stabilis gressus serò reparatur: sic tẽpore opus est, ut tanti mali decessio locũ faciat voluptati,

ptati. Ergò neque Formianæ oræ, neque ædificationis meæ tantisper ullam capio dulcedinem. Sed hæc, ut spero, omnia cum bono valetudinis revertentur, moxque ad lætitiam vestri animi stilo meo communicata pervenient. Vale.

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

CUM mihi puer vester unam epistolam reddidisset; ut referiberem protinus, tanquam mox rediturus ad vos, incubuit. Sed ut didici, ipse ad ulteriora contendens, mimicâ usus est techná, quò paginam nostram comes eius Rusticus deportaret. Ille alteram nunc regressus accepit. Ridere vos arbitror, quòd ego servili circumscriptus strophâ, pro sorte simplici duplum solverim. Nam callidus vernula, quod semel pertulit, bis recepit. Pergerem longiùs, si adijcienda suppeterent. Vos in propinquo urbis; celebriore famâ rerum agitis, & pari otio. Vestrum est procul positos ditare comperti. Vale.

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

AEVUM maneat hic dies, qui te nobis, filia, dedit. Hunc ego & gaudijs mentis, & verborum honoribus per multos annorum recursus vobiscum opto celebrare, adijcere etiam mihi *a* ingravata, tibi jucunda munuscula: Vt nunc lineam misi; cuius potest oblatio exigua non videri, si magis mei in vos animi quàm sui pretij æstimatione pendatur. Vale.

a Ita Ms Iur. Vulg. ingrata.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

NATALEM Dominæ filiæ meæ, quem per annorum recursus optamus esse numerosum, vobiscum agere & participare voluissem, nisi proposito restitisset

stitisset imbrium continuatio. Fungimur tamen religioso honore jucundi munusculi; petentes, ut susceptionis benignitate oblationis exilitas augeatur. Vale.

EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS NICHOMACHI FILIIS.

OMNES ad nos natalitij convivij copias transtulistis. Sed unum defuit, quominus ad nostrum animum redundaret plena festivitas: quòd non vobiscum potiùs cuncta consumpsimus: quorum contuitus atque convictus commendare nonnumquam solet etiam parca convivia. Quare & vobis & communi pignori, cuius solemnem diem sedulâ regione celebrastis, uberes precamur annos, & recursum in hæc eadem festa numerosum. Decet enim pios parentes inoffensa fœlicitas. Nobis Tyburis aura blanditur; sed contra exasperat animum malè gesta ratio villicorum. Neque ager culturâ nitet, & fructuum pars magna debetur, nihilque jam colonis supereſt facultatum, quod aut rationi opituletur, aut cultui. Vale.

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER VII. *

* Editus post eius obitum à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

SYMMACHUS SYMMACHO FILIO.

SUME ALACER PATERNI sermonis auspicium, & deinceps officij pàrilis in nos esse munificus. Simul accipe, quod voto tuo congruit, fasces Præturæ tuæ in eum annum feliciter proferendos, cui advocatâ numinum voluntate, ego quoque lætus interfim. Optato igitur lætare processu, & propagatos tibi annos vitæ atque honoris interpretare: longiora enim fiunt; quæ differuntur. Nec dubites utrique nostrûm prospexisse fortunam; ut & tuus magistratus juvetur præsentiâ patris, & festorum tuorum voluptate coram defruar. Vale.

EPIST. II.

SYMMACHUS FILIO.

VBI primùm scribendi mihi ad vos copiam familiaris ingessit occasio, non distuli desiderium tui scriptione testari: ut salutis meæ certus tuam cures

res, & subinde absentiam meam litterariâ voluptate soleris. Vale.

EPIST. III.

SYMMACHUS FILIO.

SECUNDAS ad amabilitatem tuam litteras mitto, ut sit assiduitas mei sermonis utrique solatio. Tu quoque studium meum, quoties dominus & frater tuus occasiones repererit, æmulare: ut & salus tua mihi securitatem tribuat, & scriptorum jucunditas voluptatem. Vale.

EPIST. IV.

SYMMACHUS FILIO.

CIRCENSIUM solemnitati Consularis magnificentia satisfecit. Ludorum adhuc & Muneris splẽdidissimæ imminent functiones; quibus ante Februarias Nonas, ut opinamur, impletis, iter ad nostra relegemus. Hæc eò scribo, ut lætitia amabilitatis tuæ spe meliore pascatur. Vale.

EPIST. V.

SYMMACHUS FILIO.

CREDO alias litteras meas in manus amabilitatis tuæ antè venturas. Huius namque epistolæ portitores lento itinere mulos reduces prosequentur. Ego tamen salutationis munerẽ abstinere non potui: malui enim redundaret officium serò perfectum, quàm desideraretur omissum. Tuæ amabilitatis necdum ullam epistolam sumpsi, quæso ut huius tibi muneris summa curatio sit. Ex tuo enim metiri animo potes, quid levaminis absentibus tribuat adsiduitas scriptionis. Vale.

EPIST. VI.

SYMMACHUS FILIO.

DESIDERATIS proximè amabilitatis tuæ

litteras sumpsi, quibus indicabatur & sedulitas animi tui, & profectus ingenij. Sola epistolæ brevitas nequaquam paterno desiderio satisfecit. Quod eò scribo, ut intelligas, quantum ex sermone tuo cœperim voluptatis, qui queror copiam defuisse. Quis enim optet satietatem, nisi rerum bonarum? Posthac igitur indulgentiùs scribe, lux mea, ut pleniore stili tui munere legentis animus expleatur. Vale.

EPIST. VII.

SYMMACHUS FILIO.

ACCESSIT peregrinationi nostræ largior dies ex comperendinatione ludorum, quos pluviarum interventus retardant. Sed volo, ut hanc dilationem salutis meæ certus leniter feras; & desiderium tui, quod apud me crescit ex morâ, stili assiduitate soleris. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS FILIO.

CONFIDO solando animo tuo stili mei assiduitatem posse sufficere. Nam recentibus scriptis hunc addo sermonem, cuius lectio tibi spem *a* reditûs mei pollicebitur, si fors præsumpta confirmet. Ratio autem huius æstimationis in aperto est: quia post magnificam ludorum Consularium functionem sola adhuc arenæ restat Editio. Muteturigitur animus in gaudium, & adeptum esse te crede, quod possibilis conjectura promittit. Vale.

a Sic Ed. Sch.

EPIST. IX.

SYMMACHUS FILIO.

SCINTILLARE acuminibus, atque sententijs epistolas tuas gaudeo: decet enim loqui exultantiùs juvenalem calorem. Sed volo, ut in alijs materijs aculeis orationis utaris: huicautem generi scriptionis maturum aliquid & comicum misceas; quod tibi & rhetorem tuum credo præcipere. Nam ut in vestitu homi-

hominum, cæteroq; vitæ cultu, loco ac tempori apta sumuntur: ita ingeniorum varietas infamiliarib⁹ scriptis negligentiam quandam debet imitari, inforensibus verò quatere arma facundiæ. Sed de his non ibo longiùs. Perge interim, quò te ætatis impetus, & naturæ ardor impellit. Mei voti caput est, benè valeas, & supra annos tuos litterarum dote diteſcas. Vale.

EPIST. X.

SYMMACHUS FILIO.

AMICO noſtro Annio curſim prætereunti potui ſolam dictionem ſalutis injungere; ſed debuit tici ſanitatis meæ fidem facere lectio litterarum. Eſto igitur animo lætiore: & ſpera, decus meum, frequentibus ſcriptis in notitiam tuam ſimiliter ventura, quæ gaudeas. Vale.

EPIST. XI.

SYMMACHUS FILIO.

ASSURGIT animus meus, quoties amabilitatis tuæ ſermo defertur. Nam & ſanitatis tuæ apportat fidem, & profectum oſtendit ingenij. Hortor igitur, ut me huiuſmodi linguæ tuæ floſculis frequenter aſpergas. Nec ullam ceſſationem tibi vendices, dum æſtimas, me brevi affuturum. Planiora enim fient, & faciliora omnia ad recurrendum, ſi paginis tuis reverentis animus incitetur. Vale.

EPIST. XII.

SYMMACHUS FILIO.

MAGNUM in modum ſollicitavit me inæqualitatis tuę nuncius, licèt ſecuritas ſanitatis ijſdem litteris eſſet adiuncta. Quare animi incertus appropero, orans divina præſidia, ut te compotem bonę valetudinis, & epiſtola mea, & recurſus inveniat. Hæc enim voti paterni impetratio faciet, ut redijſſe delectet. Val.

EPIST. XIII.

SYMMACHUS FILIO.

ITER meum famæ varietas retardav.t. Nam dum exploro tua, & longitudinem vię dierum interpositione distinguo, tandem sextum Kal. Martias Mediolanum per Ticeni longinqua perveni. Nunc laborem meum Domini & Principis nostri blandus sermo solatus est. Spero etiam legationem brevi in notitiam divini Principis perferendam: siquidem vir cuncta præcelsus, cui primas partes causæ publicæ noster Ordo mandavit, mox cum præsidijs validissimis affore nunciatur. Vestro silentio vehementer offendor: atq; ideò peto, ut peregrinationis meæ patientiam crebro juvetis affatu. Vale.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS FILIO.

CUM veredarij deesset occasio, privato homini reddenda scripta commisi. hunc ad vos arbitror serò venturum. Utriusque litteris eadem continentur, quòd sextum Kal. Martias Mediolanum multo anfractu circumvectus intraverim, veneratusq; Dominum & Principem nostrum, cuius sermo itineris mei laborem compensavit. In præsentiam viri cuncta præcelsi Comitis agenda produco; quē mox, Deo juvante, affore nunciorum confirmat assertio. Nunc tuæ curæ sit, decus nostrum, peregrinationis meę curas stili assiduitate solari. Vale.

EPIST. XV.

SYMMACHUS *a* FILIO.

a Vide Epist. 54. & 113. Sic enim Ms. Gif. Ed. Sch.

AMICITIÆ nostræ contemplatio spem mihi adventûs tui fecerat. Propè est, ut errasse me credā, qui te speravi in conspectum parentis spontè venturum. Quando igitur sine ambitu nostro rectè facere nescis, oratus appropera. Et si te superbum Tybur explevit,

plevit, Laurentibus sylvis amœna commuta; nec verearis ruris horridi denunciationem. In oculis est venantibus mare: celebri itinere villa præstringitur. In ipsa itur ferarum cubilia plano ac patulo accessu. Etsi hæc abessent, anteiret nimirum sermo inter *a* nos mutuus, & litterarum liberalis collatio, Tarentinas aut Siculas voluptates. Quare si tu quoque huic sententiæ manum porrigis, adde te rusticantium numero; & paulisper Catones atque Atilios æmulare, quos *b* vomis & stiva ad Consulares misit secures. Vale.

a Sic bene Lect. Ed. Sch.

b Ita quoque Lect. & Ed. Sch.

EPIST. XVI.

SYMMACHUS ATTALO.

VICEM sermonis mei desideraisse te gaudeo: sed amolior invidiam negligentiæ. Parata enim responsa deseruit tabellarius tuus, excitus, ut fando comperi, valetudinis tuæ dubio. Agnoscis nempe infucatas esse, nec ex alto trahi cessationis meæ causas. Non ibo longiùs, quia brevis est assertio veritatis. Nunc sanitatem tibi gratulor, quâ post nimium metum cognitâ, multum gaudij in pectore meo diluxit. Indicium autem respirantis vigoris tuarum litterarum jucunditas prætulit. Petis namque ad confirmandam valetudinē stili mei remedia subministrem. Festivitas ista Baiana est. Nimijs salibus te sinus Lucrinus infecit. Estne aliquid in verbis meis, quod aures tuas sospitet? quod medicinam sensibus faciat? Credo, consentio. Nam plerumque amara hausta ad salutem valent, & succis tristibus affecta refoventur. *c* Sed nimium quantum avarus es, qui Flaviano meo præsente quicquam requiris; in quo tanta rerum bonarum delinimenta sunt, ut mihi quasi aqud Syrenas aut Lotophagos hæsisse videaris. Atque utinam vestro odio jungerer. Plus de vobis carperem salubritatis, quàm tu desideras, qui à me solas litteras popo-
sciſti. Vale.

c Sic optimè correxit Sch. ex Ms. Gtf. & Vatican. Vide Indicē.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS ATTALO.

NÆ ego frustra hactenus tacui, dum te promissi certus opperior. Tandem redeundum mihi est ad consueta solatia, meliorum desperatione. Et fortasse succenses diuturno silentio meo. Id verò etiã reliquum est, a ut irritus spei cunctationis arcessar. Est igitur tui juris super ordiendo itinere stare promissis. Mecũ tentum stili levamine non pigebit. Hoc certè officium commercio, aut solabor, quòd non venis, aut merebor, quòd venias. Vale.

a *Ita sequor emendationem Sch. ex Ms. Gif. ductu. Lect.* irr. exspectationis.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS ATTALO.

PROXIME de Formiano sinu regressus in larem Cælium, domo jamdiu te abesse comperi. Datum mox negcium est Theophilo communi amico, & nunc itineris mei socio, ut & ad te in Tyburem agrum reditûs mei nuncius pergeret, & salutationis verba deferret. Hunc tu, ut es curiosus rerum mearum, quasi aliqua tibi in nos decreto publico inquisitio esset tributa, *b* versando palàm facere coëgisti, quæ foris gesseram. Nam hoc confessæ sunt litteræ tuæ, quas idem vir optimus Theophilus reportavit. Fuerit benignitatis tuæ actuum meorum fastigia & capita disquirere; utrum crebra vectatio campi ac maris valetudinem meam juverit; an ullis agris nostris cultus, ædibus nitor, pecori numerus accesserit; quid afluxerit *c* edilium copiarum; utrum Consularem mẽsam succinxerit modus voluntarius; aut umquam Formias vicinâ *d* urbe, longinquiore mutaverim. Etiamnè exploratete fas fuit, quid procul ab arbitris studiorum meorum cura contulerit in paginas? *e* Utrumnè me operatum ceris, stantes plerùmque oculi & palloris signa *f* detexerint? Exploratorem te stilus meus patitur. Doces amicos suspicionum vias, & si dici potest, odore atque vesti-

b *Merc.* scrutando.

c *Ita Ms Iur. Alii:* edulium.

d *Sic emendãdum cum Ed. Sch. ex Ms. Gif.*

e *Ita Lect.*

f h e *prodiderint, testimonio fuerint, meceris operatis fuisse & studuisse Ms. Gif non habet* tò signa *Et potest omitti, si legas* pallores.

vestigijs scripta nostra venaris? *a* Nunc ego scite postulo, quid in Tyburtibus pomarijs litterarum operis exerceas. Solùm hoc fama attulit; balneum tibi nuper extructum, cui torris unus *b* adjusti caloris pabulum satisfacere narratur. Lectitasse autem te in multo otio utriusque linguæ auctores, ipse index fuisti. Ego tamen non quæro, an aliquid etiam scripseris. Animadverto enim te gloriâ conscientiæ proprij operis *c* accensum, voluisse cognoscere, an ego quoque idem fecerim. Sed *d* jam omissis epistolis velim redeas: nisi fortè tui balnei brevis sumptus hortatur, ne deseras parsimoniæ consuetudinem. Vale.

a *Sic Lect. Heins. Obs. T. I. p. 492*

b *Ita idem Lect. Rittersh.* adulti-

c *Sic Ed. Sch. Sirm. Iur. Alij* successum.

d *Alij* nunc. *Sic Ed. Sch.*

EPIST. XIX.

SAMMACHUS ATTALO.

Duo pariter commissa in amicitiam redemisti. Diu epistolæ tuæ salibus afueras, nihil scripseras. Quis Colchus, aut Thessalus cantu aut manu has offensiones levasset? Ergò ob epistolæ delinimentum veniæ pretium feres. Sino ut amici tui nuptiale festum curæ vacuus exerceas, & urbem Tyburtem, quæ nuper tibi faces prætulit, communem Junoni & Herculi facias. Reverteris, ut spero, post repotia in Cœlium larem. Vel si adhuc juvat æstivos dies in pomarijs tuis ducere; iterum tibi indignatio mea litterarum tuarum melle placanda est. Vale.

EPIST. XX.

SYMMACHUS ATTALO.

Villa Tyburis, quæ proximè in jus tuum venit, maioris ingenij prædicatorem requirit. Ego tamen linguæ modicus, ut potero, verbis honorem loco faciam. Quid hîc in positu ædium venustatis est! quis situs! quantus ex edito latè in plana jactatus oculorum! Frequentare has sedes Orchomenias dixerim

Deas, atque eas sedulò adnisas, ut te conciliarent ædibus suis dominum. Pergeigitur, ut facis & victis ævo redde novitatem. Multò hoc factu promptius, quàm quòd Hesiodum ferunt posito senio in virides annos redijsse. Interea gratulare nobis bonam valetudinem; quæ ut tibi quoque longum secundet, inter fastigia est votorum meorum. Vale.

EPIST. XXI.

SYMMACHUS ATTALO.

POSTQUAM mihi litteras tuas rhedarius meus reddidit, & salutatio exitinere portata observantiam nostram soluit religione; datus est mihi aditus, crebrò dum aberis, tecum loquendi. Quare ab his ordior, quæ in voto tuo prima sunt. Deûm pace, mea atque unici tui sanitas viget. Urbanas turbas Vaticano, inquantum licèt, rure declino. Et tamen, si quando in cœtum vocamur, ad obsequium concilij publici pedem refero. Scio te nihil ampliùs de nobis velle. Tantundem pernoscere rerum tuarum desiderij motus postulat. Vale.

EPIST. XXII.

SYMMACHUS ATTALO.

LONGA me deliberatio habuit, an tibi honorem facere sub iustâ reditus vestri expectatione deberem. Verebar enim, ne festinatio tua solatijs obvijs frãgeretur. Sed hoc ambiguum solvit ratio contraria, quę spem dedit has litteras *a* revertenti stimulorum non fœnorum instar futuras. Et consultu affecto brevitatem, solam tibi præferes dictionem salutis: ut verborum meorum exiguus haustus efficacior sit ad sollicitandam sitim, quam explendam. Vale.

a Ita Lect. & Ms. Vatic. Forte ex Ms. Gif. non male referenti.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS ATTALO.

REQUIRUNT me, credo, oculi tui: mens adesse non

non dubitet. Mecum enim diligentia tui peregrinatur, totumque animi affectione circunfero. Nihilominus exerceo stilo amicitiæ voluptatem Quod si tu quoque invicem feceris, veniet ut longum fruar otij possessione; quia non negabis, quod me possit abducere. Vale.

EPIST. XXIV.

SYMMACHVS ATTALO.

AD Neapolitanam *a* provectus oram, litteras sumpsi, quibus nos in adventum tuum Baijs residere jussisti. Asserebat perlator epistolæ imminere excursum tuum calcibus suis. Quid facerem, cùm me nec locus idem teneret? Expeditius visum est, ut à te potiùs gratiam cõtinuandi *b* ad vos itineris poscerem. Amicos enim non Baias desiderasti; nisi fortè illo luxuriæ sinu traheris. Comitabimur te, si eò redire malueris: quamvis regionis istius cœlum salubrius, & pares copiæ sint. Erit optio tua, intendere iter, an relegere debeamus. Ad defensionem meam pertinet, eò redeuntem te sequi, ubi adventantem expectare non potui. Vale.

a *Sic Ed. Sc.*

b *Ita Lect. & Ed. Sch.*

EPIST. XXV.

SYMMACHUS ATTALO.

SI respondisses epistolæ meæ, levasses onere conscientiam tuam: nunc nostram taciturnitate juvisti. Responsa enim officia lætitiam mihi præstant, negata victoriam. Et scio ex abundanti posse facere, quod nos multo fudore destringimus Sed quia invides bona verba lectoribus; vim facere existimer avaritiæ tuæ, dispendium meum *c* devoro. Vale.

c *Mss. Grf. & Pith.* devoveo.

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS MACEDONIO.

a *Vulgo* Gaudeo. *Sic Sirm.*
b *Alij:* cogitare.

AUDEO *a* tein agrum Lavinatum meum post Tyburtes *b* rogare delicias: nec sum religiosi desiderij longus precator. Ea quippe inter amicos petitionum debet esse conditio, ut præstantibus prona videantur, quæ sunt magna poscentibus. Vale.

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS MACEDONIO.

SOLES affirmare, quòd me tibi præferas. Posset hoc esse credibile, si filium meum Attalum ad nos venire patereris. In tuo enim jure est, tuis monitis adquiescit. Quod quidem fieri oportere consentio; sed non eatenus, ut pontificium tuum in damna nostra protendas. Parumne est, quod ipse æq; desiderandus consortium meum deseris, & invides nobis exoptatissimâ
c *Sic bene Ed. Seh.* societatem? Insuper alterum quoque delenificis amoris artibus retines: credo *c* conjiciens acceleraturum esse me reditum, si utroque destituar. At ego denuncio opus esse monitore, qui rettahat hærentem. Nam, ut scis, amo otium, pascor quiete. Instruo itaque te adversum lentitudinem meam, si absentis amici jam desideras reditum, patere brevem præsentis excursum. Vale.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS MACEDONIO.

LICET gravissimis febribus impedirer, non potui denegare tibi honorificentiam literarum, ne religionis negligens judicarer. Nec tamen in multam seriem propagare litteras valui: quarum brevitas inculpabilis est, cùm ex injuriâ valetudinis, non ex voluntate descendat. Vale.

EPIST.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS MACEDONIO.

NEQUE fratris nostri VC. Procliani profectio passa est, ut silerem, neque nostra fivit affectio, ut officijs temperarem. Cape igitur debitum munus alloquij, & ut me facias promptiorem, impertiendæ salutationis operam frequenter usurpa. Vale.

EPIST. XXX.

SYMMACHUS ATTICO.

EST quidem mihi ruris otium voluptati; sed antiquiorem judico *a* tui voluntatem. quare officijs Consularibus, si fors dictum juvet, spectator, & conviva non deero. Vale.

a Ita Lect. & Ed. Sch.

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS ATTICO.

RETRAHERE nos è Campaniæ gremio Tyburtis agri laudibus studes. Est ille, ut prædicas, in tuo rure densus cupressis, & fontium largus, & montano situ frigidus. *b* Essent hæc mihi desideranda, si te morâ uberiore tenuissent. Nunc properato in urbem reditu nescio quam mihi fastiditi loci suspicionem dedisti. Habent enim sæpè voluptates satietatem. Quod si ita est, satisfactum Formijs puto, quibus renunciaveras; cùm tibi etiam prælata displiceant. Vale.

b Sic Lect. bene. Vulg. Sed.

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS ATTICO.

RELEGERE iter, & in conspectum *c* vestrum tandem redire meditamur, licèt filij nostri virium vacui sint, & me febrium noxa remtaverit; minuetur tamen labor intervallis brevibus mansionum. Spero locorum mutatione processurum aliquid optatis. Curam in me diligentiæ tuæ usu probatam crescere in dies gaudeo: cui impensè verbis gratias agerem, si id laudis

c Lect. & Ed. Sch.

laudis potiùs affectatione, quàm sincerâ pietate faceres. Vale.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS ATTICO.

PROXIME indicium salutis meæ *a* prætuli; nec dum quod invicem de prosperis tuis legerem, reddidisti. Non piget tamen ante solutionem religiosum fœnus iterare. Tanta est enim securitas animi in nos tui, ut repensum putem, quicquid ab amante debetur, Vale.

a *Vulg.* ad te pertuli.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS ATTICO.

SALUTATIONIS honorificentiam prælocutus, Getulici Agentis in rebus exsequor postulatum, qui à te justum favorem per me oprat adipisci. Humanitatis tuæ est amplecti probabilem voluntatem numerumque eorum, qui te jure suspiciunt, *b* adiectione novi cultoris augere. Vale.

b *Sic. Lect. Ed. Sch. vulgo* affectione *Alij* collectione.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS DECIO.

ANIMUM meum Campani littoris commemoratione sollicitas: sed nobis quoque in Prænestino rure degentibus non minus voluptatùm supperit. Sint licèt plures hominum sententiæ, quæ maritimis montana postponant: ego tamen vitandis æstibus magis judico nemorosa, quàm cultu aperta congruere. Adieceras ad irritamentum profectionis nostræ, filium meum Flavianum brevi tecum futurum. Huius ego præsentiâ jamdiu defruor. Ex quo intelligis sortem meam multò esse potiorem. Nam & comparationem loci utriusque in ambiguo collocavi, & societatem pignoris mei, quâ maximè glotiabare, in fructum meum transtuli. Ego potiùs remetiri ad nos viam mutatâ conditione deberes *c* ad satietatem, quam tibi attulit

c *Ita ed. tur.*

attulit copiarum longus usus. Nam Campania, ut est absentibus desiderabilis, ita facilè explet morantes. Sed de hoc non ibo longiùs, ne illi regioni, quæ nobis acceptissima est, denunciare, si veneto, fastidium meum videar. Vale.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS DECIO.

NONDUM Neapolitanum littus accessimus, visuri arcem deliciarum tuarum. Sed tamē omnia, quæ Tyrrhenus alluit, nominis tui plena sunt. Quid multa? successisti in famam Luculli, quò magis miror, ad alia *a* te nonnumquam posse transire: nisi fortè fastidio fugis copias, & mutatione castigas satietatem. Sed nimium hactenus afuisti. Puto jam parsimoniæ diuturnitate conciliatum tibi desiderium copiarum. Quin ergo ad nos gradum promoves? aut si libenter illic nostræ immoratis frugalitati, redeundum nobis properè est, quos non decet alienas affectare delicias. Vale.

a Sic *Ms. Cuiac. Ed. Sch.*

EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS DECIO.

VOLUPTATI mihi est, quod vales. Sed quod Formijs nostris Neapolitana ora præfertur, animadverto tui non esse judicij. In gratiam quippe præsentium non sententiam, sed verba mutasti: nisi fortè rerum tuarum collatio facit, illud tibi esse jucundius, ubi fructus uberior. Sed natura regionum suis meritis, non nostris quæstibus æstimanda est. Et quid de hoc multa? Testabitur commoratio tua, an ibi libentùs ocieris: cum in dubium non veniat, quod à me invitus absceſseris. Vale.

EPIST.

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS DECIO.

IOCARI mihi visus es, cùm te scriberes obvia militum arma timuisse. Credo, ne tuum iter in Campaniæ longinqua sequeremur. Nam si ipse diu versatus in castris, nonnihil timoris expertus es; ego togæ assuetus, quid amaritudinis incidissem? Sed non patior, ut tibi ad moram prosit *a* æmulata trepidatio. Caret Appia tota militibus, transvectis omnibus, qui pacato Africæ statu in obsequium divini Principis reverterunt. Quid, quod etiam Patria in rebus angustis, vel opem bonorum, vel societatem requirit? Neque etiam præsentiam nostram sola prospera eius expectant. Laudabilioris officij est, participare dubia cum civibus. Sed jam spes melior urbis mœstæ vultum serenat, & alimonia interim proviso fulta subsidio, frugis Lybicæ stipulatur adventum. Vale.

a Sic leg. ex Ms. Pith.

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS DECIO.

PLÆRUMQUE fors disposita conturbat: quòd nunc mihi usu venit, qui Etruscos vapores salubritatis causâ adire non potui, *b* retentus subitis & tumultuariis. Nulla igitur tibi per me indicitur mora: quin immò & hortor, & postulo, ut festinato itinere Romam revisas, redda; que nobis jucunditatem præsentiæ tuæ, quâ defrui in suburbanis non contigit. Vale.

b Ita Ed. Sch. ex Mss. Gif. Vatic. Fuld. Vulg. rebus retentus urbanis.

EPIST. XL.

SYMMACHUS DECIO.

IAMDUDUM curis publicis, *c* absolutus relegere iter potiùs, quàm auspiciis litterarum lenire amicorum desideria debuisti. Nam si valetudo ex sententiâ sudpetit; quid causæ dicam, quòd diutiùs in Campaniâ

c Ita Lect. Ed. Sch.

paniâ demoraris? An ut nos amantissimos tui defraudes bonis, quę in te solemus amplecti? Quin immò urbis, nostrique reminiscere, & dum opportunitas æstatis invitat, iter festinus usurpa,, ut longa absentiæ tuæ damna tandem optato reditu sarciantur. Vale.

EPIST. XLI.

SYMMACHUS DECIO.

QUò abijt promissorum fides? Speranti recursum tuum, litteraria levamenta tribuisti. Potuit jucunda nobis huius muneris esse perceptio, si nihil grandius spopondisses. An veritus es deliciarum tuarum Consularem virum testem? Nihil egit hæc cautio. Oculis subtracta miracula, auribus deprehendo. Nam ut quisque nostrâ offenditur parsimoniâ, te abesse suspirat. *a* Itaque in contumeliam convivij mei palàm desideraris. Sciet hæc Senatus, audiet populus. Neque enim possum aliter ulcisci absentiæ tuæ justum dolorem. Vale.

a *Vulg.* atq;

EPIST. XLII.

SYMMACHUS *b* DECIO.

b *Hoc nomen Decij abest à Mss.*

ABRUM PENDA justè cessatio est, & in affatus mutuos cura tendenda, ne veteris inter nos amicitiæ memoriam scribendi neglectus attenuet. *c* Quod ut libentiùs dehinc facias, à me sume principium. En tibi litteras salutationem ferentes, quas sensibus tuis voluptati esse testabitur officij æmulatio. *d* Quod si etiam portitori fructum patrocinij tui sermo iste quęsiverit; præcedentis silentij accusabo dispendia. Constabit enim, pluribus me potuisse consulere, si te alloqui antè cœpissem. Vale.

c *Ms Pith.*

d *Ita legit Lect. Ed. Sch.*

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS DECIO.

CUM turi agerem libertate cœli gressum reformas

cuius me usus post dolorem moratur; familiarissimus meus ordiendo, itineri paratus fecit ad scribendum sui copiam. Illicò amicam studio meo amplexus communionem, scripta non distuli: quæ & internos *a* augerent commercium religionis, & cõmeanti primum apud te notitiæ limen aperirent. Si probabiles huius epistolæ causas putas, mihi sermonis tui gratia, illi amoris fructus eveniat. Vale.

a Sic Lect. Ed, Sch.

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS DECIO.

REMUNEROR mihi dictam à te salutem, quamvis diebus proximis ultrò amicitiam stili opere frequentaverim, quæ commemoratio non exprobrat officia. huius enim diligentiæ voluptate animus meus pascitur. Est igitur tua optio, an in me velis sæpè litterarum esse munificus, quod quidem maximè cupio. Sed si quando nobis fructus iste defuerit; eadem mihi gaudia tecum loquendi sermo noster præstabit. Vale.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS DECIO.

VNA hæc via est, quâ maximè civibus ac familiaribus meis prosim, si eos in clientelam tuam, quasi mystagogus inducam. Quod nunc pro Gaudentio facio, vir generis Senatorij: cuius modestiam, si propiùs inspexeris, reppereris claris natalibus parem. Igitur in obsequia tua incunctanter receptus, ante plenam *b* sui fiduciam, quam mox illi morum præstabit inspectio, intelligat de se testimonio meo creditum. Vale.

b Ita Lect. Vulg. tui.

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS DECIO.

SINGULARIS animi tui bonitas sæpè vocat ad iustas petitiones fiduciam meam. Non est igitur commendationum familiarium verenda reprehensio, cùm

cùm ipse ad hoc *a* me studium voti benignitate sollicites. Spes ergò certa est gratas tibi fore litteras, quibus ornatissimum virum Desiderium veterem amicum meum prosequor. Domestica huic causa rumpendi ocij admovit necessitatem. *b* Eam facilè jacturam dissimulare potuisset, si admitteret magnum animum angusta fortuna. Ex ipso latiùs audies, quicquid epistolæ brevitas recusat absolvere. Mihi satis est, pro eo in universum rogare. Suscipe oro, benefaciendi provinciam, quæ hominum merita Deo applicat, clarioresque fructus ex huius commodo cape. Mihi enim videntur beneficia plus conferre præstanti. Vale.

a Ita benè Merc.

b Vulg. Iam Sic Ed. Sch. Merc.

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS DECIO.

NEc *c* abstinere litteris possum proficiscente ad vos domino & filio meo Flaviano, quem prosequi hoc viatico debeo, nec aliquid adiungere, quia tua erga eum diligentia non recipit augmentum. Volo igitur noveris, non esse fastidij quòd quàm minimum de eo scribimus, sed securitatis de tuâ mente præsumptæ. Talis jugiter in eum esse dignare, qualem te vetus amicitia pollicetur: cui adjicit tui honoris gradus, ut quæ pro eo velle debes, posse non neges. Vale.

c Ita Mc. Iaret Vulg. absistere.

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS DECIO.

FAVORE tuo factum est, ut evectionum adminicula sumeremus, quibus familiares mei empturi equos Curules ad Hispaniam commearent. Quæso igitur in rem missos mox transire præcipias; quod longo tempore opus est, ut *c* de singulis provincijs optimos quosque excerpat erectio, & morosior cautela perducat. Præterea tibi valdius obligabor, si duobus alijs veredis eorundem iter juveris: dividentur enim singuli, ut ex diversis provincijs edecument

c Ista omnia sic emendavit Lect.

lectiores. Erit tui beneficij post illustrem & præcellentissimum virum Comitem, quicquid domui nostræ Prætoria filij mei Editio splendoris adjecerit. Vale.

EPIST. XLIX

SYMMACHUS DECIO.

a *Vulgo*, an. tui p. est: *minus perspicuè.*

CERTISSIMUS contra omnes procellas animi *a* tui portus es; ideò ad te sororis meæ filius spei certus accurrit. Negocij autem genus de humanitate seculi expectat auxilium, cuius qualitas virtutibus tuis precum lectione pandetur. Ergò prolixus esse non debeo enarrator injuriæ, quum seriem desiderij fides supplicationis exponat. Has autem solas partes mihi iniungit affectio: ut pro coniuge pignorismei, cuius pauperati gravis paratur ruina, suffragium tui favoris exambiam. Vale.

EPIST. L.

SYMMACHUS DECIO.

b *Ms. Pith.* scio.

GAUDII de te mei nec ipse ostentator esse per verecundiam possum, nec testem alterum *b* cito. Sufficit enim, quòd amorem meum de tuâ mente metiris. Debeo tamen lætitiam confiteri, quæ præfecturæ habenas ad bonam transtulit voluntatem. Interea non minore abundo lætitiâ, quòd domini & filij mei Flaviani prolixus in judicando labor optatâ quiete *c* perfrui meruit. Neque enim te *d* differri diu ab hoc præmio par fuit, neque illum ab ocio retardari. Hoc eò scribo, ut noveris nos pro tuo honore agere æterno Principi gratias, & te idem facere pro illius securitate debere. Interea quæso, ut in epistolis frequentandis morem tuum teneas, nec privatis officijs actus publicos obstare causeris. Nam multijugis necessitatibus par fuisti: nullumq; experientiæ genus est, cuius magnitudo vel novitas te possit à negotijs amicitiæ debitis avocare. Vale.

c *Sic plenius Ms. Pith.*
d *Ita ex eodē Ms. legendū.*

EPIST.

EPIST. LI.

SYMMACHUS DECIO.

HABEANT *a* fortassis aliæ commendationes meæ niterpretationem benignitatis: ista judicij est. Trado enim sancto pectori tuo fratrem meum Severum episcopum omnium sectarum attestatione laudabilem: de quo plura me dicere, & desperatio æquandi meriti, & ipsius pudor non sinit. Præterea testis non laudatoris partes recepi; tibi reservans morum eius inspectionem. Quem cùm penitus expenderis, reperies me cessisse potiùs eius laudibus, quàm per negligentiam defuisse, Vale.

a Sic ex Mss. Iuret. tota hæc epistola legenda.

EPIST. LII.

SAMMACHUS DECIO.

QUID tibi pro tantâ in me meosque curâ dignum rependam? Officia tua reverà æquare nō possum: spondeo tamen, numquam me cultu mentis & affectione cessurum. Nec ambigo etiam te pro benefactis solam boni animi mercedem exspectare. Sed in hac contestatione gratiæ morari me longiùs pudor tuus non sinit: deberi enim judicas amicitiæ nostræ, quicquid ego credo præstari. Vale.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS DECIO.

PARVA est commendatio scriptorum meorum, quum Eusebium familiarem vita innocens, & annosa militia bonis quibusque conciliet. Suo igitur *b* præditus merito, testimonium pro te meum, non ambitum postulavit. Et tamen abstinere non debeo tali genere litterarum, magis ut fidei satisfaciam, quàm ut labantem gratificatione sustentem. Hæc igitur petitionis meæ summa est, ut in præclaro pectore tuo formam circa se voluntatis meæ inveniat. Vale.

b Ita vulgata bene.

EPIST. LIIII.

SYMMACHUS DECIO.

VT es solers omnium rerum, scis quantum legatio sollicitudinis habeat quantum peregrinatio difficultatis. Circumferat. Hæc domino & filio meo Attalo Senatus desideria prosequent, amor tuus levia & tuta præstabit. Suscipe igitur partes benignitatis & petitioni meæ debitas, & tuo ingenio congruentes. Satis Attalo videbitur, quisquis erit eventus officij, curam pro se meruisse potioris. Vale.

b Sic Mss. Vtth. Ed. Sh.

EPIST. LV.

SYMMACHUS DECIO.

SÆPE nos, ut condecet, litteris muneraris. Obsolescere enim quadam silentij rubigine animorum fœdus existimas. Facis officium germanis studijs animisque conveniens. Pro quâ re vicem tibi sermonis referre non distuli. Cuius ea solutio est, ut me affectu tuo etiam nunc sentiam debitorem. Omnia enim facili vicissitudine, & compensatione redduntur. Contractus verò amicitiæ & religionis æternus est. Vale, & ad scribendum diligens esse perseverа. Nos litterarum solatia suggeremus, quibus aut animum mulceas occupatus, aut vicem referas otiosus. Vale.

EPIST. LVI.

SYMMACHUS DECIO.

TUA vetus humanitas nos hortatur opem poscentibus non negare. Pro Theodulo autem scribendi mihi ad te causa propensior est, quum sit colonus agrorum meorum, atque illi debita magis, quàm precaria cura præstetur. Serva igitur consuetudinem tuam, & precibus meis, ut mos tuus promittit, inflectere: ut quicquid culpæ aut erroris incurrit, contra illius meritum meo digneris b interventu relaxare. Vale.

b Ita benè vulg. Alij intenentui.

EPIST.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS DECIO.

ET virtutis & propositi tui est, bonos quosque suscipere: inter quos Alexander contemplatione honestatis jure censetur. Hunc & in adjumentum sui, & amoris in te mei gratiâ, & familiaribus litteris prosecutus impendiò deprecor, ut illi favorem congruum tribuas, mihi vicissitudinem sermonis exsolvas. Vale.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS DECIO.

DUAS oratiunculas meas nuper editas, ad illustres viros virtutum & litterarum sacerdotio præditos, Felicem & Minervium misi. Harum etiam te, ut amantem mei, si mediocribus ingenijs non offenderis, opto esse lectorem. Ipsi voluminis copiam facient. Ita enim studiosè famam meam nutriunt, ut suffragia bonorum mihi nesciant invidere. Vale.

EPIST. LIX.

SYMMACHUS DECIO.

SACRAS mihi litteras Julius Agens in rebus exhibuit, leopardorum munificentiam continentes. Idem tuam desideratam nobis paginam simul tradidit. Principe igitur loco salutationis tibi solvo reverentiam. Dehinc postulo, ut pro me gratias agas votivæ largitatis auctori: quæ jucundior erit, si ei commendationem prosecutio opportuna præstiterit; & quod verecundia mea vix implere potuisset, oris tui affabilitas exsequatur. Spero enim ex mensurâ affectionis, quam de te mereor, [a] quòd cumulatissimè possim magnitudinem nostræ gratulationis implere.

Vale.

[a] *Ita optimè Ms. Gisan.*

EPIST. LX.

ONERABAT verecundiam meam, quòd prior scripseras. Continuò altera epistola tua gravatæ fronti duplex fœnus imposuit. Formido quod cupio, ne mihi ante solutionem duorum contractuum tertius à te sermo tribuatur. Habet quippe hanc impatientiâ, quæ in te pollet, oris ubertas, ut intervallum vicissitudini neget, & officia nondum compensata præveniat. Una igitur ad satisfactionem via supereſt; ut imparem mestilo fatear, quamvis cultu amicitiæ *a* parem non negem. Nec contumaciter fieri putes, quòd tibi animi mei diligentiam confero. Alioquin frustrà à te diligor, nisi affectione saltim nos patiaris comparari. Quare posthanc professionem meam laudatæ facundiæ donum frequenta: me, si rarior fuero, memento cessisse. An ego adversus judicium publicum provocem scriptis Epistolarum Regiarum Magistrum? Nostrum est, pastorales inflare calamos; tuum sacris tibijs carmen incinere: nos obtundit otium, te usus exercet. Nisi fortè hanc nostram privatæ vitæ vacationem magis opportunam frequentandis litteris putas. Vides non eodem motu flumina de stagno serpere, & de fonte properare? Omne quod in cursu est, viget. Continuatio experientiæ vires suas renovat. Sublatum tibi est, quod respondere potuisses. Fac deinceps, qui vales scribendi copiâ, ut tantum mihi adferat facultatis exemplum tuum, quantum ingenium meum non dedit. Vale.

a In Ms abeſt tò parem.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS PATRICIO.

DENUNCIAVERAM quòd rarior in scribendo essem futurus. Quid amicitiæ faciam, quæ cogit, ut mentiar? Descivi à proposito: sed credo te huiusmodi probare fallaciam. Nunc velim cogites, quàm frequens esse debeas, qui spei amplius obtulisti. An non

non prior in me jaculatus es oris tui munera? Quibus ego veluti herbam porrigens, cum veniæ petitione respondeo. Maneas oro promissis, & cæptorum tuorum diligentiam teneas. Fidem tuam convenio, qui me pœnè jactito mentitum. Vale.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS PATRICIO.

IDEO *a* amicitia comparata est, ut officiorum vicibus mutua gubernetur utilitas. In rem præsentem spectat præfata sententia. Præsumo namque eximietatis tuæ studio supplicationem fratris mei Calliſtiani, atque eius uxoris exsortem sacri beneficij non futuram; cui & æquitas desiderij, & usitata impetrationis forma suffragio est. Quando igitur nihil obstat oratis, admove juvandis precibus benevolentiam. Quæ cùm tibi innata sit, remittit mihi deprecandi laborem. Nam penè injuriam facit benignitati, qui anxiè petit, quod præstantis natura *b* sponte promittit. Vale.

a *Sic Iuretus conjecit benè.*

b *Ita plenius Ms. Pith.*

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS PATRICIO.

TANTUM esse apud te loci Aurelio meo gaudeo, ut à me tibi traditus invicem sub commendatione reddatur. Vicisti nostram pro eo diligentiam, quam jubes arescere. Itaque sum dicto audiens. Nulla enim caritas ita plena est, ut augmentum non capiat, me domo abesse, & Campaniæ pasci ocio libens admittes. Nam soles amicorum prosperâ, voluptate partiri. Tibi honor militiæ pariat fructus secundos, sit vita nostra secura, vestra conspicua. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS PATRICIO.

PROPINQUORUM meorum causas Martyrius

prosequitur, qui has à me litteras in suffragium suum meruit. Quæso ut effectum sperati de te favoris obtineat. Vale.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS PATRICIO.

IN tuas manus veniet causa mei pignoris, adeò ut amica legibus fulciatur. Sed ut est multiformis plerumque perfidia tutorum, in varias sé frequenter artes vertit, Obnoxios credo nunc *a* saltim sacro cessutos oraculo, si vestra æquitas suggerenda celebraverit, Vale.

a *Sic Ms. VVouv: Ed. Sch.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS ALIPIO.

SAlutationis honore præfato, familiarem ptecationem tui animi adnecto. Agris enim, quos in Cæsariensi Mauritaniâ possidemus, ut fieri amat per dominorum absentiam, nihil reliqui facit Officij *b* Præsidalis improbitas. Sæpe ad Rectorem provinciæ delata querimonia parvi habita est per ignaviam judicantis Ergò quoniam remedia minora non *c* prosunt, ad maiora confugimus. Feras opem, quæso te, ne res tot injurijs exhausta succumbat. Debes hoc & tuæ famæ, & amicitiæ meæ; ut peculiariter juvare digneris justitiam postulati. Vale.

b *Sic Ms. Gif Vatic. Vulg.* Præsidialis.

c *Ms Gif.* n. possunt.

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS ALIPIO.

QUi sperat brevi se venturum in conspectum amicorum, solet scribendis epistolis abstinere. Mihi & tua spes visendi te integra est, & fastidium non creat litterarij usus officij. Celebro igitur honorem tuum salute dicendâ, nec interim posco rescriptum: quia fœnus stili mei fabularum munere, *d* ex proximo repensabis. Vale.

d *Sic Ms. Pith. Cuiac. Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. LXVIII.

SYMMACHUS ALPIDIO.

INTELLIGO diligentiam, quam sanctæ domui *a* uæ defero, nimiùm tibi esse compertam. Hinc est, quòd mecum læta communicas, & dominæ ac filiæ meæ valetudinem stilo indicas in spem redire meliorem. Ago igitur uberes gratias, & Deos precor, ut tua secunda proficiant. Nobis tardior Africanarum navium commeatus incutit curas, & sterilitas conditorum. Quapropter ad collationem vocati remedia patriæ usitata promisimus. Sed votis opus est, ut voluntatiæ *b* sponsioni solutio prompta respondeat. Vale.

a *In Ms. Pith. est,* nostræ.

b *Sic Lect.*

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS ALPIDIO.

TRADIDERUNT memoriæ, qui res *c* priscas loquuti sunt, in judicium quendam *d* vocatum, quòd Aticiâ tenùs precarium de amico cantherium mutuatus, ulteriotis clivi ardua præteriisset. Fuerit hęc parsimonia; & diligentia pauperis sæculi, ut prætervectus decretum locum, commisisse in amicitiam diceretur. Assumpsi igitur, quod amor tuus ingerebat; tantùm quæ *e* absum a metu successionis tuæ, ut sperem ultrò bonam fiduciæ meæ gratiam. Necesse est enim *f* probes, quod ipse fecisses. Sed quid hæc tanquam purgata produco? De Formiano scribo integer valetudinis; unde equorum copulam magis exercitâ, quàm fatigatam remisi. Mulos paulisper tenebo. hanc enim dederas optionem: quam si repudiassem, viderer libentius in usurpandis uti animo meo, quàm in *g* permissis tuo cedere. Vale.

c *Lect. Ed. Sch.*

d *Lect. Ed Sch.*

e *Sic Ms. Cuiac.*

f *Sic Lect. Ed. Sc.*

g *Vulg.* promissis

EPIST.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS ALIPIO.

CUM moleſtias urbanas retracto, abeſſe delectat: cùm vos cogitatione contemplor, tædet abſentiæ meæ. Medium eſt igitur levamen in litteris; quas ideò ad te dedi, ut ſimul & amicitiæ ſatisfaciam, & ſecutus exemplum, tuas mihi epiſtolas præſtes, in quibus vides plus eſſe ſolatij. Vale.

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS ALIPIO.

PLURIMUM mihi opis atque adjumenti tuæ litteræ ad confirmationem ſanitatis impertiunt. Primò, quòd te memorem noſtri eſſe teſtantur: dehinc, quòd indicia tuæ proſperitatis adportant. Fateor igitur adhuc infirmam valetudinem meam ſcriptorum tuorum aſſiduitate refoveri; atq; intelligo, quid ex præſentiâ tuâ commoditatis habiturus ſim, quum tantum ex litteris ſalubritatis [a] indicibus accipiam. Vale.

[a] *Sic Lect.*

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

MEDIOLANUM [b] profectus hæc ſcribo, & hinc honorificentiam vobis debitæ ſalutationis exhibeo. Æquum eſt, ut mea cura de vobis relatu piæ viciſſitudinis mitigetur. Vale.

[b] *Alij:* provectus.

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

PERVENIMUS, ſed veniſſe jam pœnitet. Nam ubi primum ſolum Bajani littoris contigi, ſtatim pedis dolore correptus ſum. Atque ideò pauca dictavi, mox in ſcribendo futurus uberior, ſi me ſanitas optata reſpexerit, & veſtræ invicem litteræ provocaverint. Vale.

EPIST.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

PRIMO adventu, ut scripto superiore signavimus, valetudo nostra percusia est: seu insalubribus aquis, sive aëris mutatione. Fors viderit. Nunc status melior cœpit adversa tenuare: sed præ cæteris remedio fuit, quòd vos salvere cognovimus. Quòd si etiã rediûs nostri tempus inquiritis, ad Idus Octobris legere iter, si dicto fortuna assit, optamus. Vale.

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

SCIO & desiderari & expectari à vobis litteras meas, quia moris est, ut munus huiusmodi à proficiscentibus inchoet. Auspicium ergò vobis *a* servandæ inter nos salutationis emitto; nequaquam dubitans, tanquam signo dato ad respondendum vos desides non futuros. Valete.

a *Ita ad sensum concinnavit Lect. adiutus Ms. Gisan. & vulg.*

EPIST. LXXVI.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

RELIGIOSUM atque votivum est, ut à Quæstoribus Candidatis dona solemnia potissimis, atq; amicissimis offerantur. *b* Quo in numero jure censemini. Offero igitur vobis eburneum dypticum, & canistellum argenteum libratum duarum filij mei nomine, qui Quæstorium Munus exhibuit: & impendiò precor, ut hanc honorificentiam dignemini gratanter amplecti. Valete.

b *Lect. in quorum nũ.*

EPIST. LXXVII.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

SUBESSE aliquas silentio meo causas sponte æstimare potuistis, nam *c* quomodo omisissem religionis munia, si valerem? *d* nunc paulatim dolore cedente officium salutationis *e* differre non potui. Vestri

c *Sic Sch.*
d *Sic Ms. Pith Ed. Sch.*
e *Sic. Ed. Sch.*

a *Vulg.* Sid. Vestri erit muneris referre mutuam vicem, *a* quæ mihi dies optata pertulerit, ad convalescendum fomenta præstabit. Valete.

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

b *Vulgo*, In t. POSTQUAM paginam, quæ vobis salutationem ferret, emisi; *b* repore affuit, qui mihi vestras litteras exhiberet. Quarum perceptione principiò lætatus; ubi commune pignus decubuisse cognovi, conflictatus sum repentè amaritudine lectionis. Sed quia filium nostrum redditum sanitati subjuncta docuerunt, in tranquillum denuò animus *c* remigravit. Meæ valetudinis statum scriptis superioribus indicavi; cujus denuò meminisse non opus est, ne vos sollicitæ scriptionis iteratio conturbet. Valete.

c *Vulgo*, remeavit. *Sic autem Mss. Pith. & Vatican. Vide sup. l. I. Ep. 11 Et ind. Alij* remigavit *trãslatione nautica.*

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

DE reditu filij nostri Fausti prænuncias paulò antè litteras misi, ut accelerata securitas desiderij vestri impatientiam mitigaret: sed munus salutationis iterare ipso etiam proficiscente non piguit. Capite igitur geminam voluptatem: primò ex ipsius reditu, deinde ex fermone fraterno, quo vobis redditos sanitati communes liberos indicamus. Valete.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

SUPERIORIBUS diebus litteras frequentavi; sed nulla assiduitas potis est animum amantis explere. Puto autem vobis ad cognitionem sufficere, quòd valere nos scribimus: licet commune pignus paucis diebus sanguinis effusione vexatum, otij nostri minuerit voluptatem; Quod jam divinâ ope ad plenam sanitatem cœpit emergere. Valete.

EPIST.

EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS MESSALÆ.

FORTUNA cum civibus nostris revertit in gratiam, postquam te sibi *a* Respublica vindicavit. Annumerandus est igitur cæteris sperantibus æquitatem Iucundus amicissimus meus; quem morbo jam diutino gravem, *b* Præfectura eminens ad cognitionem privatæ litis exciverat. *c* Est illi quidem votivum, sub examine tuo respondere propositis. Sed valetudo voluntati obnititur, quæ effusione sanguinis sauciata, itinerum recusat incerta. Nec deerit jus adversantis petitioni, si ad Vicarium tuum disceptatio transferatur. Hæc igitur summa est postulati: ut cùm causæ nihil de loco pereat, salutem homini peregrinatio remota conciliet. Vale.

a *Ita ex Mss. Gif. Pith. & Iur. leg. Ed. Sch.*
b *Sic Lect.*
c *Ita Meteor.*

EPIST. LXXXII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

INSTRUENDA mihi atq; adornanda Prætura est, ad cuius Editionem magnitudinis tuæ processus animavit. Incœptum enim meum viribus fratris utetur. Quæso igitur mecum religiosè votiva officia partiaris, & familiaribus meis ad Hispaniæ longinqua pergentibus, ob equorum Curulium coemptionem, suffragia promovendi *d* negotij digneris adnuere. Longùm fiat, si velim litteris præstanda percurrere. Capita rerum subiecto indiculo strictim notavi. Tibi integrum erit, adijcere beneficia, si quæ stilus petentis omisit. Vale.

d *Ita supplet Ms. Cuiac Ed Sch.*

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

SI quid pro amico atque unanimi meo Iucundo priora scripta valuissent, agendis magis gratijs, quàm renovandis petitionibus à me sermo impenderetur, sed quia in civili negocio auget eius infirmitatem

a *Ms. Cuiac. Ed. Sch.* tem *a* crebra conventio; jamnon pro causâ, sed pro valetudine familiaris mei instauro sermonem. Et certè

b *Ita Lect. Ed. Sch.* difficilis impetratio esse non debuit, *b* postquam illi divinus affatus longæ peregrinationis gratiam fecit: cuius rei executionem miror esse difficilem, cùm lenitas tua soleat talia etiam sine Rescripti auctoritate præstare. Impensiùs igitur quæso, ut Vicarii foro sæpè in his judicijs agitata causa reddatur: quando

c *Ms. Pith. Ed. Sch.* hoc & sacræ litteræ *c* imperant, & judiciorum non refutat humanitas. Vale.

EPIST. LXXXIV.

SYMMACHUS MESSALÆ.

PRIMAM mihi scribendi causam religio fecit, ut amicitia nostra litteris excolatur. Secundam suggessit humanitas, ut viro optimo Thalasso familiari meo tua concilietur affectio. Superest, vt & mihi sermonis tui vicissitudo respondeat, & commendatio ex ex sententiâ procedat optatum. Vale.

EPIST. LXXXV.

SYMMACHUS MESSALÆ.

d *Ita leg. ex Ms Cuiac.* ET *d* mei circa te propositi ratio poposcit ut scriberem, & viro clarissimo, atque ornatissimo Eusebio adstipulatio mea deesse non debuit: quem probè de optimis viris emeritum quæso tua benignitas muneretur. Nam laudabilis quisque hanc solam mercedem pudoris atque honestatis exoptat, ut ad intimam familiaritatem bonorum tuique similium purâ conciliatione perveniat. Vale.

EPIST. LXXXVI.

SYMMACHUS MESSALÆ.

e *Ms. Pith. non habet* τὸ tribuit. OMNIS commendatio amicis testimonium *e* tribuit, suffragium præstat incognitis. Processus igitur vir ornatissimus filius meus, non est in eâ parte numerandus, cui ex beneficio scripta præstantur; sed potiùs

potiùs in eâ cui viciſſitudo examore perſolvitur. Puto jam liquere tibi, quæ circa illum familiariter tenenda ſit forma judicij, quem ſine favore commendo. Dignum eſt igitur, *a* quantum apud me meriti collocavit, tantum apud te benignitatis inveniat.. Vale.

a *Sic Ms. Pith. Ed. Sch.*

EPIST LXXXVII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

NUMIDAM familiaritas noſtra apud te debet iuvare: quem tuo trado ſuffragio, ut meritum, quod apud nos honeſtis officijs collocavit, tua pro me cura compenſet. Mores hominis ex meo pende iudicio, & in omnibus, quæ utilitas eius exquirit, votum commendantis imitare. Vale.

EPIST. LXXXVIII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

AMICITIÆ parentum rectè in liberos transferuntur, ut charitas ſemel inita, ſucceſſoribus eorum velut *b* hæreditario iure proficiat. Quo nomine optimi quondam viri Gregorii filium diligendum pariter ac tuendum recepi. Fuit enim mihi cum patre eius fidum fœdus animorum; ſed religionis debitum tecum opto partiri. Quapropter queſo, ut curam meã pro eo in his, quæ uſus popoſcerit, exſequaris. Inter cætera autem vota juvenis præcipuum liberalis animi ſignum eſt, quòd cupit foro tuo non obſcurus ortu actor accedere: cui (ut ſpero) & magiſterium ſplendore dicendi, & ſuffragium mentis bonitate præſtabis. Vale.

b *Sic Ms. Pith. Ed. Sh.*

EPIST. LXXXIX.

SYMMACHUS MESSALÆ.

JAMDUDUM litteras meas in manus tuas credo perlatas, quib⁹ allegavi, quod iudiciis approbatum eſt; amicum meum Iucundum, quamquam tui examinis cupidum, per valetudinem non poſſe proficiſci. Huius

indies morbus augescit: & ideò repeto postulatum, ne incidat invidiam contumaciæ, qui miserationem meretur. Et sanè civili causæ nihil decerpet humanitas, si ad Vicarium vestrum transferatur examen. Nam pariter & laboranti detrahetur injuria, & *a* negotio finis debitus eveniet.

a *Ms. Pith. Ed. Sch.*

EPIST. XC.

SYMMACHUS MESSALÆ.

PROBAVIT effectus non immeritò a me sperata, quæ præstare dignatus es, magisque me culpam potuisse contrahere, si apud amantem, Prætorias pignoris nostri necessitates pudore tacuissem. Ornari ergò nos gaudeo frequentibus amoris tui testimonijs: & volo speres, quicquid gratiæ Editio nostra quæsierit, ad tua beneficia me cedente referendum. Vale.

EPIST. XCI.

SYMMACHUS MESSALÆ.

HONORES quidem semper vitæ ac litterarum splendore gessisti. Sed bonorum nunc omnium gratulatio est, etiam publicum tibi decus esse delatum. Opto igitur ex sententiâ partis fruaris insignibus, & provectus in cumulum gloriæ magnitudinem judicij Imperialis æquipares. Vale.

EPIST. XCII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

OFFICII mei est nunciare, quòd valeam: *b* voti, ut te salvere cognoscam. Ergo indicio prosperorum meorum partes amantis implevi: tu mihi adhuc debes sanitatis tuæ gaudia. Quæ ut *c* solidâ fide in notitiam meam veniant, & Deorum favor & tua scripta præstabunt. Vale.

b *Sic ex Ms. correxit Lect. Ed. Sch.*

c *Mer. Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. XCIII.

SYMMACHUS *LONGIMANO.

*Alij LONGINIANO.

AMICO *a* animo gaudia nostra participas, & integratum Flaviani filij mei honorem stili gratulatione prosequeris. Dignus es lęta cui semper eveniant. Hãc autẽ dignationis tuæ benignitatem scio ab illius instituto manare, quipræstitit. Laudabiliter igitur sequeris magisterium optimæ voluntatis. Tene quæso, ut facis, constantiam rerum bonarum; illum imitare, nos dilige. Vale.

a Ita Ms. Iur. Ed. Sch. Vulg. Amicorum.

EPIST. XCIV.

SYMMACHUS LONGIMANO.

HONOR militiæ vestræ dantis beneficijs enitescit. Quum igitur te meritorũ ratio summis proximũ faciat, famæ *b* ergò & gratiæ decus benignitate conquire. Nec procul abest, de quo huiusmodi fructum capessas. Juvandum enim tibi filium meum Desiderium litteræ ingerunt; virum, præter fortunam, cunctis rebus ornatum, quas sibi hominum cura præstat. Sed illa quoque cum eo in gratiam, si faveris, revertet. Restat ut velis, quod pro loci ac meriti tui viribus potis es, sic facile inclinatum amici nostri negociũ depulsã lite sanabis. Vale.

b τὸ ergò abest à Vulg.

EPIST. XCV.

SYMMACHUS LONGIMANO.

AMPLECTI amicitias domini & filij mei Flaviani antè dignatus es. Sed nunc tempus datur, ut illi documenta verę familiaritatis exhibeas. Sacris enim D. N. Honorij Augustissimi Principis litteris ad officium magnifici Consulis evocatus, occasionem dabit, quâ & ipsius meritum judicio tuo pateat, & tua in eum affectio clarescat. Interea partes parentis interventus meus exsequitur. Nec in dubium venit, quid ponderis

habeat pignorum commendatio apud eum, qui suos diligit. Hæc autem summa est desiderij mei, ut in animo tuo reperiat amorem meo similem. Vale.

EPIST. XCVI.

SYMMACHUS LONGIMANO.

IN favorem me Dynami cohortaris, cuius tibi amore non cesserim. Est enim vir artium bonarum, cultûs, *a* ornatûs. Libens itaque in tuam concedo sententiam, dignumque esse prædico, qui nostro Ordini copuletur. Sed adjiciēda est ei prærogativa militiæ, ut beneficio allectionis utatur. His quippe tantùm muniā relaxari Divalia constituta voluerunt, quos castrēsis honor illuminat. Si igitur & hoc insigne detulerit quod annonarū & evectionum cumulet adiectio; prono cursu in Consulares legetur. Quare in tuâ manu est & illius meritum, & meum studium supplementis talibus adjuvare. Interea nimis miror, quòd in viro illustri Flaviano domino & filio meo, nec gradum honoris, nec jus amicitiæ cogitasti. Nam cùm præstans auctoritas tua vinarij tituli debita flagitarer; usque ad officij *b* multam condemnatione progressa est. Patienter admitte, neque Præfecturam, neque amantissimum tui virum tali contumeliâ debuisse perstringi. Quæso igitur, ut tantum ei posthac deferre digneris, quantum tibi invicem convenit exhiberi. *c* Egò certè amborum parens nihil à te patior stridoris emergere: quin immò religiosis officijs crescere inter vos causas mutui amoris exopto. Vale.

a *Alij Vulgo* ornatu *absq; distinctione.*

b *Ità bene ex Ms. Gif. Sch.*

c *Sic Lect. Ed. Sch.*

EPIST. XCVII.

SYMMACHUS LONGIMANO.

CEPI ex litteris tuis gaudium, postquam familiares meos ad Hispaniam commeantes adiutos epistolari commendatione docuisti. Quare acceptam gratiā & mente contineo, & ore confessor. Facit autem verecundia tua, ut de hoc parciùs loquar. affectum enim non verba desideras. Vale. EPI-

EPIST. XCVIII.

SYMMACHUS LONGIMANO.

IAMDUDUM desideratas litteras tuas nunc immodicâ animi gratulatione susceptas. Debita igitur reverentiâ & amore respondens, adjicio ut in reliquum frequentate digneris munus voluptabile, quod sponte tribuisti. Sed huic postulato non opus est immorari. Neq; enim petitio mea debet elicere, quod tua *a* promittit benignitas. Vale.

a *Sic Ms. Cuiac. Ed. Sch.*

EPIST. XCIX.

SYMMACHUS LONGIMANO.

CULTUM amicitiæ libenter exerceo. video enim mihi à te talionem curæ parilis non negari. Magnus autem diligentiæ incentor est amor tuus. Quare beneficij loco exprobrare non possum, quod ex debito defero. Ipse enim tibi auctor es officiorum meorū, quæ scribendi assiduitate sollicitas. Vale.

EPIST. C.

SYMMACHUS LONGIMANO.

SENTIO quid mihi affectionis invicem deferre digneris. Sed vehementer admiror, quòd dominum filium meum Flavianum, qui te parili amore complectitur, erga amicitias tuas imparem esse suspiceris. Si igitur aliquid in assertione meâ putas esse gravitatis, *b* oro ut huiusmodi persuasionem me adserrore depo-
nas; & exclusis aliquarum susurris constantiam serves sanctis moribus tuis & amicitiæ congruentem. Certè si quid in notitiam tuam æmulus *c* sermo pervexit; mecum quæso *d* participes, ut amaritudo quæ ex aliorum *e* insimulatione concepta est, fides purgationibus diluatur.
Vale.

b *Ita totum hunc locum restituit Lect. Ed. Sch.*
c *Ita Ms. Lect.*
d *Mercer. Ed. Sch.*
e *Ita Lect. benè.*

EPIST. CI.

SYMMACHUS LONGIMANO.

SANCTO Fusebio arbitror pro summâ commendationis sufficere, quòd eum mihi profiteor approbatum: & ideò verbis pluribus elaborare non debeo, ut ei tuam conciliem voluntatem. Præsumptum quippe teneo, his, qui mihi fida obsequia detulerunt, favorem tuum minimè defuturum. Nos ex sententiâ valemus; libenter habituri, si sospitatis tuæ litteras non negaris. Vale.

EPIST. CII.

SYMMACHUS PETRONIO ET PATRUINO.

PRo cognitis & probatis pauca dicenda sunt. Mei enim officij, non sui meriti testimonium ferunt. Quapropter laborare non debeo, ut præstantiæ vestræ domini & filij mei Flaviani merita commendem: siquidem vetus inter vos amicitia revertetur ad usum feliciorem. Mei sermonis hæc summa est; ut in patriam redux sibi perpetuum amorem vestrum, mihi mutuam reportet salutationem. Valete.

EPIST. CIII.

SYMMACHUS PETRONIO ET PATRUINO.

OPTO ut hanc salutationem vigoris *a* integer, & prosperis lætus accipias. Tradetur autem ad optimum virum Desiderium, cui maximam laudem pura vita conciliat. Testis hæc officij mei pagina; relatura plurimùm boni, si te pronum in amicitiam tradentis attraxerit. Nam ut respondere digneris, enitendum mihi pro tuo amore non arbitror. Hæc una voti mei cura est, ut favorem commendatus adquirat, redeatque laudator beneficiorum tuorum; quorum utilitas ad illius commodum, ad meum sensum gratulatio redundabit. Vale.

a Vulg. vig. integri, & prosperi. l. *Sic autem Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. CIV.

SYMMACHUS PETRONIO ET PATRUINO.

VIDEO Flaviani filij mei honorem propterea hucusque jacuisse, ut ei testis melior eveniret. Inciderat in tyranni *a* justitium judicio bonorum temporum reservandus. Sed præstitit illi amissio Præfecturæ, quod mutavit auctorem. Quæ igitur verba tantum munus æquabunt? Coniungite, oro, vos nobis ad referendas præcelso viro gratias. Nam cùm singuli vincamur rei magnitudine; opus est laudatoribus multis, ut numerum impleat onus debiti. Et sanè dominus pectoris mei, à quo profectum est beneficium, non ex alterius verbis, sed ex gaudio conscientiæ mensuram facti sui colligit: nec ignorat talia esse, quæ præstat, ut vincant spem solutionis. Nos tamen gratiæ vicem, *b* fide amicitiæ & observantiæ rependemus: damusq; huic rei obsides animos, quibus satisfaciunt liberi lucis auctoribus. *c* Pijs enim contractibus amor sufficit. Vale.

a *Sic Ed. Sch. Vulg.* beneficium.

b *Sic probat Lect.*

c *Ita Ms. Cuiac. Ed. Sch.*

EPIST. CV.

SYMMACHUS PATRUINO.

AGENDIS D. M. Comiti excellentissimo viro gratijs par esse non potest mediocritas verborum meorum. Tibi igitur hoc munus injungo, ut de impetratis erectionibus in adminiculum Prætoriæ functionis, habitum mentis meæ apud eum plenius exsequaris: simulq; digneris eniti, ut in rem missis celer ad Hispanias transitus impetretur. Appetit enim tempus Editionis, metusq; mihi est, ne equorum Curuliũ tarda *d* coëmptio, & morosa deductio sollicitis *e* arctetur angustijs. De hoc etiam sublimem virum & præcellentissimum Comitem, securus impetrationis oravi. Adjeci præterea commonitorem, cuius suffragator esse dignaberis: ut si molesta petitio non videtur, familiares meos datis ad potissimos Hispaniarum litteris prosequatur. Satis dictum est. Si quid aliud tuis auribus amicorum meorum sermo suggesserit, oro, ut

d *Sic Ms. Lect, Iur, Ed. Sch.*

e *Lect. Ed. Sch.*

in curam sancti & fidelissimi pectoris tui recipere non graveris Vale.

EPIST. CVI.

SYMMACHUS PATRUINO.

AMOR mutuus facit, ut tibi ex usu meo agenda delegem. Cùm igitur filij mei Prætoria instet Editio, quam vir Illustris Comes, omni virtutum genere sublimissimus, suis evectionibus juvare dignatus est; coëmptioni equorum curulium celeritas admovenda. Quare quæso te, ut familiares meos ad Hispanias missos, nulla tarditas demoretur: quos commendari tuis litteris volo, ut illis merita tua Hispanorum mentibus impressa suffragio sint. Vale.

EPIST. CVII.

SYMMACHUS PATRUINO.

a *Alijs*: egenis *male.*

IULIANI *a* Agentis in rebus modestiam novi, natales probo, fortunam doleo. Fatalibus enim malis diu & graviter exhaustus est. Sed credo cum eo omnia in gratiam reditura, si patrocinio tuo & humanitate foveatur. Plura non dicam, cùm præclaris moribus tuis familiare sit, opis indigos sublevare, & huic petitioni meæ etiam tuæ mentis natura consentiat. Vale.

EPIST. CVIII.

b *Sic Lect.*

POST consensum partium, post vinculum pactionis, allegataque in judicio monimenta placitorum filius meus Cæcilianus denuò ad incerta litis attrahitur. Nota *b* est tibi qualitas causæ meritò omitto comperta stilo exsequi. hoc tantùm de sancto animo tuo impetratum volo, ut ijsdem viribus, quibus luctamina prima sedasti, repetitæ medearis injuriæ:

quia justitiam tuam debet acriùs insitare
adversum fidem placiti rupta
concordia. Vale.

EPIST.

EPIST. CIX.

SYMMACHUS PATRUINO.

APERTA est improbitas eorum, qui reducunt in quæstionem pactionibus terminata, & per impatientiam quietis, finem jurgij secundâ lite commutant. Æstimâ igitur filij mei Cæciliani dolorem, cui otium conciliare non potuit damnis patrimonij empta concordia. Nam reducitur in longinqua judicia, quibus facilè si suffragium tuleris, eruetur. Est enim in te atque fratre portus omnium, quos fortuita sollicitant. Prolixior in petendo non esse debeo: quum causę qualitas, & tua justitia plus de te favoris, quàm meus interventus eliciat. Vale.

EPIST. CX.

SYMMACHUS PATRUINO.

DUo ad me bona parilis voluptaris recentes nuncij pertulerunt: & vos justis honorum creviſſe Proceſſibus, & domino ac filio meo Flaviano fructum privati otij esse delatum. Sumptâ igitur geminâ fide, vestras litteras super hoc expectare non debui, quas æstimavi per verecundiam differendas. Quare æstimationem lætitiæ meę vobis relinquo: quia mensuram eius de vestro in nos amore *a* colligitis. Sed his gaudijs etiam illa opto coniungi, quæ de Prætoriâ Editione filij mei jampridem postulata meministis. Nam vehementer admiror, justis & solemnib⁹ desiderijs nondum arrisisse sacrum Rescriptum. Itaque secundis litteris rursus oravi, ut petitiones nullas graves, mihi verò jucundas, quibus missa pariter etiam minorum magistratuum exempla suffragantur; benignè, ut mos eius est, tradi jubeat *b* effectui. Sed beneficentiam tanti viri, cui semper voluptas est, supra spem magna præstare, promptiorem spem reddendam, si, ut frequenter popoſci, vestris admonitionibus provocetur. Vale.

a *Ms. Pith. Ed. Sch.*

b *Sic Leſt. Ed. Sch.*

EPIST. CXI.

SYMMACHUS PATRUINO.

FRATREM meum Severum multo sermone prosequerer, si novo aditu amicitiam tuam peteret, prædicationi ingenium eius conveniret. Parco igitur copiæ, tuoque judicio: ut justitia diligentiæ tuæ potiùs voluntati, quàm meis litteris applicetur. Vale.

EPIST. CXII.

SYMMACHUS PATRUINO.

CUM tibi omnium meorũ sit cura præcipua sit, præsumo filio meo Arcentio spectabili viro, quẽ mihi adjungit affinitas, intimam familiaritatem tuã posse reserari; quam meritò illi & vitæ decus, & familiæ antiquitas conciliat. His proprijs eius bonis etiam meæ preces in augmentum commendationis accedunt: ut planè dubitare non possim, cumulatiùs ei & meum testimonium, & tuum judicium profuturum. Vale.

EPIST. CXIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

DOMINUM & filium meum Attalum de summatibus viris ad Dominos & Principes nostros amplissimus Ordo legavit, instructum varijs de more mandatis, quæ spectare visa sunt bonum publicum. Huic si fautor accesseris, futurum reor, ut illi pro labore fructus *a* accommodet. Quæso igitur, vel legationis merito, vel meo nomine in optimum virum benè consulas; qui satis animi confirmatus est suffragio tuo successuram fœlicitatem. Vale.

a Ita Ms. Iur. Pith. Ed Sch.

EPIST. CXIV.

SYMMACHUS PATRUINO.

BEATUM te, qui honorum *b* emeritus otiaris. Nos in Patriæ salo vivimus, & fluctibus verberamur, Quorsum ista protulerim, dominus & filius meus Attalus eloquetur: cui spes visendæ præstantiæ tuæ, laborem peregrinationis fecit optabilem. Vale. EPI-

b Lect. Ed Sch. Variat. Ms. Pith. Vulgata benè habent.

EPIST. CXV.

SYMMACHUS PATRUINO.

DUo mihi pariter jucunda delata sunt. Primò sermo tuus, qui etiamsi continuus, fastidium non moveret. Dehinc fratris nostri Frumentij exoptatus adventus; quem ego in numerum *a* bonorum esse referendum, priusquàm morum ipsius periculum facerem, ex prærogativâ tui testimonij judicavi. Sed ubi propiore congressu probitatis ornamenta patuerunt; adverti eum minùs quàm ratio postulabat, per verecundiam prædicatum, *b* ne ipse se laudatione suâ mandatâ litteris videretur ingerere. his ergo muneribus optatum tibi solvo responsum, quo me agere ex sententiâ, & *c* frui commodâ cum meis valetudine recognoscas. Huic autem rei nihil adjiciendum puto, cùm solo nostræ salutis indicio gratulatio fraterna possit expleri. Vale.

a *Sic Ms. Cuiac. Ed. Sch.*

b *Ita legit ex Ms. Gif. Sch.*

c *Sic Ed. Sch.*

EPIST. CXVI.

SYMMACHUS PATRUINO.

SCis pro insitâ tibi humanitate quid parvulis, & parentum suffragio destitutis benignitatis ac misericordiæ debeatur. Meritò mihi apud te utendũ esse non arbitror longo ambitu litterarum pro illustris memoriæ viri Severi filijs: qui nisi bonorum Iudicum juventur auxilio, prædæ atque iniuriæ subiacebunt. Quicquid eorum poscit utilitas, favor tuus non gravetur impendere: ut publico saltim defendantur adjutu, qui familiaribus adminiculis deseruntur. Vale.

EPIST. CXVII.

SYMMACHUS PATRUINO.

EX SORTEM te sermonis mei esse non patiar, neq; à scribendi perseverantiâ silentij tui imitatione deducar. Scio enim plerun que non amicitiæ negligentiâ, sed obstrepentibus curis officia retardari. Velim

lim idem credas, & inposterum curam capessas integrandi istius muneris, quod ipse jam pridem moratis. Ero tunc promptior exhibendis litteris, qui ne nunc tempero, cùm gratiam mutuam non reporto. Vale.

EPIST. CXVIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

CERTUM habeo, nihil apud animum tuum amicorum litteris esse jucundius: & ideò promptissimè frequento colloquia, quæ scio apud eximium virum magni esse momenti. Superest, ut ipse, quàm benignè litteras meas sumis, tam libenter indicia propriæ sospitatis emittas. Vale.

EPIST. CXIX.

SYMMACHUS PATRUINO.

CORDI est frequenter alloqui vos, ne videatur apud me officiorum familiarium cura tepuisse. Atque ideò salutem votis opto, litteris dico: petens, ut si quando stili usus intervallo longiore cessaverit; causam silentij non voluntati, aut desidiæ, sed occupationib⁹ applicetis. Vale.

EPIST. CXX.

SYMMACHUS PATRUINO.

ATHANASIUS VC. peregrinationis injuriam justo dolore susceptit. nam pactæ ei & nobis arbitris *a* junctæ obligatione pignorum nuptiæ denegantur. Exaggerarem facti huius invidiam, nisi verba rebus essent minora. Ipse apud te quod quæsito opus est, pleniùs eloquetur. Orare non debeo, ut tuo juvetur auxilio, quod illi & amor tuus spondet, & munita legibus causa conciliat. Vale.

a *Mss. Gisi* vinctæ.

EPIST. CXXI.

SYMMACHUS PATRUINO.

SCIO ad indicium amicitiæ pertinere, quòd religio-

gionem tuam participem nostræ necessitatis assumo. Suscipe igitur, quæso te, proclive mandatum, quod pro mutuâ diligentiâ etiam non rogatus curare deberes. *a* Vrsi quàm plurimi ad Editionem Muneris nostri ex Italiâ devehuntur, quos cupimus celeriter in usum exhiberi. Dignare igitur eorum transitum studio & diligentiâ vindicare; simulque adhibere custodiam, ne qua fraus avara commutet. Maximè autem rumpendæ sunt moræ, quia dies proximus functioni cogendo apparatui non relaxat inducias. Vale.

a *Sic Lect. Ed. Sch.*

Aranian. XVI. 12. p. 110.

EPIST. CXXII.

SYMMACHUS PATRUINO.

PROBO modestiam tuam. Sed damno mihi esse non debuit, dum sperata expectat impleri. Et certè nunc postquam rei effectus finem silentio dedit, dispendium meum frequentior stilus sarciat. Est aliud *b* quo juncta scripta compenses. In agendis D M. Consuli pro beneficio suo gratiis nostram sortire personam, eo affectu, quo amicorum tibi gaudia vendicas. Sed, ut scio, luculentioribus verbis, & propter ingenij tui magnitudinem, & sine adulationis pudore absentis gaudium prosequêris. Adde, si placet, quod antè postulatum tenes, ut aliarum Lybicarum mihi emptio sacrâ Auctoritate præstetur. Quo impetrato omnium perceptionum donum putabo. De juvene autem meo retexere non laboro, quæ sponte meministi. Intelligo enim remitti modestiæ meæ precandi necessitatem, cùm libentiùs à sublimi & magnificentissimo viro non expectata præstentur. Vale.

b *Sic divinabat Sch. ad sensum.*

EPIST. CXXIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

IN viro optimo & amicissimo meo Petrocio Romana simplicitas est. Taceo, quòd illum longa militia & inculpata cohonestat. Minora enim cætera facit morum eius inspectio. Hunc unanimitas vestra ante

non

non didicit: judicium meũ secuta suscipiat. Si visu vestro jam ei opus fuerit, quæso ut illi honor testimonij mei conciliet apud vos amoris augmentum. Vale.

EPIST. CXXIV.

SYMMACHUS PATRUINO.

AMICORUM liberis usui esse debemus, quod etiamsi ipse nescirem, tuo exemplo & imitatione didicissem. Ad hanc sententiam pertinet, qui tibi litteras exhibebit. Fungitur autem militiâ in scrinijs litterarum: cui satis opis & fœlicitatis eveniet, si ad clientelam splendidissimæ domûs tuæ meruerit pervenire. Vale.

EPIST. CXXV.

SYMMACHUS PATRUINO.

ATHANASIUM bonis artibus clarum securius amare cœpi, postquam de eo judiciũ tuum comperi. Magna enim prærogativa est, placuisse sapienti. Quare commendatione eius abstineo, ne minora asseram, quàm te credo sentire. Illa pars mihi pronior dictu est, ut ames in eo spem, quam dedisti, addasque inchoato beneficio perfectionem. Quam si aliquis evẽtus eluserit, effice, oro te, majora præstando, ut illi prioris voti prosit amissio. Vale.

EPIST. CXXVI.

SYMMACHUS PATRUINO.

NON novum atque intentatum refero postulatum, sed quod ingestũ tuis auribus recognoscas. Illustris memoriæ viri Rufini ex præfecto urbi filias paternâ affectione defendo: quarum solicitudinem per vos quibus Reip. curæ est, oro tutari. Et ideò precator accedo, ut quicquid claræ quidem, sed miserabilis domus usus exegerit, facili impetratione mereantur. Res namq; illis est per Apuliam, non tam reditu ampla, quàm censu. Hæc nisi bonorum Iudicum sulciatur auxilio, publicis oneribus fessa succumbet. Opis igitur

igitur tuæ levamen expectat. *a* Me quoque tibi facies gratiæ debitorem, si gravi pondere victam salutaris defensor erexeris. Vale.

a *Ita ed. Sch. optimè*

EPIST. CXXVII.

SYMMACHUS PATRUINO.

PROMPTIOREM me circa Herennij laudabilis viri defensionem judicia vestra fecerunt. Habet enim plurimùm voluptatis electio, & provocant animum sperata præsidia. Sed meum non est, scripto ostentare, quid negocio promovendo cura *b* nostra contulerit. Narrabit hæc vobis ille, quem juvimus, simul ipsius rei exitus officia testabitur. Cuncta enim, quæ direptio sparserat, investigata patuerunt. Itaque in jus Herennij revertetur legibus quidem debita, sed patris *c* sensui acerba successio. Nunc vestræ de me existimationi gratias ago atq; habeo: & spero fiduciam nostri apud optimates viros esse mansuram, cuius documenta cœpistis. Vale.

b *Ita Lect. ed. Sch.*

c *Sic Lect. Ed. Sch.*

EPIST. CXXVIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

AMOR in te meus ex summis *d* opibus annitetur, ut in dies singulos bonorum tibi cultus accedat: *e* tantum abest, ut sinam veteres tibi amicos insimulationum *f* improbitate decerpi. Inter quos vir clarissimus Scipio virtutum tuatum, me quoq; teste, laudator, spoliatum se amore tuo per æmulos ingemiscit. Sed mihi verisimile non videtur, stabilitatē animi tui rumoribus falsis potuisse mutari; cùm benè conscius vitæ, nihil in se maledicis licere sermonibus debeat æstimare. Quare hortor & deprecor despuas, si qua sunt inculcata mendacia, atque hunc honorem meritis tuis vendices, ut qualis ipse es, talem te ab omnibus intelligas judicari. Nemo in te transferat odij sui semina. Iam dudum enim genus est artis ad alendas vires discordiæ suæ, sollicitare metum potiorū.

d *Ita bene ed. Sch.*

e *Sic plenius Ms. Gifan. Ed. Sch.*

f *Ex Ms. Gif. Sch.* pravitate.

Non

Non ibo longiùs, quum mihi impetrationem spondeat sapientia morum tuorum, quam puto carere responsuram litteris meis: ut non tam ignovisse te Scipioni, quàm nihil de eo asseras credidisse. Vale.

EPIST. CXXIX.

SYMMACHUS SIBIDIO.

CVRAM de te meam nolo ex epistolâ metiaris. Pauca salutantium verba sunt, sed vora prolixa. Liceat igitur imitari erga te parsimoniam religionis, quibus jura amicitiæ conferuntur, & officium pium brevi paginâ tanquam *a* parvo ære persolvetur. Neque enim devotio requirit excursum. Tibi autem præscribo stili terminos. *b* Erunt mihi quæ de te scripseris nimis magna, si læta sint. Vale.

a *Ex libb. vulg. conjecit Sch.* parco ore. *Non male. Sic autem Ms. VVovv. Ed. Sch. Iur. Ed. Venet.*

b *Sic Ms. Cuiac Ed. Sch.*

EPIST. CXXX.

SYMMACHUS SIBIDIO.

AEGER est animus meus, quamdiu fides certa sit quòd portum sanitatis intraveris. Huic expectationi satis facias volo. Non enim mihi honorem fieri obsequio litterario, sed magnæ sollicitudinis levamen tribui exopto. Vale.

EPIST. CXXXI.

SYMMACHUS SIBIDIO.

NVMQUAM efficies silendo, ut me ad parem voluntatem ducat imitatio. Cogito enim non quid temporali causæ, sed quid perenni amicitiæ debeatur. Cumque sim mei officii severus arbiter, curam tuam casu sæpius quàm fastidio credo cessare. Sed ne longa colloquij intercapedo quamvis tui amantem cogat timere *c* neglectum; quæso constanter munia familiaritatis exerceas. Quo enim pacto intelligere possum, grata esse quæ defero, si negaveris quæ reposco? Vale.

b *Sic Lect. Merc Ed. Sch. b e fastidium, contemtum.*

EPIST.

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. COS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER VIII. *

* Editus post eius obitum à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

***

COMPERTUM HABEO, quolibet honorum culmine animum tuum non solere mutari. Quicquid enim benè meritis honestatis accedit, id solutum magis videtur esse, quàm præstitum. Et ideò mirari me ac stupere confiteor, cur tantâ virtute atque humanitate præditus, jampridem circa me munere litterarum abstineas. Quod ego etsi causarum occupatione magis quàm voluntate arbitror accidisse; tamen orare non desino, ut censuram tamen nostri memorem frequens, sermo declaret. Vale.

EPIST. II.

SYMMACHUS ALMACHIO.

MIHI quidem à te *a* multiplex, atque varium nunus exhibitum est: sed adverti verecundiâ factum, *b* quòd tibi in solidum assumere noluisti omnẽ capturæ sylvestris eventum. Nam tuâ indage captum

a *Ita Ed. Sch. optimè.*
b *Sic Ms. Gif. Ed. Sch.*

a leporem gloriatus, b aprum ſerviles manus aſſerit incidiſſe. An c ſævitas feræ indigna tibi viſa eſt, quam laudi propriæ vendicares? Sed hæc joco dicta ridebit. Nunc alia, quæ de me requiris adverte. Diebus paucis etiam nunc morari Capuæ deſtinavi; dehinc mutationibus vicinorum totum hunc mentem producere; d atq; ita, ſi Dij juverint voluntatem, relegere Appiam potero moleſtæ acceſſu hyemis. Vale.

a *Ita Ms. Gif. Vatic. Fuld. Alij*: aprum.
b *Alij*: leporem.
c *Ita divinabat Sch. optimè.*
d *Sic reſtituit Ed. Sch.* h. e. *per Appiam viam redibo Romam, ob vicinam hyemem. Vide Epiſt. ſeq.*

EPIST. III.

SYMMACHUS FRUCTIANO.

SOLLICITATUS jamdudum litteris tuis e tam diu angar, quamdiu de te ſecunda cognoſcã. Quid igitur vel medicorum curatio, vel abſtinentia tua ad ſalutem promoverit, opto cognoſcere. Ipſe bonæ valetudinis compos reviſere patriam fortunâ ſuffragante conſtitui, priuſquam laborii itinerum, proceſſu adultæ hyemis augeatur. Vale.

e *Ita Ed. Iur. & Sch*

EPIST. IV.

SYMMACHUS LOLLIANO.

PRIMAS litteras ſponte tribuiſti; ſecundas mea cura debet elicere. Sume igitur ſalutationẽ, quam viciſſitudine munereris. polliceor itidem cum reſponſis tuis paria me facturum. Vale.

EPIST. V.

SYMMACHUS PRISCILIANO.

ESSENT mihi gratæ litteræ tuæ, vel ſi nihil de meis apud Africam meritis ac laudibus continerent. Nam ut mihi decus aliquod, ita tibi pro mutuâ amicitiâ gaudium præſtiterunt. Hinc factum eſt, ut epiſtolam lætus emitteres. Exultans quippe animus gloriatur, & oſtentatione ſui non poteſt abſtinere. f Pro tãto igitur in nos amore Deorum benignitas te muneretur. Etenim cùm ipſe me non ſolvendo dignum arbitror, ad vicem meæ gratiæ favorem tibi præſidij cœleſtis. exopto Vale.

f *Ita ſupplet Lect.*

EPIST.

EPIST. VI.

SYMMACHUS SEVERO.

GRATÆ quidem semper litteræ tuæ nunc legentis animum momorderunt, cùm te indicarent morbi diututnitate macerari. Quæso custodes bonorum Deos valetudini tuæ medicas applicent manus: ne optimi Senatoris longa vexario fidem faciat, nihil curare cœlestes. à quâ opinione dissentio, teque protinus ope salutarium potestatum solidæ sanitati præsumo reddendum, si modò ipse plenus spei lætis cogitationibus elucteris adversa. Vale.

a *Ita Iuret. & Ed. Sch.*

EPIST. VII.

SYMMACHUS CAPRIOLO.

ADVENTANTE Eusio speravi litteras tuas; sed fiduciam casus fefellit. Ego tamen silentij tui imitator esse non potui. quare indebitis fungor alloquijs: ut qui præsul huius officij esse debueras, exempli necessitate ad diligentiam provoceris. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS EUSEBIO.

FUERIT verecundiæ tuæ, quòd hactenus nihil notis alloquij detulisti. nunc sume fiduciam, quam ad invitamentum familiaritatis ingerimus, & gratas fuisse litteras meas sermonis assiduitate testare. Vale.

EPIST. IX.

SYMMACHUS MARTIANO.

SCRIPTIONIS auspicio fiduciam tuam provoco. quare familiaritatis nostrę aditum ingredere securus. Vicissitudo officij tui faciet, ut inchoata per me amicitia convaleścat. Vale.

EPIST. X.

SYMMACHUS IRENEO.

EXSPECTASSE te arbitror litteras meas, ut in mutua officia provocatus erumperes. Sume igitur sermonem, cuius sequeris exemplum. Ero posthac in scribendo diligentior, si cœptis nostris vicissitudo respondeat. Vale.

EPIST. XI.

SYMMACHUS *

AFFECTIO in te animi mei non litteris æstimanda est. Religio enim fide pectoris continetur: in verborum officijs latet plerumque simulatio. Quare tibi in scribendo rarior videar, nihil amori existimes decerptum. Et sæpè evenit, ut homines tui nec profectionis suæ mihi indicium faciant, & mutuas paginas non reposcant. Sed de hoc loqui largiùs non oportet: quia sufficit amanti brevis & districta purgatio. Ad ea transeo, quæ utrique votiva sunt. Hilaratus sum sanitatis tuæ nuncio, & rependo, quo gaudeas. Nam mei quoque corporis vigor post infirmam valetudinem cœpit assurgere. Vale.

EPIST. XII.

SYMMACHUS PACATO.

ET in deferendis & in repẽdendis tibi litteris desidẽ me arbitror non videri. Quare etsi memini ad te diebus proximis officia nostra manasse: curavi tamen etiam debito fœnore sermonis absolvi. Sed si unquam brevi intervallo usus iste cessaverit, velim cogites amicitiarum non frigere respectum. Religio enim magis fide animi metienda est, quam ostentatione verborum.

Vale.

EPIST.

EPIST. XIII.

SYMMACHUS APOLLODORO.

PERVENISSE arbitror famam, quæ te absolutum non modò honoris, verùm etiam curarum fasce vulgavit. Si ita est, ero tibi nunc confirmator boni olim desiderati. Mea cum filio sanitas ope divinitatis in solido est. Tibi *a* ut & salus valida, & reditus felix secundet, tam nostra vota, quàm tua merita præstabunt. Vale.

a *Sic Mere.* οὐ τύχως.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS CÆCILIANO ET PROBIANO.

ABUNDO lætitiâ, postquam valere vos didici, *b* nostræque amicitiæ inter negotiorum dura meminisse. Sed quando fiet, ut solatijs litterarum damna abstinentiæ sarciantur? Ego autem vos Prætorijs meis fascibus primos interesse voluissem, festisque communibus decus facere. Sed feram necesse est, anteferri mihi causam Senatûs. Quare in superioribus verbis desiderij magis contestatio est, quàm querela discidij. Præstabit cælestium favor, ut mandatis patriæ absoluti, iter fœlix ad ludorum nostrorum solemne relegatis, Vale.

b *Ita Ed. Sc.*

EPIST. XV.

SYMMACHUS ALLEVIO.

EX debito venit sermo, qui redditur: ex bene ficio, qui sponte defertur. Secundæ mihi partes relictæ sunt, postquam stilus tuus mea scripta prævertit. Nunc vice salutationis repensâ operam tuam curamque deposco in his, quæ Castor ex usu, atque utilitate nostrâ promovendâ suggesserit. Vale.

EPIST. XVI.

SYMMACHUS * CARTERIO.

* *Confer epist. 7. lib. 9.*

GRATUM habeo, de testimonio meo non esse debitatum: receptumque in familiam tuam Auxentium filium nostrum *a* lectissimum juvenem in meo ære duco. Quo nomine amicitia nostra in arctiora fidei jura convenit. Et præstabit usus longior, ut cùm in eo bona plura cognoveris, adstipulationem meam de meritis eius, infra terminos veritatis stetisse fatearis. Vale.

a Sic optimè omnes Mss.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS RUFINO.

PROVINCIALI actione decursâ, quæ ad sacri auditorij Cognitorem necessariâ provocatione pervenit, delectatus sum fide ac dilgentiâ tuâ: & fortunâ negotij non defensoris inscientiæ, sed voto Iudicis imputavi. Hortor igitur amicitiæ meæ fiduciam geras, & testimonij interim adstipulatione contentus, domum nostram, quæ multis circumlatratur iniurijs, forensis industriæ tuearis officio. Nos ut sponte gratiam nudo & simplici protestamur alloquio: ita ad referendam vicissitudinem, si fors juverit, pares esse nitemur. Vale.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

IN agro me esse miraris. At ego justiùs studeo ad cõmunem te patriam spreto ruris otio revertisse, nisi quòd causam tibi reditûs iterata lis attulit. Alioquin, ut est mens tua quietis cupida, *b* malles negocijs rusticis immorari. Mihi suburbanitas pedum ægritudine laboranti magis solatio, quàm voluptati est. Nullam jucunditatem tristis morbi sensus admittit. Sed spero, si innocentiam divina respiciunt; & forensi observatione sanandum. Gratus & facilis erit, *c* aut mihi Romam

b Alij mallet.

c Sic legit Lect. Ed. Sch.

mam reditus, aut tibi ad agrum, in quo nunc diversor, excursus. Vale.

EPIST. XIX.

SYMMACHUS PATRUINO.

IPSUM te malo, quàm delinimenta verborum. Tu contra epistolis absentiæ moras redimis. Quid si tibi respondisset opimitas segetis, aut vindemiæ arsisset ubertas? Omnium temporum vices in otio ruris exigeres, qui Patriæ famem agris demorando non respicis. An solo juvaris aucupio, cuius me parte donasti? Sed hîc quoque positus gulæ illecebris largiter utereris. Nam simul tibi & coempta ex foro Cupedinario, & ex suburbano tuo perlata supperterent. Quid, quòd etiam jactari morbo matronam tuam simulas? cuius valetudini, si vera prædicas, solitudo non competit. Plura enim Romæ salubritatis instrumenta sunt, maior medentium numerus. Vide igitur ne aliud genus suspicionis incurras, si obsessam à morbo coniugem, vacuo secessu,, & a intutâ ablegatione macera-veris. Vale.

a *Vulg.* diutinâ.

EPIST. XX.

* * *

PRÆ cæteris temporum vicibus æstate delector: non quòd diurnas horas longior Solis meta producit, nec quòd res rationesque nostræ novâ fruge diteſcunt: sed quia pacatâ navigatione desideratas mihi litteras tuas frequens invehit commeatus. Quid enim vel animi voluptate jucundius, vel ad officium amicitiæ accommodatius præstari potest, quàm ut te mei amantem usu crebri sermonis experiar? Ergò dum anni tempus invitat, dum pervium mare est; pabula quædam & nutrimenta mutuæ affectionis veluti in hyemem congerantur. Quum hæc scriberem salus mihi ex sententiâ suppetebat, tuis videlicet adiuta votis.

Neque enim alia nobis de causâ arbitror optata succedere, quàm judicio, & amore *a* Carthaginis. Vale.

a *Ms. Pith.* charitatis.

EPIST. XXI.

SYMMACHUS LUCILLO.

INDULGERE te otio, opinionis falsus putabam: tu verò animum lectione, labore corpus exerces. Hoc indicant scripta, & munera tua stilo exsculpta, & parta venatu. Mihi Flaminia emetienda est, ad novos fasces generosi Consulis evocato. O si reditus tuus antecaperet profectionis meæ molitiones! juvari me amplissimo viatico crederem. Sed qui multo itinere discernimur, & neque mihi mora, *b* neque tibi properatio commoda est, verbis pagina fungetur. Præfatâ numinũ veniâ, Prætorem Symmachum meum mox urbanum tribunal accipiet. Festa eius frequentari potissimis amicorum, quibus annumeraris, exopto. Da istam gratiam procul affuturo ijsdem diebus. Gratius est, quod deferrur absentibus. Vale.

b *Sic Mercer. & Ed. Seh.*

EPIST. XXII.

SYMMACHUS * ANDRONICO.

INore tuo vernat Cecropia Musa, mihi lingua Latiaris est. Nec desideraveris æqua stili mei munera. Litteris vincimur, amore certamus. Sed meritò rescriberem, si solam epistolam detulisses. Tu verò, ut es amicorum diligens, Bibliothecæ nostræ carminum tuorum divitias intulisti. Quid tibi hoc dignum rependam, tenuis ipse facundiæ, & paupertini ingenij? Tradam publicæ admirationi, quæ legenda misisti. Et quanquam laudator impar, bonum sæculi publicabo. Nihil ex hoc derogabitur operis tui gloriæ. Nam & Homerum novimus à dissimilibus prædicari. Careret quippe fama magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset. Sed quid hæc

* *Huius Poetæ insignis mentionem facit Ammianus lib. 19. Sic Ms. Gif. Vulg.* Martiano.

hæc longiùs traho, quum brevitatem verecundia tua postulet? Cura ut valeas. Et si quid stilo adieceris, cum mediocri judice, sed non ingrato lectore, participa. Vale.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS MARCIANO.

DEos oro, ut quæ mihi interim valetudo est, eadem tibi ac tuis suppetat. Videor plenè hoc anteloquio scribenda complexus, *a* de tuâ sanitate votum, de meâ *b* gaudium. Sed epistolas breves esse non pateris. Quæ igitur ἐπιστολὴ erit paginæ longioris? Ubi sim, quid egerim (nam præcipuè amicitia rerum talium curiosa est) si placet prosequar. Principium voluptatum de Formiano sinu nascitur, quæ civitas quõdam Læstrygonum populo fertur habitata. Hos ventri & gulæ usque ad feritatis invidiam legimus obsecutos. Plusculos in eo littore dies, sed deliciarum parcus exegi, tantam cæli salubritate, & aquarum frigore suadentibus moram. Affuerunt pignora mea; quorum cupiens nostrâ urbe processeram. Nec fuit operæ, mox ulteriùs iter aggredi, cùm præstò essent desiderati. Illorum dehinc arbitratu legi oram, quæ Formias & Cumanum littus interiacet. Nunc mutuis invitationibus aut in Baulos, aut in Nichomachi Gaurana migramus. Amicorum subinde mihi affluentium largiter est. Non vereor, ne me lascivire in tantâ locorum amœnitate, & rerum copiâ putes. Ubique vitam agimus Consulatem, & in Lucrino serij sumus. *c* Nullus in navibus canor, nulla in convivijs *d* helluatio, nec frequentatio balnearum, nec ulli juvenum procaces natatus. Scias nullum esse in luxuriâ crimen locorum. Vale.

a *Sic habet Ms. Gif*

b *Mercerus.* studium. h. e. *Satisfacio circa incolumitatem tuam voto meo, studio & solliciudini tuæ circa meam.*

c *Ita Ed. Sch.*

d *Sic Ms. Gif.*

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS MAXIMIANO.

NIHIL inter te, & parentem tuum optimum re aut affectione divisum est. Ergò & litteras, quas ad eius reverentiam misi, ut omnium particeps in acceptum referre potuisti. Sed jam colendus es nobis etiam tuo nomine. Præterea cavi, ne respondente uno imputaretur mihi vicissim munus duorum. Convenit tamen brevitas huic paginæ, quia relatu digna præcerpsi. Quare sermonem istum tanquam amoris in te nostri tenebis testem. Verùm te in rescribendo decet esse prolixum. Neq; enim par conditio est iterati *a* à me, utrique autem *b* nostûm singularis laboris. Duos meatus replere uno fonte difficile est: uni alveo abundè influunt duplicata principia. Vale.

a Hæc absunt à Ms. Gif.
b Sic Lect. benè

EPIST. XXV.

SYMMACHUS ALBINO.

CREDO arbitreris circumsessum me Campaniæ amœnitatib⁹, scribendi ad te hactenus negligentem fuisse. Non est ea fortuna horum locorum, ut seriam curam sepeliant voluptates. Insolitis omnia necessitatibus strepunt, & oneri cessêre deliciæ. Quare negocium pro otio reperi. Nec possum facilè ad hæc amicitiæ munia animum retorquere. Spondeo tamen reverentiæ tuæ, quæ litteris meis præferas. Relegere ad vos iter avidissimè studeo. Eadem quippe me causa, quæ vetuit scribere, cogit redire. Vale.

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS GREGORIO.

DEDI ad parentem tuum litteras, quib⁹ contentus esse potuisti. Nam ut est utrique vestrûm unus animus; ita satisfaciet idem cultus ambobus. Sed metui imitationem, ne mihi alter è vobis duorum vice & ore rescriberet. Quare, ut in *c* honore Numinum fieri solet

c Sic rectè legit E. Brisson: & Ms. Ior.

solet, litationi addo donarium, breve, fateor, & quod prolixius esse voluisses. Sed in adiectis mensura non quæritur. Ipse copiam redde brevitati; quia familiares paginas eos oportet extendere, quibus non est necesse geminare. Vale.

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS CENSORINO

PROMPTA & avidâ manu litteras tuas, cùm mihi offerrentur, invasi; ut prospera, cogniturus. Sed cùm percurrerem lectione enumerationem dispendiorum tuorum; voluptati successit offensio. Et illa quidem adversa, quæ cum plurimis pertulisti, more humani ingenij, habent aliquod de societate solatium. hunc verò piraticæ deprædationis ictum, quem speciatim casus tibi durus adjecit, impressum altiùs puto: quia neque habet participem, & geminavit dolorem. Contra hæc fortuita, virtute ac ratione animus armandus est, spes quoque assumenda meliorum. Sæpè titubantia in solidum reverterunt. Nihil hominibus æternum est. Volvunt mortalia vices crebræ, & omnium rerum fuga *a* vivitur. Paucis ista perstrinxerim, quum tibi pro eruditione plura succurrant. Nunc ad illa respondeo, quę de me scire voluisti: Quàm primum Neapolim petitu civium *b* tuorum visere studeo; illic honori urbis religioſę intervallum bidui deputabo. Dehinc, si benè destinata Dij juverint, Capuano itinere venerabilẽ nobis Romam, laremq; petemus. Inter hęc, si mihi evenerit aspectu & colloquio tuo defrui explebor gaudij satietate. Sin maior necessitas negaverit nobis tui copiam velim curarum nube detersâ eam sapienter resumas animi alacritatem, quam tibi congressus noster sedulò conciliare potuisset. Vale.

a *Ita Ms. Gif. Ed. Sch. Vulgo*, fit.
b *Sic Lect.*

EPIST.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS ROMANO.

MEMINISSE te scio, quòd me quoque idem de amico dolor perculit; sed jam nobis sermonum vices debent esse solatio. Scribo igitur, ut respondere cogaris, & à funestis cogitationibus redeas in officia viventium. Fecerit religiosa causa, ne prior scriberes: non eris tam irreverens, ut provocatus abstineas. Vale.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS SALVIO.

VIDI in litteris nuper mihi redditis religiosum pro nobis animi tui gaudium, & apertissimè deprehendi; quid voluptatis ex amicorum prosperis usurpes. Promptiùs igitur *a* te diligo, postquam hoc votum bonæ mentis inspexi. Et quamvis ipse domino pectori tuæ excellentissimo viro scriptorum gratiam pro Flaviani fratris tui honore retulerim: nihilominus tamen quæso, ut etiam magnitudinem gratulationis meæ apud auctorem tanti beneficij digneris astruere. Vale.

a Ita Lect. Ed. Sch.

EPIST. XXX.

SYMMACHUS JOVIO.

INTERFUIT publicæ utilitatis, ut tibi maiora negocia crederentur. Quare prolixa non debet esse gaudij mei attestatio, ne adulationis suspicio devenuiter judicij veritatem. Opto igitur, tibi suscepti officij cursus arrideat. Quamvis dubitare non possim, nec mutari probitatem, & bonas artes stimulo præmiorum fœliciùs incitari. Vale.

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS EUDOXIO.

EXULTAVI gaudio ob amicitiæ honorem, quum litteras tuas sumerem. Sed ubi Annius noster, quàm sis dubius valetudinis, indicavit, in gravem curam lætitia derivata est. Video enim peregrinationi, quæ morbi instar est, damnum sanitatis adiectum. Solatur tamen sollicitudinem meam, quòd parsimonia tibi familiaris est, quòd cognata sapientia, & adversis fortunæ animus ingentior: quæ bona reducere solent valentiam corporis, & vigoris serenum. Spero igitur de te cognitu lætiora, & aures jam fœlicibus nuncijs paro. Faciet justitia, quæ pios respicit, ut post huius incommodi citum transitum, vitæ tuæ prospera longiùs porrigantur. Vale.

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS VRBICO.

AVSPICIUM mihi scribendi prior, ut mos est, facere debuisti, cùm te huius diligentiæ domestici tabellarij reditus commoneret. Sed quia nobis vel oblivio, vel occupatio religionis tuæ desideratum munus invidit, ego usurpo principium: æstimaturus in reliquum de raritate vel copiâ tuorum apicum, utrum voluntate litteris ordiendis, an magis necessitate defueris. Vale.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS IUSTINIANO.

SCIO me in scribendo tardum fuisse. Consultò stilum distuli, dum refoveo tenuatum itinere vigorem, quo tibi de me læta cupienti voto similis pagina traderetur. Fiat igitur ex optimo nuncio moræ compensatio. Certè ego eam dico legem litteris amicorum, ut assiduitate illorum animos probent, meum bonitate delectent.

Vale. EPIST.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS EUSEBIO.

SCRIBERE ad te antè voluissem; sed commeantibus multis fidam occasionem debet excerpere scribentis electio. Accepisti causam tardioris officij: quæ si animo tuo satisfecit, curare dignaberis, ut ad me quoq; responsa tua idoneis commissa perveniant. Vale.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS IOHANNI.

QVÒD serò ad te scribo, amicitiæ tenacis indiciũ est, cuius memoria repetitis ex intervallo probatur officijs. Ipse quoq; silentium tuum non aliter interpretor. Nam *a* etsi stili honorificentiam quęro certus fidei tuæ, etiam de tacito amore non dubito. Sed vereor, ne ista sententia tibi suadeat negligentiã scriptionis, & hæc amicitiæ munia judicij mei securus omittas. Hortor igitur quæsoque, ut illam potiùs cogites partem, quæ assiduitati gratiam parit; non quæ promittit veniam raritati. Vale.

a Ita coniecit ex Ms. Gif. Sch. Vulgo, cùm.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS QUINTILIANO.

AD indicium mei citra te amoris hæc scribimus, & ut ipse ad respondendum provoceris exemplo. Cùm igitur ego partes religionis impleverim, expecto, ut ipse etiã vicissitudinis solutione fungaris. Vale.

EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS CRISOCOMÆ.

PROXIME penatibus meis redditus, etiam nunc te mente & cogitatione respicio. *b* Itaque animi illâ iucunditate, quam coram de sermone tuo hucusq; capiebam voluptatem, compenso. Cui si mutua cura responderit; cùm tantam mihi delata amicitiæ tuæ scriptio

b Sic plenius ex Ms. Gif. restituit Sch. optimè. sic inf. ep. 20. & 24. lib. 9. dixit Animi voluptatem.

scriptio *a* gratiam tribuat, quanto amplius relata præstabit? Vale.

a *Ita ex eodem Ms. Gif. leg. bono sensu.*

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS ROMULO.

SALUS pignoris communis in tuto est, cuius studia sollicitudini meæ delegata proficient. Meæ quoq; valetudinis esto securus, & ad vicem talium nunciorũ curam de te meam similibus responsis absolve. Vale.

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS *

QUERI de silentio non potes, qui nihil scriptorũ mihi hucusque tribuisti. Sed si simile stili opperiris auspicium, sume exemplũ religiosi officij, quod debeas æmulari. Ero deinceps ad exercendum stilum promptior, si me fructu mutui sermonis animaveris. Vale.

EPIST. XL.

SYMMACHUS AVENTIO.

SECESSIONEM tuam etiam tacitus adprobavi. Nam cùm interveniente discordiâ supremis *b* cõ generi interesse non posses, eâ mœstâ profectione visus es satisfeciſſe pietati. Ipse quantum civi optimati fuerat deferendum, triduo domi commoratus implevi, non famam captans, sed humanæ fortunæ vices cogitans. Quid enim tam rationabile est, quàm tribuere collegæ, quod tibi quandoque bonos cupias exhibere? Vale.

b *Locus mendosus.*

EPIST. XLI.

SYMMACHUS ANTHIOCO.

NUNC primùm honoris limen ingressus, nimis immaturè adventum successoris exoptas. Agnosco impatientiam Græcis delicijs congruentem, *c* quã velim toto anni orbe dissimules, ac te migrasse in tribus

c *Sic ex Mss. Bes. Seh.*

tribus Romuleas recorderis. Quid enim dignum conquestione perpessus es? Nondum te militares contumeliæ perculerunt: nondum catervas mulierum scissâ veste fugisti: nondum ante januas eminentium potestatum vigilem noctem salutator expertus es; & jam delicato fastidio renuis magistratum? Commuta, si vales, animum, teque in annum, vel biennium obdura.

EPIST. XLII.

SYMMACHUS *

* *In Vulgg. hæc epistola cohæret cum præcedenti.*

PROBABILEM causam **** Quis enim Siciliam recto itinere petens, sermonem meum potest reddere in longinquis studiis constituto? Sed *a* desino. Tu tene curam circa te meam de numero epistolarum non debere perpendi. Diligentia enim erga amicos jugiter manet: occasionum verò raritas scripta distinguit. Sed de hoc satis dictum puto. Nunce legantiâ ingenij tui, & inventionum subtilitas *b* precanda est. Novum quippe musivi genus, & intentatum superioribus reperisti, quod etiam nostra ruditas ornandis cameris tentabit affigere, si vel in tabulis, vel in tegulis exemplum de te præmeditati operis sumpserimus. Vale.

a Ita aliquis sensus constet: antea hiatus erat.

b Sic Ms. Gif.

EPIST. XLIII.

SYMMACHUS CALLISTIANO.

INTER cætera parentum decedentium bona, amicitiæ quoque affectanda successio est. Et fortasse studio validiore captanda familiaritatis hæreditas: quia facultates fortuna præstat, charitas judicio fœderatur. Volo igitur inter nos promptiùs convalescat familiæ tuæ propagata conjunctio. Consentaneum quippe naturæ est, ut officia à te inchoata, à me probata coalescant. Ergò in reliquum sermonis esto munificus: mea cura non deerit, quæ te stili vicissitudine muneret. Vale.

EPIST.

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS PASTINATO.

LITTERAS tuas agrorum fructibus jure contulerim. Nam ut illorum proventus non fallit temporis sui debitum, ita fidem nostræ expectationis annuus dignationis tuæ sermo non decipit. huius nunc mihi per homines nostros *a* advectio satisfecit. Lectis igitur paginis, valere te gaudeo, & alloquij tui honore delector. Nec me arbitror respondendo imparem judicari. Præstabit divinus favor, ut has inter nos officiorum vices ætas prolixa multiplicet. Vale.

a Alij: apportatio.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS PIERIO.

REDDITUM *b* mihi est annuum quodammodo sermonis tui debitum. Tibi quoque gaudium solemne de nobis, hæc responsa præstabunt. Quæ propter tantam longinquitatem frequentare non possumus, sed bonâ fide certis temporibus exhibemus. Maneat igitur hic usus, & quodam salutis indicio mutua inter nos securitas recondatur. Vale.

b Sic Lect. restituit. Ed. Sch.

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS STRATEGIO.

AGIS mecum desiderio amantis, ut redeam: jam dudum hoc animus meus vestri expetitor efflagitat. Sed valetudo saucia obstrepit voluntati. Humor enim noxius articulis illapsus etiam nunc me tenet lectulo, & vix littorali siccitate tenuatur. Tribue igitur tempus refectioni, quod ego vendicaveram voluptati. Præterea autem fers, in tantâ bonorum multitudine post discessum meum nihil, ut antè, jucundum esse. Sed puto, quòd piâ affectione fallaris: quia rarum est in amante judicium. Et ego quidem non ex his primùm litteris, quid de me sentias, scio. Prope est tamen, ut agere gratias absentiæ tuæ debeam, quia mihi syn-

grapham quandam testimonij tui præstitit. Verùm hæc missa faciam. Non morabor expectationem tuam post conciliationem vigoris. Sed quia *a* hoc longum est *b* diligenti, visis quæ in proximo possidemus, restitutum maturabo. Spero enim tantundem accessurum sanitati meæ ex conspectu vestro, quantum sperari posset ex ocio. Vale.

a *Edit Sch. ex Ms. Gif.*
b h c *amico, amanti.*

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS VALERIO.

VELLEM sedatam filij mei ægritudinem nunciare, sed nihil prosunt figmenta sollicitis. Audeo tamen sperare meliora. Immanitio enim febrium, Deo autore, ad fiduciam sanitatis cæpit accedere. Tuæ pro nobis sollicitudini gratias ago, & cœlestem compreco potestatem, *c* ut tuo circa amicos animo prosperorum omnium vicissitudo respondeat. Vale.

c *Sic vulgata lectio retinenda.*

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS MAXIMILIANO.

SOLES in scribendo esse prolixus pro ingenij tui viribus. Postquam te honor aulicus in procinctum vocavit, tu quoque verba succingis, & tanquam levis armaturæ miles Rorarios æmularis. Quid faciam senex garrulus, cui mensura sermonis à juvene præscribitur? Trahit nos vitium senile verbositas: sed occurrit exemplum, & fastidia aurium tuarum de stili brevitate coniectio. Non enim violanda est interim mihi paginæ tuæ formula. Expectabo tamen, an copiam de me exigas, *d* si plura rescripserim. Vale.

d *Sic Ms. Gif. vulg.* rescripseris.

EPIST. XLIX.

SYMMACHUS VITALI.

DIu *e* sanitati pariter ac vetustati litterarum tuarum, mediocris eloquij conscius respondere dubitavi: sed religio rupit timorem. Malui n. stilo, quàm superbiâ displicere. Quicquid igitur hoc est, quod te nec

e *Alij:* suavitati.

net pagina, quæso boni consulas, teq; submittas ad mediocritatem scriptorum meorum, ne retundatur officium meum, dum desperatur imitatio. Vale.

EPIST. L.

SYMMACHUS JOVIO.

JAMDUDUM datis ad te literis mutua scripta non merui; & tamen propositum meum servans, honorificentiam scriptionis instauro. Credo enim, quòd negatam primo officio vicem, vel nunc impetrare possit iteratio. Vale.

EPIST. LI.

SYMMACHUS MAXIMILIANO.

ASSIDUITATEM scriptorum meorum tibi esse fastidio propè asserit tuorum raritas. Es enim præter solitum parcus adloquij. Sed tueor constantiam diligentiæ, nec à proposito argumentatione deducor. Erit potestas tua, hunc animi mei habitum, vel augere silentio, vel litteris amoliri. Vale.

EPIST. LII.

* * *

QUATENUS me absentia contristet, intelligis. Nam ideò necessitatem tibi à filio meo scribis iniunctã, ut publici negocij excusatione purgeris. Alterum igitur religioni tuæ ex utroque faciendum est, ut aut cervorum *a* an aprorum copiam mittas, aut in conspectum amici celeriùs revertaris. Nulla enim *b* satisfactioni justitia suppetit; si & illi venatum, & mihi solatium denegaris. Vale.

a *Sic Iuret. Alij:* et.

b h.e *excusationi: ut lib. 4. Ep. 65. Sic enim ex Ms. Gif. leg. Al.* satisfactio iustitiæ supp.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS LEPORIO.

DEBITUM tibi rependo sermonem. dudum enim parem mihi scriptorum tuorum honorificentiam communis amicus exhibuit: cuius verecundiã & honestate diligenter inspectâ, dignum esse, quem diligas, approbavi. Vale.

EPIST. LIV.

SYMMACHUS MARCIANO.

SERAS tibi videri arbitror litteras meas. Sed si itineris dies numeres, ratio moram diluet. Intervenit præterea ex humore solito dolor corporis, officiorum familiarium sequestrator. Nunc quia labori & valetudini quies reddita est, salutationis verba non differo, pretium laturus obsequij de remuneratione responsi. Vale.

EPIST. LV.

SYMMACHUS MAXIMILIANO.

SI benè in te animum meum nosti, dubitare non potes adversam valetudinem corporis mei missitandis hucusque litteris obstitisse. Hac parte purgatus salutatricem tibi paginam reddo, quæ testabitur esse me sospitem

* * *

[a] Hic Iuretus incipere putat novam epist.

POSTQUAM sanitas silentij excusationem removit, venturum te ad Campaniam filij mei assertione cognoveram. Hinc factum est, ut epistolis abstinerem. Sed dum te aut curæ urbanæ, aut voluptates morantur, pœnè culpam taciturnitatis expectatio nostra contraxit. Fungor igitur ergo te salute dicendâ, & eligendum relinquo, utrum mihi adventum præstare malis, [a] an responsum persolvere. Vale.

[a] Sic Ed. Sch. ex Ms. Gif.

EPIST.

EPIST. LVI.

SYMMACHUS ROMANO.

SERVO obſervantiam, quam mos priſcus inſtituit, ut domo profecti litteras auſpicentur, & ſalvere me nuncio. Ex debito venit, *a* ut tu emiſſo à me muneri ſolvas amica reſponſa. Vale.

a *Ita Lect. Ed. Sch. Al.* uti emiſſo muneri. *aut etiâ* præm.

EPIST. LVII.

SYMMACHVS VALERIO.

FILIUM meum Romulum accerſo, tu retines. Ego in eum mihi perſonam parentis arrogo; tu jus affinis exerces. Mihi ex voluntariâ ſponſione præſentiam ſuam debet; à vobis ſpe ſociandi itineris retentatur. Sed quum etiam tuus prænunciatur adventus: quæſtuoſa taxatio eſt moræ, quæ mihi pro uno utrumque promittit. Cedo igitur voluntati tuæ, & paucorum dierum patientiam non nego. Fratri quoque tuo Romulo nimis gratulor, cuius ſolatium pio & amico certamine nobis ambo vindicamus. Vale.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS MARCIANO.

FILIUS meus, cùm bonâ Dei veniâ, periculo caret, ſed defectum virium patitur propè uſque ad *b* ægritudinem. Redire conſilium eſt, paulatim manſionibus in ſpacia minora diviſis. Ego quoque meorum contagia ſocius acceſſi. Credo ex vigilijs nocturnis, quarum in præſentiâ exiguus fuit ſenſus, noxa pòſt cruduit. Comprimere tamen nitor diligentiâ, & parſimoniâ ingruens malum. Ergò cœleſtibus advocatis iter paramus ordiri. Veſtræ in nos beneficentiæ gratias referrem, ſi ſe amor *c* ſperatus & ex mutuo debitus lactari laude pateretur. Vale.

b *Hæc vulgata lectio bona eſt, & plena.*

c *Sic Ed. Sch. ad ductum Ms. Gif.*

EPIST. LIX.

SYMMACHUS ROMANO.

AD scribendum creber esse voluissem, & hoc spe-
randum esse promiseram: sed valetudo filij mei
diu in dubio versata, cessationem ab huiusmodi offi-
cijs imperavit. Qui ubi primùm suffragio salutarium
potestatum cœpit emergere, secutus est illicò scriben-
di usus securitatem. Accipe igitur libens dictam salu-
tem, quam, si fors optata juverit, mox sequemur.
Vale.

EPIST. LX.

SYMMACHUS SERVIO.

OPPERIRIS, ut intelligo, litteras meas: quasi
ipse familiaris officij præsul esse non debeas. For-
tasse allegatione a moris uteris: quoniam plerisque
persuasum est, auspicium salutationis profectis esse
capiendum. Absolvo te consuetudinis observantiâ, aut
lege pigritiæ. Satis erit mihi ad plenam satisfactio-
nem, si aversatus scribendi occupare principium, sal-
tim sequaris exemplum. Vale.

a *Sic Vulg. benè habet.*

EPIST. LXI.

SYMMACHUS AMICIS ROMAM.

ITER Capuam promovemus; forsitan suspicemini
interventuram soliti in vos officij oblivionem per
longitudinem viæ. Vulgati quippe proverbij est. Ena-
vigato Malæo oblimari eorum memoriam, quos do-
mi reliquerit. Me quoquò versum pedem tulero, ami-
corum cura comitatur. Sperate igitur honorem huius
muneris circa vos esse mansurum, si optatis fortuna
consenserit. Vale.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS ROMULO.

NON sum opinionis ambiguus, expectari litteras
meas

meas. nam parem desiderij impatientiam de tuis patior. Una igitur est nostri causa sermonis, ut tuum merear: cuius, ut in potu fontium, ideò maior est sitis, quia sapor dulcior. Vale.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS LAMPADIO.

ADMONUERAS, cùm proximè urbe digrederer, si vellem tibi aditum scriptionis aperire, ut prior litteras inchoarem. Satisfacio voluntati tuæ, quæ observantiam prisci moris amplectitur. Absolutus igitur hac religione, erumpe in familiaris stili munera, mecumque communica, quicquid in administrandâ urbis tutelâ, ex bono publico feceris. Nec quidquam verò scribentis detrahat pudor, ne voluptati meæ damno sit epistolæ verecundia. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS DIONYSIO.

OFFENDERAT bonos, quòd immaturè antè discesseras. Deluit fortuna peccatum suum, quæ nobis te pari festinatione restituit. Sed quid absentem juvat amici reditus? Solare hunc casum litteris frequentibus: scribe etiam, quid tibi apud urbem mandata cura permiserit: ut quum mihi spem visendę eximietatis tuæ promiserit dies largior; ego quoq; vix post urbanas molestias usurpato ocio longiùs defruar. Vale.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS LAMPADIO.

INDICIO quietis urbanæ tempus quodammodo usurpandi otij prorogasti. abesse enim longùm, placiditas civium me sinit tuis parta consilijs, quibus plebes redacta est in pœnitendi verecundiam. Nunc ergò post curarum omnium fugam producere mihi ferias, ut ita dicam, pingues licebit. Quamvis præcipere a animo incerta non debeam, qui sim mihi conscius

a *Sic opti mè Mr. Gif.*

teneræ in vos affectionis, & illius desiderij, *a* quo præcunctis vitæ voluptatibus patriam meam diligo. Vale.

a *Sic optimè Mss. Gif.*
b *Ita Modius*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS HERCULIO.

AGEREM tibi largiter gratias, quoniam me haud dudum à vobis profectum dicendâ salute præveneris, nisi hanc sibi gratulationem meâ spes auctioris beneficij vendicaret. Ipse enim diceris affuturus; cuius rei nomine vadari me tibi in maioris gratiæ modum fateor. Velim tamen scriptis tuis sperato bono fidem astrui, ut qui tali opinione delector, multò ampliùs gaudeam confirmationis securitate. Vale

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS DYNAMIO.

LITTERAS meas amore desideras; sed in frequentem me videri communis filius facit, qui rescripta non repetit. hoc tamen strictim dixisse sufficiat, ne illius verecundiæ oneri sit nostra purgatio. Nunc tibi honorem salutationis impendo, nec reposco quod sponte facturus es, ut nos mutuis alloquaris; quum mihi hanc vicem, & religio animi tui, & consuetudo promittat. Vale.

EPIST. LXVIII.

SYMMACHO TICIANO.

DESIDERATAS quidem litteras tuas libens sumpsi; sed cognitio tuorum actuum, quorum testis atque narrator Euscius fuit, uberiorem mihi attulit voluptatem. Itaque hortor ac moneo, ut benè cœpta non deseras, & præmium laudis honestate secteris. Subiungerem curam meorum, si esset alius alloquendus. sed quum faciat ultrò, quæ meus sermo posset expetere, partes commendationis omitto: quia quicquid habet ex fiduciâ amicitiæ præsumitur, plus gratiæ, si sponte præstetur. Vale

EPIST.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS VALERIANO.

RUSTICARI te asseris, & ducendis vitibus aut arboribus inserendis crudam senectutem fovere. æ Non hoc litteræ tuæ sapiunt, nisi fortè Gallia tua a *Ita ed. Sch.* deduxit ab Helicone alios sulcos stilo intermoves, alios ordines pangis. Ego autem quoniam scire nostra desideras, in domicilio Latiaris facundiæ, otio & studio torpeo. Dij dabunt incrementa annorum meo parvulo. Ipse me, præfatâ Fortunæ venia, ad studiorum suorum societatem vocavit. Interea frequentibus epistolis desidiam meam stimula. Unum quippe hoc litterarum genus supereſt post amaros casus orationum mearum, quod me ad usum scribendi possit allicere. Vale.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS ROMANO.

NUNC demum affluo voluptate, quòd te curarum vacuum nunciasti. nam me hactenus rerum tuarum amaritudo mordebat. Itaque salutis præsides Deos comprecor, ne unquam paginas tuas mens tristis infuscet. Interea talibus litteris precium rependendum est. Quare vicissim sume, quò de me gaudeas. In bono statu valetudinis sumus, & relegere urbi propinqua meditamur. Sinat fortunæ benignitas hoc inter nos manere commercium, ut prosperis scriptis responsa consentiant. Vale.

EPIST. LXXI.

AD PRÆTURAM MULTOS INVITAT.

PRÆFATO divinitatis favore, vrbanæ Prætoræ fasces filius meus Symmachus Kalendis Ianuarijs sortietur. Præsentiâ tuâ ornari eius officium participatâ petitione deposcimus. Vale.

EPIST. LXXII.

SIMILIS.

DIVINITATIS honore præmisso, filius meus Symmachus Kalendis Ianuarijs Prætoræ Urbanę accipiet magistratum. Quæso, ut præsentia tua festa nostra cohoneſtet. Vale.

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS MARCIANO.

SILENTIUM mihi duci vitio non oportet, familiarium quippe officiorum usus inter adversa negligitur. Sed quia spes datur Symmacho meo integrandæ paulatim bonæ valetudinis, redit animus ad amicitiæ munia: ut si quem tibi taciturnitas mea metum fecerat, sermonis securitas absolvat. Vale.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS ANCHIO.

CERTUM habeo, nihil te litteris meis antiquius æstimare. nam mihi quoque eadem de tui sermonis jocunditate sententia est. Meritò amicitiæ munus arripui. Quod si pari lance reddideris, studium meum incitamento religionis acuetur. Vale.

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. CONS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER IX. *

* Editus post eius obitum à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

SYMMACHUS PALLADIO.

SI AMICITIÆ VETERIS memoria perseverat, nec ullâ *a* oblivione tenuata est; credo, ꝙ litteras meas libenter accipias, quas fiduciâ mutui amoris emisi: multum relaturus gratiæ, si officio meo vicissitudo respondeat. Nunc te pro amico meo Benedicto oratum volo, quem gradu atq; honore militiæ fortuna magis, quàm culpa privavit: ut innocenti fautor arrideas, nec eum publicæ fœlicitatis, quæ ad universos pari ratione manavit, solum ex sortem esse patiaris. Interest enim serenissimorum temporum gloriæ, ut sicuti omnibus in hac vitâ positis ac locatis, communis est cœli spiritus, lux diei; ita clementiam maximi Principis nostri sentiant vota & facta cunctorum.

Vale.

a *Sic benè Vulg.*

EPIST.

EPIST. II.

SYMMACHUS JAMBLICO.

PLERISQUE amor est, undique gentium preciosa conquirere. Me juvat studiosos sapientiæ viros in amicitiæ possessionem vocare: quorum te summatem esse jamdiu attestantur experti: In primis familiaris noster cunctis probatus Eudoxius, diligens judex bonorum; qui degustatis *a* propiùs virtutibus tuis, cæteros æquè ad honesta tendentes laudare didicit: *b* illis desiderium doctrinæ vitæque tribuens, tibi perfectionem. Invitatus igitur consensu famæ, & optimorum testium fide, amicitiæ tuæ dexteram porrigo; simulque opto, ut mihi epistola à te relata declaret concordiam voluntatis tuæ, & mutuæ in nos diligentiæ impetrationem. Vale.

a *Vulg. rectè toleratur.*
b *Ita Ed. Sch. ex Ed. Sch.*

EPIST. III.

SYMMACHUS ZENODORO.

REPETENDA mihi apud te, non inchoanda est Euscij, cõmendatio. Nam cùm Romæ ageres, meo precatu in eius suffragium provocatus, libenter partes benevolentiæ recepisti. Tempus est igitur, ut meas utilitates in Euscio juves: cuius modestia ita negocijs nostris aderit, ut famæ ludicis nihil deroget. Vale.

EPIST. IV.

SYMMACHUS DIONYSIO.

JAMDUDUM te mihi, & morum, & medicinæ fama cõmendat. *c* Hortatu igitur laudis utriusq;, amicitiæ tuæ manum porrigo, & te sponte ad fidem nostræ familiaritatis invito. Dabit autem tibi judicij mei non mediocre documentum, quòd his, quos erudiendos misimus arti medicinæ præceptor adhiberis. Repende igitur mihi pignus mutuæ voluntatis, & suscipe in disciplinam medendi, quos & fidei tuæ & honestati Euscio tradente committimus. Vale.

c *Sic Ms. Gif. h. e cùm utraq; laus & morum, & medicinæ me hortetur.*

EPIST.

EPIST. V.

SYMMACHUS. AUXENTIO.

AMICITIAS inter nos, cùm Romæ ageres, inchoatas munere scriptionis adcumulo, ut fidem tibi animi mei faciat collati in absentem pignus officij. Tuam circa nos diligentiam privatim litterarum vicissitudo, publicè forensis pro Eusebio cura teſtabitur. Vale.

EPIST. VI.

SYMMACHUS ***

ACTORES absentium, quibus res longinqua committitur, tanquã soluti legibus vivunt: quoniam procul positis nullus *b* Dominorũ terror incurrit. Opus est igitur judiciali vigore, ut locationibus ascripta persolvant. Quare quæso ut suggestiones Notarij mei, cui exhibenda nonnulla ad Prætoriam functionem, & debita ab obnoxijs servis eruenda mandavi, juvare digneris; & vicem sollicitudinis meæ in cutam tuam recipere non recuses. Vale.

a alia Ms. Gif.

b Sic. Mere. Ed. Sch. Actores & Domini opponuntur.

EPIST. VII.

SYMMACHUS * CARTERIO.

PRO filio meo Auxentio, parentis religionem, petitoris ambitum, fidem testis in me recepi. S. quid igitur tantarum rerum autoritas apud te ponderis habet, admitte quæso in familiam tuam juvenem cunctis vitæ bonis & fortunæ muneribus excultum. Vadem me tibi in omnia spondeo, quæ solet parentum sollicitudo trutinare; licèt noverim futuros generos moribus æstimari. Et tamen huic post ornamenta naturæ, etiam census ad honestatem redundat. Possem copiosiùs loqui; sed non vult veritas verbis juvari. Quare si tibi videor non inanis assertor, perpende hominem de testimonio meo: & ei, quem pignoribus meis libenter adnumero, dignare filiæ tuæ spondere conju-

** Vide Epist. 16. lib. 8.*

coniugium. Credas velim, cùm vota processerint interventu meo, non minorem te gratiam, qui rogatis, habiturum, quàm illum, quem committo. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS POMPEIANO.

ARGUERE diuturnum silentium meum non potes, qui me in sacro Comitatu hactenus fuisse didicisti; unde nuper regressus honorificentiam dicendæ salutationis exerceo. Vicissitudo testabitur, quòd paginam meam libenter acceperis. Interea commendo scripta reddentem. Mihi enim proficiet, si quid suggestioni eius favoris impenderis. Vale.

EPIST. IX.

SYMMACHUS VINCENTIO.

PROBO homines, ad clientelam tuam pertinere cupientes. Nam quædam scintilla sapientiæ est virtutum luminibus applicari. Et ideò amici mei Zenodori laudabilem voluntatem commendatione non differo, eundemque in domûs tuæ sacrarium tanquâ mystagogus induco. Fac quæso, ut & meo studio, & ipsius voto impetratio prompta respondeat. Vale.

EPIST. X.

SYMMACHUS LEPORIO.

FORTUNÆ telo graviter sauciatus, nunc primùm epistolæ mœstæ verba committo. Neque enim diu ab officio debui temperare, cùm tanti vulneris dolor nullâ temporis diuturnitate possit aboleri. Saluto igitur te, simul amicissimum meum Sylvanum *a* diligentiæ tuæ promptus commendator insinuo: qui refovendi patrimonij mei gratiâ laboriosam peregrinandi necessitatem recepit: *b* eoque dignior est boni cuiusque suffragio, quòd nullis Edictis designationem personarum videmus expressam. Sed Principalibus & Tabularijs liberum est, alios à dispendio vindicare, aliis

a *Ita Lect.*

b *Ita lectio vulgata retinenda, nec metus ullus læsuræ.*

alijs indebitum munus imponere. Vide, quæso, ut hanc partem & noſtræ utilitatis & tuæ laudis conſideratione diſcutias. Poſtulant enim *a* Capitularij taxationem tyronis ab hominibus meis, nulla ſuper hoc publicæ autoritatis monumenta promentes. Vnde mihi non injuſta ſuſpicio eſt, quòd in excuſationē ſui aut ſuorum, noſtros quoque homines falsâ aſſcriptione ſubdiderint. Et ideò dignum eſt, ut provincialibus vel Edicto, vel ſubſcriptione tuâ inſtructio plena pandatur, ne Tabulariorum & Curialium licentiæ vaga, & libera exactio quæſtum præſtet. Vale.

a *Mſs. Gif.* Capitulani, *male.*

EPIST. XI.

SYMMACHUS MARCELLO.

CVM vicem præſentiæ meæ & poſsit & debeat tuus interventus implere; miror ſuggeſtionibus Amazonij occupationes noſtras frequenter onerari. Exſequere igitur, oro te, partes amicitiæ congruentes: ut auxilio tuo tutata poſſeſſio, & ipſa à moleſtijs vindicetur, & nobis aliquid commoditatis exhibeat. Inter reliqua autem, quæ idem intimavit, magnoperè deprecatus eſt, ut Vrſum, quem dudum domui noſtræ cum familiâ ſuâ dicit obnoxium, ab omni publicâ conventione ſecernas, *b* quò facilius * delata munivit. Sed major opitulatio ex tui arbitrij favore proveniet, cùm cauſæ eius etiam juſtitia non deſit. Circumſcriptus enim, quantum res docuit, improvidâ cautione, non debet noxam ruſticæ facilitatis incidere. Vale.

b *Hæc in vulgg. non apparent.*

EPIST. XII.

SYMMACHUS PERPETUO.

VOTIVA domûs meæ functio tua adjumenta depoſcit. Proximè enim, ſi optata noſtra *c* favor divinitatis adjuverit, filius meus Prætura Editione fungetur, cui equorum curuliū paranda nobilitas eſt.

c *Ita Mſs. Gifan. vulgo,* divinus. *Sic lib. 8. ep. 71. 72.*

Si quid igitur apud te valet amicorum absentium cura, quæso, ut ex omnibus gregibus, quibus pollet Hispania, lectissimos genere & velocitate præstantes diligenter edecumes: quos amici mei in rem missi iustâ pretij definitione mercentur. Stabit apud me *a* jugiter beneficij tui gratia, si huic negocio studium, quod religio mutua promittit, impenderis. Vale.

a *Sic Lect. & Ed Sch. Vide Ep. 20. 23.*

EPIST. XIII.

SYMMACHUS VALERINO.

INGENIORUM video inter nos esse certamen in eo negocio, quod ratio, amicitia, tempus abolere debuerat. Modum igitur expostulatibus mutuis facio, ne amarissimæ scriptionum vices *b* sine fide procedant. Munus totius Liviani operis, quod spopondi, etiam nunc diligentia emendationis moratur. Sed à te prædicti muneris posco vectorem; quia meos *c* Prætorius apparatus sparsim in longinqua egit. Vale.

b *Sic. Ed. Sch.*

c *Ita lur. Ed. Sch.*

EPIST. XIV.

SYMMACHUS APOLLODORIO.

CURARUM tuarum me esse participem, jure præsumis, quas ego animo meo etiam non commonitus pro amicitiâ vendicarem. Pars igitur sollicitudinis tuæ filiâ meâ adventante *d* minuenda est, quam proximè Roma suscepit, dimissura in conspectum tuum, cùm se interpositâ refectione recreaverit. Interea de communis patriæ victu celeriter invehendo, silere me apud te non sinunt angustiæ conditorum. Quæso itaque, ut vigore, quo præditus es, annonarios urgeri jubeas paratus. Adjiciet enim plurimùm gloriæ tuæ Romana securitas. Vale.

d *Sic supplēdum ex Ms. Gif.*

EPIST. XV.

SYMMACHUS GEMINIANO.

CONSUETUDINEM meam servo, & religiosa in amicos instituta custodio. Quare salutationis honore

honore præfato, mutuum de te posco responsum: &, si memoria viget mandatorum meorum, ut securum me de apparatu Prætoriæ functionis facere digneris, exhorror. Crescit enim per dies singulos cura apud me, quoniam propinquat Editio, & nihil de vestibus atque animalibus, quæ olim sub æstimatione ac definitione tuâ per meos coëmi debuerunt, miror exhibitum. Et quoniam sollicitor tarditatis, Notarium meum misi, qui tuis præceptis & monitis obsecutus devehenda cuncta suscipiat, actoresque nostros ad pretia *a* quæ statueris, solvenda impellat, ne pecuniarum videantur inopiâ hactenus tuum declinasse conspectum. Tandem igitur partes religionis exsequere, ut exemplo diligentiæ tuæ in officiorum vicissitudinem provocemur. Vale.

a Ita supplet Sch. partim ex libr. Ms. Gif partim ex ingenio: nō infeliciter.

EPIST. XVI.

SYMMACHUS SAPIDIANO.

LEONTIUS Agens in rebus & honestate vitæ & militiæ exercitatione bonis quibusque placitus, meum quoque judicium assiduâ diligentiâ provocavit. Inter amicos igitur ac familiares meos jure numeratur. Hunc tibi in manum trado, petens, ut exemplum nostrę circa eum affectionis imiteris: quod te sedulò pręsumo facturum. Intereà de animalibus ludorum apparatui pręparandis admonitionem frequentare desino, *b* cùm per eam sponsionē tu me huius curę vacuum reddidisti. Mandavi tamen Leontio monitoris officium: cui aurem prębere dignaberis, si quando ipse publica & maiora tibi tractanti hanc quoque petitionem domesticâ insinuatione suggesserit. Vale.

b Sic sensum restituo. vulg. in e.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS VENUSTO.

INTEGRUM situm Prætorij mei, & picturam quandam fabrilis operis ante oculos conlocasti: ita adaperta distributio, vel adhuc adsurgentia vel jam absoluta signavit. Dissimulo igitur meorum tantisper accusare segnitiem, qui in ijsdem molitionibus fabricationè hæserunt, dum suavitate paginæ tuæ mulceor. Volo tamen relegendo *a iter Capuanum architecti nostri tarditatem oratione* castiges, ut vicem mei fellis exerceas: ut de tuâ objurgatione conjiciat, quanta illi pernicies, nisi commissa curaverit, ex meâ indignatione metuenda sit. Vale.

a *Sic Ms. Gif. & conjecturâ supplevit Sch.*

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS POMPEIÆ.

VOTIVA mihi emersit occasio, quæ tibi salutationis apportaret obsequium. Nam cùm ob Præturam filij, familiares nostros ad Hispanias mitteremus, quibus equorum Curulium mandavimus coemptionem: litterarum cultum tibi par fuit exhibere, simulque adjicere postulatum; ut nobilissimos quosque de tuis gregibus equos digneris excerpere, quos in rem missi sub justâ taxatione mercentur. Quæso igitur, ut si qua apud te memoria domûs meæ residet; rem tibi factu facilem, mihi verò jucundam atque honoratissimam, promptissimâ beneficentiâ digneris annuere. Vale.

EPIST. XIX

SYMMACHUS * FABIANO.

* *Vulg. Flaviano.*

VOTIVA me in amicitiam tuam causa reducit, quamvis ob decus generis & morum tuorum familiaritas tua mihi fuerit ambienda. Prætura filij mei, fors dictum juvet, equis Curulibus instruenda est.

da est. Dudum per meos ..... gregibus tui pecoris .....

EPIST. XX.

SYMMACHUS BASSO.

SALUTATIONIS honore prǽmisso, subtexo necessarium postulatum. Filij nostri instat Editio. Huic equorum Curulium paranda nobilitas. Quapropter ad Hispanias fidelissimos cum copiosis sumptibus misimus, ut generosas quadrigas sub diligentissimâ lectione mercentur. Sed quia veremur, ne equorum transitum hyemis interventus excludat: quæso te, ut si necessitas postulaverit, tribus vel quatuor mensibus hibernis pabula illis in re *a* tuâ pro numero jubeas ministrari: ut incipientem temperie sine vexatione perveniant. Prǽterea adiumentum meis oro deferas ad equorum coëmptionem, si quos in Arelatensi urbe cursu & genere prǽstantes eorum cura reppererit. Amplectenda est enim vicinæ emptionis occasio, si eximium aliquid casus obtulerit. Stabit apud me jugis memoria beneficij tui, cùm votivæ Editioni nostræ fraterna, ut spero, cura profuerit. Vale.

a *Vide Ep. 27. alij:* rure tuo.

EPIST. XXI.

SYMMACHUS VICARIO HISPANIARUM.

SENATORIIS Editionibus convenimur, quorum necessitas equorum Curulium desiderat emptionem. Huius igitur rei gratiâ familiarissimos meos ad Hispaniam misi, ut quadrigas ex omni gregum nobilitate mercentur. His ad peragenda mandata tuum posco suffragium, summoq; beneficio profiteor obligandum, si rem factu facilem, *b* tuum imperium promoverit. Vale.

b *Lect.* sed imperatum. *Vide lib. 2. Ep. 17.* Tua cura promoverit.

EPIST. XXII.

SYMMACHVS AURELIO.

DOMUM nostram in apparatu esse ludorum, quos Deo juvante, filij mei Prætura depoſcit, quantum credo, didiciſti. Miſſurus igitur ad Hiſpanias meorum aliquos, qui curules quadrigas ex omni gregum nobilitate mercarentur; jam nunc in favorem prætereuntium curam tuam provoco, ut illis & velocitas tranſeundi, & evectionum præſtetur adiectio. Hæc interim pro tempore prælibavimus. Sed plura tribues, vel tuo proviſa ſtudio, vel illorum ſuggeſtione competta. Vale.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS MARCELLO.

REQUIRUNT te per Hiſpanias aliæ litteræ meæ. Illic enim te degere ob rei familiaris amplitudinem duxeram. Poſtquam in avitis penatibus ociari conſtantior fides attulit; egi hinc errori gratias, qui mihi præſtitit, ut te rurſus alloquerer. Et tamen iſta geminatio quamvis ſatisfacere animo tuo debeat, nondum meo ſufficit. Vellem quippe ita continuè honorare amicitiam tuis litteris, vt mente iugiter colere numquam diſſimulaverim. Subiungo poſtulatum. Jampridem commendata ſenſibus tuis, Prætoria filij mei, ſi fors dictum juve, inſtat Editio. Ea nos admonet, ut quadrigas nobiles in certamen deducas, quæ poſſet ex multorum gregibus edecumare meliores. Non obſit ſecuritati meæ, quod Hiſpanias longinquâ ſede mutaſti admotus à me equorum coëmptioni. Tantùm litteris juva. Valebit pro nobis, ut ſpero, apud amicos curæ tuæ delegatio.

Vale.

EPIST.

EPIST. XXIV.

SYMMACHUS BASSO.

MULTAM capio animi voluptatem, quoties sermonis tui munus accipio. Est enim in litteris & sanitatis & amoris indicium. Præterea lætitiæ mihi est, quòd brevi te affore polliceris. Quò magis autem redire deproperes, nuncio filium meum (si favor divinus arriserit) Prætorios fasces anno ineunte sumpturum. De quâ re *a* ad te per familiares meos plenius scripsi, quibus equorum Hispanorum mandavimus emptionem. Sed quia suadet occasio, nunc quoque reposco postulatum. Et quæso te, ut si fortè eorum reditum intemperies hyberna retardaverit; stabulari in agris tuis paucis mensibus jubeas, atque ad nos inde, verno tempore incipiente proficiscí. Interea hominũ tuorum cura submota est, quos & præsentia mea & judiciaria tuitio defendit. Denunciavi enim litem moventi, quòd ad me causa pertineat, nec defuturum eis meæ *b* actionis auxilium. Quod non dubito etiam *c* ætatis tuæ homines indicasse. Vale.

a *Ita Merver. optimè.*

b *Sic Ed. Sch.*

c *Ita Mss. Beſs. Bertin. Ed Sch. Vulg.* præstantiæ tuæ.

EPIST. XXV.

SYMMACHUS VINCENTIO.

FACIO officium meum, si quando te cultu salutationis impertio. Nec dissimulo referre grates, quòd invicem me frequentet remuneratio scriptorum tuorum. Sed hæc produci longiùs non oportet: quia bonæ amicitiæ jactationes refutant. Illud nunc de te impetratum volo, ut litteris & Apparitore decreto juvare digneris curam meorum, quibus emendas ex Hispaniâ curules quadrigas in apparatum Prætoriæ functionis injunxi. *d* Oro præterea, ut equorum tractorijs, quas vir illustris Theodorus emisit, cõfirmationem per epistolam præstes, ne mutato iudice beneficij lentescat auctoritas. Exambitem super his nimio precatu gratiam tuam; sed apud verecundas aures simplicitas efficaciorem

d *Sic plenius hæc loquuntur in Ms. Gif. Ed. Sch.*

cacior est, & libentiùs pudor annuit, quod cum fiduciâ postulatur. Velim tamen teneas, nunc quidem in petendo esse me parcum, sed fore in agendis post impetrationem gratijs copiosum. Vale.

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS VALERIO.

JUVAT animum meum, quòd sæpè vitio vortis scribendi ad te negligentiam. Amoris enim tui signum est, vicissim desiderare, quæ præstas. *a* & tamen dissimulandi * * * * * destinatio tua voverat. Contristavit me fateor, nec tibi conveniens, nec mihi sperata jactatio irriti beneficij. Ne quid igitur ingenua verecundia simile rescriberet, malui premere mutuum dolorem. Nam inter absentes alterna epistolarum decertatio plærumque ad odia procedit. Nunc redeo in usum stili simplicis, gratus magis voluntati tuæ, quàm reus casui. Te oro jam desinas amicitiam meam, quæ nihil tibi indixerit oneris, damnosam, putare. Vale.

a Ita hæc in Mss. Gif. & Bertin.

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS ALEXANDRO.

SILENTIUM circa te meum nullo jure culpabis, si tuum cogites. Et fortasse justiùs tibi huius rei subeunda est verecundia, qui ob rem, Romam sæpè litteras mittens, amicitiæ circa nos munia præteristi. Meos autem sola ferarum emptio Aquileiam compulit præterire. Nec tantum successionis meretur unius occasionis oblivio, quantum laudabilitas tua inter assiduos commeatus tuorum contemptu mei contraxit invidiæ. Sed sit venia utrique nostrûm, quamquam *b* imparis negligentiæ. Posthac & ipse omissum manus instaura, & nobis rescribendi per eosdem copiam præsta. *c* Difficilis est enim mihi hinc pergentium inquisitio. Denuò stili cessabit officium, *d* nisi *tui familiares nostræ* ad te redituri susceperint. Vale.

b Ita Mss. Gif. Bertin. Fuld.

c Sic Ms. Bert.

d Ita supplet ex Ms. & ingenio Sch.

EPIST.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS MAXIMO.

AGITARE te venatibus feras, & hybernis mensibus Apennini gelida lustrare, valetudinis tuæ æstimatione numquam putavi. amicior enim litteris, quàm laboribus videbaris. Horum alterum diu te ignoratum, munus sylvestre patefecit: alterum *a* penè creditum, paginarum tuarum cultus asseruit. Quare inter sodales Apollinis ac Dianæ, sectator utriusque numerabere, etsi te magis, ut scripta testantur, venaticæ artis gloria juvat. Nam cùm te nivosis saltibus inerrasse describeres, supra epistolæ temperamentum verbis tripudiasti: nimirum lætus ex arduo, & adhuc calens montani operis eventu. Interea satis fuerat Apennini spolia misisse. Adjecta autem *b* de corte plura fastidio esse potuerant, nisi amor tui removisset satietatem. Vale.

a *Ita Lect.*

b *Ms. Vatic.* de crate. *Ms. Pith.* de hac arte.

EPIST. XXIX.

SYMMACHUS VARO.

DUM provincialium mederis adversis, & salutarem laborantibus manum porrigis: gravior Apulos casus incessit, à quibus ob inanem famam fœcunditatis, frumenta poscuntur, & detrahenda *c* provinciæ & Reip usui non futura. Quando enim in hyemem vergente anno *d* poterunt maturari tantæ fruges? Si igitur tibi suppetit *e* facultas itineris celeriter ad Campaniam promovendi, scire me facito, ut te paulisper opperiar. Aut si promissum maior causa mutabit: id ipsum notitiæ meæ protinus pande, ut Symmachus noster diu in Formianis littoribus ociatus, properè mecum ad studia revertatur.

Vale.

c *Sic Ms. Bert.*

d *Ita ex Ms. coniecit Sch.*

e *Hæc sensu optimo sic constant.*

EPIST. XXX.

SYMMACHUS LEONI.

OPTO quidem te in tantum copijs pecuniæ familiaris affluere, ut possis opima prædia comparare. Sed mallem te sine amicorum noxâ atque injuriâ oculum ac desiderium novis emptionib⁹ admovere. Nam ego Postumianensem rem jure optimo sine ullâ mentione consortij tui ab antiquissimo possessore mercatus; nunc primùm tuâ ammonitione convenior, ut propè jam inveteratâ possessione decedam. Cuius precium non eius mediocritatis est, ut emisse delectet: adeò cùm possim tibi legibus obviare, & desiderio eius, cuius res aguntur, obsistere: copiam tamen facio, ut quòd argenti dedimus venditori, id homini meo Eusebio, cui summa comperta est, digneris expendere: si tamen præoptas nostra mercari, quàm tua nexu obligationis absolvere. Vale.

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS CARTERIO.

QUOD defendendum socero erat, cuius te momordit querela, competenter in Epictetum commotus implesti. Caret foro, & inconsultæ linguæ precium tulit. Ac, si quid mihi credis, contumeliæ talione correctus est. Nunc ingenium tuum moresque considerans, flecte ad veniam placabilem voluntatem. Scis causidicorum sæpe improvidos lapsus: & cùm ornares tribunalia antè defensor, post Cognitor jurgiorum, talis advocationis errori *a* plerumque restituti. Sed quia nunc aliqui, quorum tuta flagitia sunt, Epicteti amici mei silentio claruerunt; quæso, ne diu infortunato potiùs, quàm innocenti patiaris illudi. Faciet vir amplissimus, cōmunis frater, quidquid te velle cognoverit. Erit etiam ille promptus ad restituendum ei munus orandi, si voluntatis tuæ sumat indicium. Tu modò

a *Sic ex Mss. leg. Ed. Sch.*

dò benignam mentem litteris meis applica; & quitogæ amicus es, cuius laude supra alios splenduisti, honesto Ordini notam detrahe, & homini parùm cauto rogatus ignosce. Vale.

a *Idem Mss. sic exprimunt. Ed. Sch. Al.* ultro reg.

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS JANUARIO.

SOLEBAS ante hac, cùm tribunalibus præsiderem, fori tyrones cõmendare judicijs: quod nunc officium versâ conditione suscepi, qui magisterio tuo causidicinæ insinuo candidatos. Quâ in re meum necesse est sequaris exemplum: ut quâ facilitate oblatos à te frequenter admisi, eâdem religione suscipias me assertore productos. Vale.

EPIST. XXXIII.

* * *

ASSECTATORES diligo litterarum, non quòd mihi cum talibus studijs ullâ cognatio sit; sed quia professio bonarum artium, quasi pulchritudo etjam in alieno corpore locata delectat. Meritò Valentinianum congressu mihi primore compertum, paginis prosequi officium duxi: ut ei apud te primam januam meus sermo reseraret, sua vita atque eruditio conciliaret amicitiam pleniorem Vale.

EPIST. XXXIV.

* * *

RELIGIOSA cura est, quæ amicorum liberis exhibetur: præsertim, si familiaritas maioribus delata, cumuletur meritis posteriorum. In rem præsentem spectat præfata sententia. Nam *b* Lampadium C.M.V. *c* non utiq; ad se pensi habui, ut solet esse multorum caduca & fragilis affectio: sed ex eo geniros, & in bona paterna nitentes propagato amore contemplor. Hos tibi trado ab omni iniuriâ vindicandos,

a *Sic Lect.*
b h. e. *non tantum. Vide Ind.*

Quæso ut vicem meam, si usus tulerit, justus arbiter exsequaris. Multum huius beneficij impetratio in tuam laudem, in meam gratiam promovebit. Vale.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS *

MULTAS inter nos officiorum vices scribendi cunctatione perdidimus. Non sinam produci longiùs commune delictum. Assumo igitur mihi religiosi muneris partes priores: & si referre verba distuleris, non mutabo propositum. Tuæ deliberationis erit intercapedo rescripti: modò meminetis, acceleratum gratiæ recursum, voluntatis signa præferre serum necessitatis. Satis mihi videor instaurandis commercijs epistolarum locutus. Dein sermo *a* Probo portitori aliquid utilitatis debet adferre. Est enim mihi familiaris, dignusque patrocinio tuo: quem si placido ore respexeris, fortunas suas crevisse gaudebit. Vale.

a *Ita Ms. plenius.*

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS *

TACEAS licèt, & *b* salutationi respondere dissimules, numquam me à religioso officio dimovebis. *c* Excudam quandoque, ut hac obstinatione decedas. Interea necdum recuperatâ fiduciâ tui, audax munus ingredior. Commendare enim tibi huius scripti studeo vectorem, juvenem gravitatis exactæ, mihique dudum probatum per honesta documenta, nec inexpertum (si rectè æstimo) judicio tuo: quia securus vitæ & militiæ veteris, *d* numquam refugit examen superiorum. Sed fac mediocriter à te hominem esse perspectum, fas non est, si quid tribuis amicitiæ nostræ, ut post testimonium meum tanquam novus amicus tibi accedat. Vale.

b *Sch. ex Ms.* salutationem rependere *Non male.*

c *Ita Mss. Bert. Vatic. Vulgo,* Extundam.

d *Sic ad sensum restitui. Vulg.* Vetus.

EPIST.

EPIST XXXVII.

SYMMACHUS *

PENDEO animi usq; ad valetudinis tuæ nuncium. nam infirmis adhuc viribus tuis laborem itineris addidisti: nec possum super hoc commeantium sermonibus esse contentus: siquidem maior affectio *a* pro falsis accepit dubia rumorum. Exopto igitur litteras, quarum fides adportet mihi de te certam securitatem. Si quid ipse meorum actuum scire postulas, ab epistolæ perlatore cognosces. Est enim nobis conciliatissimus ob vitæ integritatem, dignusque, me teste, qui sedulò domûs tuæ cultoribus inseratur. Vale.

a *Ita Modius bene.*

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS *

ANTISTIANUS vir Ordinis nostri, olim mihi probitate vitæ complacitus est, & honestis carus officijs. Quod me ex vero potiùs, quàm in gratiam eius adserere, qualitas præsentis desiderij ostendit. Nam diu patriæ suæ functus defensione, desiderat tantum portum privatæ quietis adipisci. Quæ res tibi cõmendabilem faceret, etiamsi meus non interveniret affatus. Soles enim pro tuâ virtute diligere cupidos otij, & nescios ambiendi. *b* Oratus igitur atq; exoratus litteris meis, dignare concedere optatam requiem vacare cupienti. Nec deerit subrogandus, cùm facilè ex tot optimatium numero parem fide atq; industriâ virum tua *c* edecumare possit electio. Vale.

b *Ita Ms. Gif. & ed. Mog.*

c *Sic idẽ Ms.*

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS *

DESIDERIUM mihi amicitiæ tuæ frater meus Nicias, cum primis philosophorum numerãdus, incussit; postquam per epistolam fecit indicium, quòd ei filiam tuam fidâ pactione despõderis. Quæ res testimonio

monio est sincerum tibi inesse judicium: & propterea familiaritatem tui ultrò omnes bonos debere sectari. Asserit enim probabilem mentem talis electio. Quare optimæ voluntati calcar admoveo, teque hortor, ut quamprimùm laudatissimum generum Dijs juvantibus sortiaris. Cuius accessio tibi & conciliabit gratiam plurimorum, & decus affinitatis adjiciet. Vale.

EPIST. XL.

* * *

RATIO quidem justitiæ seriò semper habenda est. Sed circa nobiles probabilesque personas plus debet esse moderaminis, ut perspiciatur in discretione judicium. Hoc eò proloquor, ut interventum meum generalitate commendem. Genus autem petitionis huiusmodi est. Agri sororis meæ Italicæ, illustris fœminæ, cultore vacuati, & fessi onere munerum publicorum, judiciariâ auctoritate refovendi sunt. Hanc opem de tui animi æquitate promisi. Certa est enim de bonorum mente præsumptio. Sponsioni igitur meæ, si tibi cordi sum, fidem præsta: & quicquid rebus, atq; rationibus matronæ absentis accommodum est, nutu facili tribue, meæ imputaturus gratiæ, quicquid illi favoris impenderis. Vale.

EPIST. XLI.

* * *

SIBERE non debui eo cõmeante, qui tuus est: siquidem necessitudo inter vos futura persuadet, ut utriq; vestrûm similis à me diligentia deferatur. Quare salutationem litterariam tibi defero, & hortor, ut virum devotissimum Ticianum, mihique amissicimum, promissæ conjunctionis quàmprimùm compotem præstes.
Vale.

EPIST. XLII.

* * *

FRUCTUS laboris est, placere melioribus, & pro industriâ atque integritate palmam judicij promereri. Quapropter Benignus VC filius meus, rei frumentariæ negotium pervigili animo, & puris manibus executus, solam de te mercedem justi amoris exspectat. Testatur insomnes eius curas imbecillitas corporis. Nihil enim de Sardiniâ reportavit, nisi bonam conscientiam, & malam valetudinem: horreis autem tantum frugis invexit, quantum illi provinciæ anni fortuna contulerat. Nullus de eâ rumor adversus, *a* nulla conquestio, res semper ad arguendum paratæ. Horum omnium locupletissimum pretium est, si amicitiâ tuâ dignus habeatur. Quod mihi declive ad impetrationem videtur, si *b* quidem necesse est, te delectet eorum probitas, quorum non fefellit, electio. Vale.

a *Sic Seh ex Ms. Bert. bene.*

b *Alij*, quod

EPIST. XLIII.

* * *

RELIGIOSA potiùs, quàm invidiosa quæstio est, quæ fidem pactorum repetit. Nolo igitur existimes, culpabiliter ad me esse perlatum, quòd pactas filiæ tuæ nuptias cum Herculio amicissimo meo hæsitatione suspendas. Sed cæteris, quos matrimonij, de te impetrati vel adjutores scit fuisse, vel testes me quoque voluit admovere, ut suspensa diu vota novi hortatoris impulsus acceleret. Maneat igitur, oro te, stabilitas promissorum, nec senatoriam fidem voluntatis mutatio devenustet. Prosit etiam pacto fœderi meæ pro illo petitionis adjectio: cui non sine contumeliâ placita denegabis, quum promptè nobis deferre etiam intentata debueris. Certè ea viri modestia, ea in foro Romano dignitas est, ut quantum ei gratiæ tribuisti, tantum ornamenti ex genero consequaris.

Yberes

Vberes laudes eius, & vitæ honestamenta prosequerer, si novum aliquem videretis admittere. At quum tibi eius bona esse comperta evidenter astruat dudum recepta conditio; non debeo eius protelare præconium, quem tibi susceptæ fœderis a pignus indicat jam probatum. Vale.

a *Alij* genus.

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS *

DISARIUS medicinæ professor, b virum sanctæ memoriæ atq; illustris, patrem tuum c spe *commodi uberioris in Galliam secutus fuit*. Et quia ei cohærere decreverat, rerum suarum in Aquitanicam nonnulla præmisit. d Nunc contra bonorum omnium votum tanti viri obitu destitutus, relegere ad suos iter, ut parens attestatur eius. optat. Iuva quæso te, piam juvenis voluntatem: & quæ ei pro insitâ moribus tuis fidelitate reddendâ sedulò spopondisti, jube ociùs reportari, ne illi supra vulnus amissæ spei, injuria longæ peregrinationis addatur. Vale.

b *Ita rest. Sch. ex Ms.*
c *Sic ex conjecturâ supplet lacunam Sch.*
d *Sic Ed. Sch.*

EPIST. XLV.

SYMMACHUS *

PERVECTÆ sunt ad me litteræ tuæ, quum in Campanis littoribus otiarer. Credo te fando, aut lectione didicisse, quanta sit huius regionis venustas. Vicit epistola tua appositas voluptates. Spretis igitur cæteris, quæ ingerebat loci gratia, totum animum recensendæ paginæ usq; ad memoriam mancipavi. Vtinam plura dictasses. Mihi tamen sæpè repetita instar multorũ fuerunt. Posthac cave parciùs promas, quod ex abundantiâ ingenij tui nascitur: ne me quoq;, cui stilus pauper est; in arctum revocet voluntaria tua frugalitas. Quod restat, Aurelium tibi denuò in manum tradimus, non quò inefficax fuerit prior commendatio; sed ut meritum eius nostramque curam testetur etiam iteratio. Vale.

EPIST.

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS *

QUISQUIS à nobis in commendationem sui literas petit, præstat gratiam *a quam se putat accipere.* antiquior est enim mihi amicitiæ cultus, quàm illis præsidij impetratio. Repende igitur huius promptæ operæ mercedem scripta reddenti, & pro mediocritate fortunæ hominem munerare. In tuo jure est, me etiam officij mutui honore digneris. Neque enim verborum fœnus exerceo, ut te de solutione conveniã. Grave est te ad leges debiti redigi, qui me officijs voluntarijs sæpè *b* superasti. Vale.

a *Fuit hiclacuna, quam ex Genio Symmachi sic supplet Lectius. Vide lib. 2. Ep. 77.*

b *Ms. Iur.* onerasti.

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS *

BONORUM virorum curam tibi esse non ambigo. Mores enim tuos necesse est similium virtutũ coniunctione gaudere. Si quid igitur mihi tribuis, quæso te, amplectere amicitias, domini & filij mei Flaviani: quem non solùm parentis, verùm etiam testis fidelitate commendo. Reperies in eo mentem dignam amore tuo, & meliore fortunâ, licet sacri beneficij magnitudo casibus eius occurrerit, & ad cumulum lenitatis adiecta sit Evocatio. Vndeæquum est, quem respicit Imperiale suffragium, familiaritas tua non deserat. Vale.

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS *

AD posteros amicorum curam transferre debemus, ne fides cum homine interiisse videatur. Exigit igitur à me memoria Petronij ex *c* Consulari, cui lar apud Ariminum fuit, ut eius filios hæreditario amore defendam. Horum *d* domus militaribus habitanda decernitur, & nî publica succurrat auctoritas, extremum patietur excidium. Si quid igitur interventui

c *Mss.* Consularibus.

d *Sic supplet lacunam Iur. ed. Sch.*

tui meo tribues, datis ad Ariminenſium magiſtratus atque Ordines minacibus litteris, arceri ab eâ hoſpites jubeatis, & reſtituere penatibus parvulorum piſcam ſecuritatem. In Iudiciis enim jubentur eſſe *a* tutelam, qui à parentibus deſeruntur. Vale.

a Ita benè Ms. Benè vide Lex. Plaut. In.

EPIST. XLIX.

SYMMACHUS IUSTO.

VOTO ac deſiderio ſuo me adjutorem Severus vir honeſtus aſcivit. Cuius cùm petitionem probabilem judicaſſem, flagitatas litteras negare non debui. Summa autem petitionis hujuſmodi eſt, ut filio eius conjunctionem filiæ tuæ ſpondeas: cuius rei impetrationem facilem fore perſonarum promittit æquatio, & honeſtate & *b* poſſibilitate congruitis. Expecto igitur ut reſponſio tua teſtimonium meum vires apud te habuiſſe declaret. Vale.

b h e. opibus. ſic autem omnes Mſs.

EPIST. L.

SYMMACHUS CÆCILIANO.

QUANTUM domui meæ cultum Lucillus quondam pictor adiecerit, cum potiſſimis amicorum nolle te certum eſt. Huius filium, per naturam quidem & per neceſſitatem procul poſitum, *c* iniuſta ſollicitant, orto certamine inter Numerarium quendam & Opinatorem dudum ſupradicti poſſeſſoris colonũ, qui ſuperiorum temporum ratiocinia in Lucilli vertere damna *d* iniquum non poſco, non gratiam; licèt interuentui meo etiam voti & ſtudij acceſſio debeatur. Et primore loco poſtulo, domus viri pudentiſſimi longeque degentis per Officia publica & Ordines tuta præſtetur: Dehinc, vt ſi quid inter illos decertationis eſt, tuo *e* cædatur examine: ne quando alteri Iudici ſeruata cognitio recidivam Lucilli filio gignat iniuriam. Vale.

c Alii, vis inſolicitat.

d Alij, æquũ

e Sic Ms. Gif. Ed Sch. Metaph. ab arboribus.

EPIST.

EPIST. LI.

SYMMACHUS APOLLODORIO.

QUINTUS & Felix Ipponienſium Curiales, has de me litteras ſummatibus viris intervenientibus impetrarunt. Debui enim probitatem hominum de teſtibus æſtimare. Intereſt igitur amicitiæ, ne ſpes eorum, qui me ad impetrationem validum crediderunt, decepta videatur. Quare, ſi quid eorum poſcet utilitas, benignitatem adde juſtitiæ. Credo enim talia poſcenda, quæ nec intervenientis petitionem, nec præſtantis judicium decolorent. Vale.

EPIST. LII.

SYMMACHUS MAXIMILIANO.

ME ex ſententiâ valere ſignifico, tibi ſecunda opto ſuppetere: *a* poſt hæc depoſtulo, quod ſponta- *Alij:* poſt-
neâ benignitate feciſſes, ut conductorem rei meæ Si- hac.
cilienſis, ad provinciam revertentem, celeri tranſcurſu ad deſtinata dimittas.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS *

ASSIDUÆ ſcriptionis nullum poteſt eſſe faſtidium. Fungor igitur apud te ſalute dicendâ, ſimulque hortor, & deprecor, ut hominum meorum curam gerere non graveris; quibus non ſolum tribuenda eſt fiducia, ſi quid uſus deſiderer, ſuggerendi, verùm etiam neceſſitas admovenda. Hæc enim eſt natura ſervorum, ut adire renuant profuturos, dum culpam ſuam metuunt deprehendi. Vale.

EPIST. LIV.

SYMMACHUS POEMENIO.

TACENDA ſunt damna fortunæ, ne ſera conſolatio ſcindat præteriti doloris cicatricem. Rectiùs ergò tecum filij noſtri Nemeſij ornatiſſimâ in-

dole, vel potiùs fœcundâ laudum fruge contulerim. Habes virum dignissimum pro numerosâ prole censeri. hunc tibi in manum reddo, quod utroque facere voluissem. Æstimabis de cultu morum eius ac litterarum, quantum illi studiorum mora potuisset adjicere, nisi respectum paterni desiderij timor noster habuisset. Vale.

EPIST. LV.

SYMMACHUS EUSEBIO.

COMMUNIS amici Eusebij merita longo sermone prosequerer, nisi *a* de probitate eius atq, militiâ plura sentires, qui nunc de loco suo anxius, postquam de eo competit esse dubitatum, allegationes suas properavit astruere lectione publici scripti, non assertione verborum. *b* Quâ in re & fautor *litiganti, & testis allegationibus eius, à nobis accedere iubetis*: quorum alterum nobis tua amicitia promisit, fides alterum pollicetur. Nam dudum eum ad scholam Gallicani palatij translatum esse meministi. quod ideò te credimus ipso absente siluisse, ne existimaretur gratiosa esse suggestio. nunc maiore fiduciâ aderis veritati cùm allegationes præsentis audieris. Vale.

a *Ita sententia supplenda.*

b *Sic ex conjecturâ supplet hunc locum Sch.*

EPIST. LVI.

SYMMACHUS GEMINIANO.

FELIX cùm & domûs tuæ *c* cultor esse diceret, & humanitatem commendationis meæ amicis intervenientibus postularet, desiderio eius familiarem paginam non negavi, quâ principe loco fungor apud te salute dicendâ. Dehinc prosequor *d* receptam petitionem, quæ supradicto, si nondum tibi cognitus est, præstet clientelæ aditum, si jam notus, augmentum. Vale.

c *Ita Ms. Gif. Bert. Alij:* diceretur.

d *Sic quoque Mss Ed. Sc.* h.e. *commendationem.*

EPIST.

EPIST. LVII.

SYMMACHUS QUINTILIANO.

MORIS mei est, benè cognitis ac probatis ferre suffragium; nec personas hominum, sed vitæ merita cogitare. Cùm igitur Asellus domesticus noster in urbanis castris militiæ stipendia sine offensione confecerit; quæso, ut admissus in clientelam tuam, & meum patrocinium sibi profuisse, & tuum accessisse lætetur. Vale.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS GÆCILIANO.

INTERVENIRE pro justis debitis non recuso. Malitiæ est enim repudiare locum gratiæ *a* in his, *quæ ipsa postulati æquitas commendat*. Formianis ad egestatis levamen certum ex Africâ olei modum decrevit antiquitas. Poscunt à te morem longâ ætate servatum, cui debet adjicere celeritatem *b* præstantis humanitas. Vale.

a Ita supplet lacunam Sch. vel sic: quibus æquitas præstat patrocinium.

b Sic Lect.

EPIST. LIX.

SYMMACHUS JOVIO.

NON novum vel incognitum, sed compertum jam fide & antiquitate militiæ Eusebium amicum meum promptus commendator insinuo: quem ad hoc ævi nulla actuum culpa fuscavit, sed absentia, quæ plerisq; occulit merita, si testimonio præsentium deseratur, *c* locum eius dicitur in ancipitem statum deduxisse fortuna. Singularis tamen animi tui æquitas non patietur, ut spero, adversum stipendiorum prærogativam casum valere. Et mea igitur hortatio, & ipsius fiducia judicium tuum respicit. Quæso ut causâ cognitâ, veterum eius stipendiorum justa confirmes, præstaturus & nobis amicis securitatem, & honestum collegis de optimi viri retentione consortium. Vale.

c Ita dist. Lect. optimè.

EPIST. LX.

SYMMACHUS PROBINO.

OMNIBUS qui occasionem scriptionis impertiunt, *a* commendationis quandam rependo mercedem. Nunc optimo viro Petrucio factum volo, quem scio hanc epistolam non tam sui commendatione, quàm mei officij gratiâ postulasse: cuius operam versâ vice munerandam *b* putavi. Popposcit litteras, ut tibi probarer impensiùs. Ego contra ideò scripsisse me fateor, ut tibi illa acceptior redderetur. Vale.

a *Ita distinguo.*

b *Sic Ed. Sch. Lect.* existimari.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS PACATO.

VIx adducor, ut credam litteras meas sæpè repetitas nihil Leontio remedij contulisse. Quia si nihil vitium frequens interventus noster habuisset, desisteret suffragium meum toties elusus optare. Quum igitur apud me querelæ istius fides dubia sit; experiri volo, cui potissimùm parti dubitatio mea debeat applicari. Est igitur in manu tuâ, utrum posthac tenere in scribendo morem debeam, an verecundiæ nostræ continuâ etiam taciturnitate consulere. Vale.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS ROMULO.

TU quidem paternâ affectione pignus commune commendas. Sed illi efficaciùs studia & amorem bonorum probabilis vita conciliat. Habes juvenem, cuius fruge gaudere debeas, etsi scio patres avaros esse voti, nec ulla filiorum bona putare perfecta, desiderio & cupiditate potiore. Fortè *c* lactari animum tuum judicas dulci potiùs nuncio, quàm fideli. *d* Cùm verò tibi eius reditum favor divinus adjuerit, tu in illius meritis deprehendes mei testimonij veritatem. Vale.

c *Ita ed. Sch. Vide lib. 5. Epist. 10.* Aures lactare blanditiis.

d *Sic feliciter restituit loc. ii Lectius.*

EPIST.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS *

OBSERVANTIAM vetus usus induxit, ut domo profecti præstent auspicium mutuæ scriptionis. Sed ego longæ exspectationis impatiens ordinem servare non potui. Prior igitur tibi honorificentiam styli defero. Dehinc subjicio postulatum, cuius hæc *a* forma est, ut Laurentium domesticum (quod domûs meæ poscit utilitas) suffragio tuo dissimules adjuvare. Vale.

a *Ita in Ms. Gif. Vide l. 2. Ep. 19.* Consilii forma. *Alij:* summa.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS PACATO.

INCITARE debueras. Sed prolixus in hac conquestione esse nunc pigeo. Itaque ad commendationem viri devotissimi Olympij amicissimi mei flecto sermonem: teque sedulò rogo, ut eum securus testimonij in penetralia familiaritatis admittas. Reperies in eo morum bona, qualia judicij tui circumspectio consuevit *b* eligere. Vale.

b *Sic Lect. Ed. Sch.*

EPIST. LXV.

SYMMACHUS ALLEVIO.

VEHICULI rotæ cuius debeant esse mensuræ, *c* linea missa testabitur. Supereſt, ut omne carpentum adfabrè & firmis compaginibus explicetur. Si parte pretij ad hoc opus est, quod dandum scripseris, jubebo numerari. Humanitas *d* xeniorum tuorum debet esse moderatior. Religio enim animis potiùs, quàm muneribus æstimatur. Vale.

c *Ita Ms. Gif. Vulgo:* epistola. *Al:* Epitoma. *Vel* linea amussis, h. e *ex linea facta.*

d *Sic ex eodē lib. leg.* e *Al:* sc. morum, h. e. scilicet mor. t. *Al:* indicia. *Nihil videtur deesse: nisi forte nomen aliquod proprium loci, vel causæ.*

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS AD SECULAREM.

PRETIA desertorum confuso errore poscuntur. Nam neque *e* judicia .... certus futuri laboris institues. fixum enim ac definitum tenet ampliſſima

Præfectura, nullum eius esse meriti, ut sublimitati tuæ debeat subrogari.

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS *

ET quiete provinciæ, & vigoris tui laude delector. Nec quicquam magisterio meo vendico, quum omne quod spectat ad gloriam, tuæ potius indoli debeatur. Macte igitur primi honoris auspicijs, & in uberiorem gloriam felices tende conatus, ut tibi ad celsiores gradus januam pandas, & Romanum nomen claritudine administrationis illumines. Vale.

EPIST. LXVIII.

SYMMACHUS *

SOLEO amicitias optimorum primus expetere. Nunc fortunæ meæ inclinatio, ut præveniret, effecit. Tribuenda est igitur venia tarditatis, non negligentiæ, sed mœstitudini meæ: & bono omine familiaritas copulanda, cui auspicium fortunatius præstitisti. Sed licèt me ipse officij ordine & dignatione præverteris; in posterum tamen nequaquam residem judicabis: ut animorum nostrorum conciliatio, quæ tuo invitamento sumpsit exordium, meis litteris frequentata cumuletur. Vale.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS *

MALLEM quidem reditum tuum, quàm litteras impetrare. Sed etiam habent solatia locum, quoties fraudamur optatis. Vereor autem, ne te diu
a Sic Ms. Iur. a ab urbe protermines. Namque hoc nobis minatur tarditatis tuæ elaborata defensio. Quare velim noveris, nullas more allegationes desiderantibus justas videri. Quicquid igitur ipse causationis attuleris, surdis ut aiunt, auribus ingeretur. Hæc interim de quarto Latinæ viæ, mox agrum Laurentem petiturus emitto

Est.

Est enim familiare mœrentibus, animi curas migratione discutere. Vale.

EPIST. LXX.

SYMMACHUS *

ACCUSAREM silentium tuum nisi te in fratre vidissem. Ille & officij satisfactionem, & præsentiæ imaginem mihi solus exhibuit. Nam omnia bona in eo agnovi, quæ in te dudum probavi. Amo igitur veniam familiæ vestræ. De quâ nobis, etiam quid adhuc comperti non sunt, prærogativa optimi generis laudabiles jam videntur. Superest nunc mihi solemnis illa efflagitatio litterarum; quam nec omittendam penitus existimo, ne remissiùs cures, quæ putas non desiderari, nec magnoperè perurgendam, ne tibi perpetua conventio spontanei gratiam decerpat officij. Vale.

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS *

QUAMVIS relegereiter, atque illicò parem ruræ deducere; hoc ipsum tamen breve intervallum dici vacuum esse litteris non patiar. Primùm, ut officium scriptorum tuorum vicissitudine sermonis æquiparem. Dehinc, ut expetitas amicitias relatu gratiæ intelligar munerari. Postremò, ut indicio adventûs mei pauxillum de te, si mox abire decreveras, residendi tempus obtineam. Ob has causas epistolam venturus ipse tanquam præsulem misi. Sed in his præcipua mihi fuit ratio non silendi, quòd priot votum sanciendæ familiaritatis habuisti. Unde curare me decuit, ne culpam fastidij contraherem dissimulando responsa. Atqui mallem semper meâ operâ amicitias inchoari; tantum abest, ut pigrè & negligenter accipiam munus religionis oblatæ. Ago igitur gratias bonæ voluntati tuæ; & curabo sedulò officijs meis, ut credas potuisse me scribendi ordine præveniri, diligentiâ animi non posse. Vale.

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS *

ALEXANDRUM, sicuti loquuntur historiæ, gravis momordit invidia, quòd Achilli fortissimo ævi sui Homerum præconem fortuna tribuisset. At mihi animus gliscit gaudio, quòd eventus Reip. prosperos pari li sermone ornasti. Unde factum est, ut nostris quoque obtutibus, qui procul agimus, quædam gestorum facies subderetur. Quare *a* & fortunæ tuæ gratulor, quæ spectatorem te secundis rebus adposuit, & facundiæ, quæ talium negociorum magnitudini orationis gravitate respondit. Cœlestis nutus efficiet, ut ornatissimo linguæ tuæ promptuario numquam desit materia talium nunciorum. Vale.

a *Correctio huius loci debetur Ms. Pith.*

EPIST. LXXIII.

SYMMACHUS *

CURA anxius eram, priusquam litteras tuas sumerem, utrùm commodè peracto itinere ad destinata perveniisses. Sed ubi certior factus sum, nihil valetudini tuæ labore itineris deminutum, animus ad se revertit. Præstabit divinus favor, ut sicuti absentiâ tuâ optata cognovimus, ita tuo reditu gaudeamus. Vale.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS *

EDITIONIBUS nostris amicam operam polliceris. Intelligo litteris benevolentiæ tuæ effectum respondere potuisse, si honoris tui tempus fœlicitas provinciæ propagasset. Sed quamvis depositis Reipub. habenis nequeas promissis terminum dare: ego tamẽ fateor, ita me tibi vadatum gratiâ, *b* ut sperata perfeceris. Voto enim faventis non exitu rei animus obligatur. Interea abundo gaudio, quòd tibi omnium rerum fama floret, & in partem quæsitæ à te laudis accedo. Vale.

b *Sic Ms. Gif. Vatic. & Iur.*

EPIST.

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS *

BEASTI Curiam nostram forumque Romanum, de quo sortiri Sicilia magistratus, anteriorum recordatione metuebat. Ades igitur nobis expectatus, illis desiderandus. Et præsumo tibi accepto ferendum, si provinciæ commodaverit posterioris imitatio. Auctor est enim bonorum sequentium, qui relinquit exemplum. Vale.

EPIST. LXXVI.

SYMMACHUS *

QUERERBAR tacitus ipse mecum de silentio, sed amicam succensionem recens sermo placuit. Ergo in usum veterem revertamur, & mutuam diligentiam religiosis salutationibus excolamus. Vale.

EPIST. LXXVII.

SYMMACHUS *

SCRIPTA tua plurimùm mihi tribuunt voluptatis. Sed si paulùm Romæ residere voluisses, multò ampliùs nobis præsentia tua, quàm sermo gratiæ contulisset. Fero tamen æquo animo, quòd desiderio nostro amorem patriæ prætulisti. Et spero visendi filij tui gratiâ, qui nunc liberalibus studijs eruditur, reddendam mihi sæpius tui copiam. Interea dum absumus, frequentanda tibi est operæ scriptionis, ut meus etiam stilus ad vicissitudinem provocetur. Vale.

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS *

CREDO miraris, quòd adhuc crudo fortunæ meæ vulnere silentium ruperim. Hæc solatia: his pascor, his recreor: etsi illa duco maiora, quæ mihi ex tuo pectore & sermone redduntur. Sed nolo tantisper à me exigas litteras longiores. Breves sunt doloris in-

ducia, & mox in miseras cogitationes recurrunt dissimulata paululùm mala. Ergò tua potiùs retundet oratio, quæ tibi laudem servatæ amicitiæ pariet, & mihi præsentis ærumnæ solamen adferet. Vale.

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS *

VTINAM te melior causa tenuisset: & facilè absentiæ tuæ damna ferremus. Utcumque tamen desiderium tui litterarum solatio mitigasti: quas frequentare dignaberis, si quam tibi adhuc necessitas familiaris moram indixerit. Vale.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS *

ET sancti animi tui affectione, & sermonis assiduitate delector. Ne illud quidem beneficij minoris existimo, quod ad scribendum mihi idoneas tribuis facultates. Spero enim *a* paginas meas tibi posse restitui, quas reposcunt, qui tuo judicio portitores huius officij deliguntur. Ea verò quæ pro mutuâ amicitiâ dignaris injungere, libenter exsequenda suscipio, quotiens desiderant operam meam, quos commendatione prosequeris: Sed si quid aut negligentiùs, aut seriùs sortitur effectum; eorum dissimulationi, quos commonendi cura deserit, oportet ascribi. Cæterùm tam justa & honesta sunt, quæ ipse plerùmque delegas, ut mihi vel ultrò appetenda sit exsecutio probabilium litterarum. Vale.

a Ms. Gif. vel litteras m.

EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS *

DIu litteras tuas desideratas me fateor, quarum apportatio exspectationi plenissimè satisfecit. Præcipuè autem gaudio fuit, quòd te pro voto agere nunciasti. Dehinc quòd adventus tui dedisti obsidem spōsionem. Et quoniam te mutuis de me præsumo gaudere;

dere; post ingentia pericula, quæ solus in cōmunis patriæ perturbatione toleravi, in bonum statum rediisse significo. Supereſt, ut ad plenitudinem prosperorum lætitia nobis sperata proveniat; quod mihi tuo reditu spopondisti. Vale.

EPIST. LXXXII.

SYMMACHUS *

POMIS tuis abundè honorem scripto facerem, si valerem. Nunc obsessus membrorum omnium doloribus, sylvarum tuarum laudem sequestro. Faciet frequens humanitas tua, ut sæpè alias in Marsos bona Phæacum translata celebremus j Vale.

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS *

RURI cum parentibus otiabar, ut algore Prænestini diversorij flagrantiam torridæ æstatis excluderem. *a* Eò me loci reppeterunt litteræ tuæ, quas expectatione prosperioris indicij principio lætus accepi. Namque ad hoc locorum nullo me munere sermonis hilaraveras. Sed ubi omnes molestias, quas Pado auctore toleraſti, sollicitâ lectione percensui; accusato vernulâ tuo flumine, cuius turbidos meatus & infidum agmen expertus es; retuli istam conservationis tuæ gratiam Dijs auctoribus, Bonæque Fortunæ. Quamobrem complacitum est mihi serum exhibiti sermonis officium, cuius longam cessationem secundis rebus tuis incusare potuissem. Factum est enim religione quâ debuit, ut priùs liberationem tuam, quàm periculum discerē. Quare penes sospitatores tui Deos, manebit hęc cura, ut beneficijs *b* suis jugiter immorētur, teq, ob meritum donent largo ætatis excursu; ita ut senectus nihil decoquat firmitatis. Interea quoniā te grata secessio, & quies dulcis amplectitur; quæso curam dignatus arripias nobiscum sæpius loquendi. Adjicies plusculum refectioni corporis, si aut emittendis epistolis, aut vicissim sumendis peregrinationem levaris. Certè nobis nihil antiquius erit, quàm te legere, *c* quib⁹ blanditias oris tui interim non contingit audire. Vale.

a *Nihil hic mutandum.*

b *Ita benè Iur. Ed. Sch.*

c *Lectus sic restituit Ed. Sch.*

EPIST.

EPIST. LXXXIV.

SYMMACHUS *

QUOD ait noster Comicus; *Numquam te adeo, quin abs te doctior abeam:* id ego de epistolis tuis jurè memoraverim, quę multis salibus nonnumquam sententiarum, plærumque versuum farciuntur. Veluti nunc litteræ tuæ halantes Platonicum nectar, quantum mihi muneris dederunt! Nam nisi *a* tibi bonarum partium spectatus essem, numquam me Atticis Musis impertiendum putasses. Quare huiusmodi operi frequenter accingere, & amicitiæ diligentiam sedulò persevera: cùm hoc negocium tibi nostri officij viciſſitudo commendet. Vale.

a Sic Ms. Gif. Alij: b. artium.

EPIST. LXXXV.

SYMMACHUS *

AMICÆ voluntatis indicium est, quòd adeptus amplissimum Consulatum, cognitionem mihi & societatem tanti gaudij præstitisti. Quare huius tibi apud me muneris opima laus est: quando ita securus es mei animi, ut tuis rebus prosperis scias nos posse lætari. Quid quòd etiam Consulare negocium fuit honoris sui nuncium latiùs promovere? Gaudia enim, quibus pauci fruuntur, angusta sunt. Dehinc ipsius æterni Principis beneficium celebrius atque ornatius reddidisti, cui sub occasione talium litterarum apud multos gratias videris egisse, quàm benignè animadvertantur officia. Facito, ut istam gratiam scribendi assiduitate continues. Vale.

EPIST. LXXXVI.

SYMMACHUS *

COMPOTEM me optati nuncij præstitisti. Fateor enim veræ amicitiæ hanc esse rationem, ut commoda nostra mutuò gaudeamus. Gratulor igitur cùm tibi familiaritatis nostræ causâ, tum famæ temporum, quam

quam recentis judicij æquitas in æternam gloriam vindicavit. Functus es optimi civis officium, multâ operâ, perperi sollicitudine. Sed nolo pœniteat. Virtus durioribus negocijs enitescit, & aspernatur declivem facilitatem, maximoque sudore arduum laudis adnititur. Adde huc, quòd in *a* ore fortissimi Principis agis, & publico bono sine satietate defrueris: quæ res non compensat modò, sed etiam commendat laborem. Iam illud quale est, quòd in causâ non tantùm tuâ fortunæ eluctatus incertum, nulli nostrûm debes victoriæ tuæ gratiam? Plura vellem; sed videor mihi in præsentiâ satis feciſſe verborum. Nunc si tibi potestas est, malo ut jam recurras: Si quid morarum est, quæso respondeas. Vale. a *Ita Ed Sch.*

EPIST. LXXXVII.

SYMMACHUS *

SUMMA tibi apud me laus & solida gratia est, quando id affectas amicitiæ cultu, ut nos litterarum honore digneris. Sed pars epistolæ tuæ, quæ laudem mihi assignavit eloquij, sit licet nimis jucunda, minùs tamen vera. Non audeo scribere, *Mentiris* & *Decipis* cùm hæc de me prædicas: sed illud potiùs; scio, quòd amore falleris. Tu quemquam facundum voces, vir in dicendo summarum partium, cui sit patritiæ dignitatis oratio? Ergò parce verbis lenocinantibus, & luco oblitis, & ad gratiam comparatis. Amicitiæ nostræ fortè conveniat, ut talem videri me cæteris cupias, *b* pudoris tamen mei non est, ut mihi ipsi talem me esse persuadeas. Vale. b *Sic Lect.*

EPIST. LXXXVIII.

SYMMACHUS *

OLIM temihi fecit optabilem cultu, fama litterarum tuarum: sed diu officium scribendi per verecundiam distuli, ne in aulâ positum viderer ambire. Cuius morbi ita crebra est affectatio, ut *c* diligentes c *Sic Iur. Ed. Sch.*

gentes existimationis viri pro alienis vitijs erubescãt. Iam remota est causa hæsitantiæ, postquam me prior salutatione dignatus es. Patentes amicitiæ tuæ fores benignè accitus intrabo, & compensare meditabor pudentis silentij moras crebrioribus paginis. Tu tantùm bonâ veniâ *a* recipe obsequium linguæ inopis, & paulisper Imperialis magistri submitte judicio. Indicasti certè meorum te aliqua legisse. Eandem posco patientiam. Novus tibi non ero, nec inexpertum formidabo arbitrum. Omnia mea ferre didicisti. Accessit etiam nobis familiaritas, quæ te mihi æquiorem judicem faciat. Gratiosa quippe est amicitia, & à severo examine in blandiores sensus caritate mutatur. *b* Quid si ego depositò ingenij pauperis metu assiduas tibi epistolas spondeo? Videquanto amplius *c* speres de promptuario largiore. Fatendum est amicè: Gallicanæ facundiæ hausturus requiro: non quòd his septem montibus eloquentia Latiaris excesserit; sed quia præcepta rhetoricæ pectori meo *d* senex olim Garumnæ alumnus immulsit. Est mihi cum scholis vestris per doctorem justa cognatio. Quicquid in me est, quod scio quàm sit exiguum, cœlo tuo debeo. Riga nos ergò denuò ex illis Camœnis, quæ mihi lac bonarum artium primùm dederunt. Et si te in meis scriptis aliquid offenderit; auditorem quondam popularis tui, aut silentio tuere, aut tu quoq; rursus institue. Vale.

a *Idem Iur. Ed. Sch.*

b *Hæc lectio Lectij est.*

c *Alij* sperem.

d *Fortè Ausonium intelligit.*

EPIST. LXXXIX.

SYMMACHUS *

ACcuso litteras tuas, quas, malè credulus, desiderio in te meo, facturas medicinam putavi. At illæ decursæ oculis admoverunt tædas ferventiores. Affluebant enim multo melle facundiæ, quod avectũ tecum doleo. Itaque parvæ lectionis sapore commotus, tristiorem damni sensum recepi. Inter hæc occurrit altera cogitatio, amarius esse, si taceas. Quapropter conditio durior vertit me ad optionem prioris.

Pero

Peto igitur scribas. Sed fac epistolis tuis temporis intervalla breviora. Sæpius ad me commeent, & confabulationem præsentis imitentur. Fruemur assiduè eâ parte, quâ meliores. Quòd si aliquid prolixioris curæ, & elaborati à te operis adjunxeris; propè erit, ut non solum Romæ, sed in Atheneo quoque nostro, quâ soles gratiâ, perorare videaris. Vale.

EPIST. XC.

SYMMACHUS *

IN curam tuam redijsse me gaudeo. Sed huius tam subiti operis boni ornatissimus juvenis Asterius mihi auctor est; qui parandæ commendationis gratiâ, ut tandem scriberes impetravit. Et illius quidem familiaritati, licet à nobis olim repertæ, ob meritum recens adjecimus animi diligentiam. Te verò non patiar ultrà exspectare monitores, & aliorum potiùs usui operam navare, quàm mutuæ inter nos affectionis debitum pium solvere. Non invideo poscentibus testimonia, vel suffragia tua. Sed validior est amicitiæ causa, quàm gratiæ. Precarias epistolas postpone legitimis: his frequentius caritas studeat, illas nonnumquam præstet humanitas. Vale.

EPIST. XCI.

SYMMACHUS *

EXPECTARE non debui litteras tuas, quibus iudicium mihi faceres honoris accepti. Itaque verecundiam tuam gratulatione prævenio, & optoad augeat gradum meritis jure delatum continuata fœlicitas. Restat stili assiduitate acuas inter nos amicitiæ diligentiam, vincasque officijs a intercessus tuos. Ille enim b verè incrementis suis major est, quem sublimitas parti honoris inclinat. Vale.

a *Sic Mss. omnes. Alij,* successus.

b *Explicita hæc est sententia,*

EPIST.

EPIST. XCII.

SYMMACHUS *

IN cassum dissimulationis & taciturnitatis accusor, quum debitam tui diligentiam love teste non deseram. Sed nequitiâ meorum arbitror accidisse, ut missa ad te scripta *a* resederint. Quæso igitur ne exinfrequentiâ litterarum meus in te animus æstimetur. Nam plerumque officijs simulatur affectio. Amicitiæ autem sinceritas pectoris magis fidem postulat, quàm delinimenta sermonis. Vale.

a *Alij*, interciderint. *non bene.*

EPIST. XCIII.

SYMMACHUS *

PIGNORA nostra conjunximus. *b* Atque ideò consentaneum videtur, ut quos *c* cœtus participes habuimus, etiam honore sportulæ prosequamur. Duos igitur solidos offerendos tibi misimus: parvum munusculum, si æstimetur pretio sui: religiosum, si amore pendentis. Vale.

b *Sic bene ex Mss. Sch.*
c *Ms. Pith.* coitus. *h. e. contractus nuptiarum.*

EPIST. XCIV.

SYMMACHUS *

ROMAM te venturum certa fama promiserat. Spem visendæ præstantiæ tuæ multo gaudio ceperamus. Sed improvisò mutatus nuncius indicavit, quòd pio accitu Domini & Principis nostri ad votiva *d* remearis. Ergò officium salutationis, quod coram speraveram deferendum, stili honore compenso: teque oro, ut ingravatam vicem referas, quæ suadeat desiderari ex me crebra colloquia, si ostenderit prima placuisse. Vale.

d *Sic Lect.*

EPIST. XCV.

SYMMACHUS *

PRO utroque nostrûm causam diutini silentij reddidisti. Nam me quoque fateor scribendi officio hacte-

hactenus temperasse. Tuâ igitur purgatione defensus, diluere litteris, quod commune est, non laboro. Nunc omnium statu in tranquillum reducto, æmulis studijs omissa repetamus. Ita enim demum *a* probabitur temporis fuisse, quòd *b* diu inter nos stilus quievit; si redditâ facultate mutuam diligentiam frequens sermo reparaverit.

a *Ita Mss. concinnè.*
b *Vulg.* intra.

EPIST. XCVI.

SYMMACHUS *

ETSI à litteris temperasti, exempli tamen imitator esse non debeo. Integro igitur largam salutationem: nec diffido reddenda saltim mihi esse officia, quæ à te fuerant inchoanda. Vale.

EPIST. XCVII.

SYMMACHUS *

SOLET bonis livor obstrepere: ut nunc speratum præsentiæ tuæ gaudium mihi subduxit invidia. Hactenus vires suas in damna voti communis intenderit. Sic ero contentus, quod me adventûs tui expectatione fraudavit. Ipsum te sospitem manere patiatur, & tandem cum utroq; nostrûm redeat in gratiam. Instar beneficij erit, si mihi contingat *c* de tui securitate voluptas. Vale.

c *Alij:* de te ex voluptate securitas. *Vtrumq; benè.*

EPIST. XCVIII.

SYMMACHUS *

SUMTO adventûs mei nuncio, de quo non potuit apud te fama reticere, exspectavi, ut prior scriberes, vel quod est amabilius, ut ipse Formias commeares. Sed quia utrumque vel dissimulatio tuâ, vel occupatio denegavit, in partes tuas libenter ipse succedo: teque oro, ut mihi aut excursum tuum præstare digneris, aut, si obstat aliquid, saltim litterariâ salutatione respondeas.

* *Hæc Epist. tota erat omissa in Edit. Mog.*

EPIST. XCIX.

SYMMACHUS *

a *In Ms. Gif. est:* Nam & sic d. v. p. *quomodo & Lect. legit.*

AMO litteras tuas, sed expecto præsentiam, a quam mihi dierum ratio pollicetur. Plura scribere spes adventûs tui non sinit. Sed quod nunc epistolæ detrahimus, coràm fabulis rependemus. Vale.

EPIST. C.

SYMMACHUS *

GRATUM mihi est, quod promptissimum studium rei nostræ dignaris impendere, & te memoré scriptorum assiduitate testaris. Hinc fit, ut officijs tuis etiâ cura nostra respondeat. Libenter igitur rependo sermonem. Et quemvis spontaneam juvandis hominib⁹ meis adhibeas voluntatem, hortamentum tamen petitionis adjicio, ut officia quæ ultrò tribues, cumules provocatus. Vale.

EPIST. CI.

SYMMACHUS *

CONQUESTIO tua de raritate epistolarum mearum magis religiosa, quàm justa est. Nam cùm ex amore descendat, non habet tamen æquitatem. Nunc tamen emenso itinere, promitto præterita officiorum dispendia crebris à me epistolis sarcienda.

EPIST. CII.

SYMMACHUS *

b *Alij:* cùm.

DUM b petis beneficium, præstitisti. Plus enim mihi ex amicitia tuâ, quàm tibi ex nostrâ defensione quæsitum est. Nihil igitur assumam gratiæ meæ, cùm plurimùm tuæ debeam. Potest tamen adhuc istiusmodi munus augeri scribendi assiduitate: ut cumulet voluntas familiaritatem nostram, quam nunc videtur necessitas inchoasse. Vale.

EPIST.

EPIST. CIII.

SYMMACHUS *

TOTIS viribus adjuvandi sunt communis Patriæ Corporati, præcipuè mancipes Salinarum, qui exercent lavacra Ignorum prærogatione. His plerique sunt debitores: quod nisi ad solutionem vigor Judicialis adstrinxerit, eliciet publicam querelam *a* seriem incommodi. *b* Quare quæso, ut inter cætera, quæ sibi de studio tuo Roma promittit, hanc quoque partem diligentiæ tuæ vindices.

a *Alij*: onus.
b *Sic Rittersh.*

EPIST. CIV.

SYMMACHUS *

PARVA fatemur esse, quæ misimus, sed honorificentiæ parentis religione potiùs, quàm *c* mole muneris æstimatur. Hæc ipsa tamen *d* exilis oblatio plus ad me gratiæ portabit, si religio tua usui suo à me delibata susceperit.

c *Sic commendissimè Sch.*
d *Idem ita emendat.*

EPIST. CV.

SYMMACHUS *

IUVANDI sunt mancipes salinarum, qui splendori atque usui patriæ communis inserviunt. Dignaberis igitur auditis eorum querelis, adeuntibus deferre justitiam, & urbi utilem, & tuis moribus congruentem. Vale.

EPIST. CVI.

SYMMACHUS *

PRO filijs nostris, Deo juvante conjunctis, in duobus solidis ad te misimus sportulam nuptialem, quam cùm promptâ dignatione susceperis, documentum dabis, omnia amicorum festa esse communia. Vale.

EPIST. CVII.

SYMMACHUS *

NUPTIIS quidem filij mei te quoq; amicorum potissimos interesse voluissem. Sed quia longinqua absentia tua desideratum mihi negavit officium: in duobus solidis sportulam misi, ut vigere apud me tuam memoriam votivâ oblatione testarer. Parvum quidem munusculum est, si æstimatur precio sui: religiosum, si amore pendatur. Vale.

EPIST. CVIII.

SYMMACHUS *

OMNIA quæ sine auctore jactantur, incerta sunt. Sed ego in sacrę Virginis famam nihil patior licere sermonibus. Quare officio Pontificis, fide Senatoris admoneor proferre comperta. Diceris ante annos legibus definitos Vestali secreto velle decedere. Nondum credo rumori, sed assertionem tuæ vocis exspecto, quæ opinionis dubium aut agnoscat aut respuat. Vale.

EPIST. CIX.

SYMMACHUS *

TANDEM de actibus tuis certum me facere a dignata es: quibus lectis atque decursis lætatus sum vitæ & innocentiæ tuæ apud Justum. Cæteris in rescribendo diligentiam defuisse, b Video, quos tu ad referendam gratiam dignaberis incitare: ut intelligam vicissitudine provocatus, epistolas meas ijsdem fastidio posteà non futuras. Vale.

a *Vulgo.* dignatus es.

b *Tale quid desideratur ad supplendã sententiam. Et videtur hiatus esse in epistolâ.*

EPIST. CX.

SYMMACHUS *

ALIORUM quidem tibi spectanda est sententia, quos decet de Patribus judicare. Mei ingenii exilitas etiam parva miratur. Quare velim credas, nihil tibi

tibi ex meo testimonio honoris accedere. Nam etsi laudari ab laudato viro vetus dictum est: nostri tamen mediocritas non multum famæ tuæ claritudinem juvat. Sed quia voluntati tuæ mos gerendus est, *a* quid quidam è *b* medio de orationibus tuis sentiant, jussus expediam. Propè est, ut te arguere debeam, quòd seculo nostro *c* Tulliani stili famam parcus invideas. Respondebis omnem te operam condendæ historiæ deputasse. Ignosce avaritiæ meæ, si utrumque desidero. Nam pari nitore atque gravitate Senatorias actiones, & Romanæ rei monumenta limasti: ut planè Homericâ appellatione περιδέξιον, id est, æquimanum, te pronunciem. Perge igitur quæso, & stude hanc posteris dotem relinquere: ut quæ divisa in singulis auctoribus antè placuerunt, eadem nunc in te coniuncta laudentur. Vale.

a *Ita ex Ms. Gif restituendus locus.*

b h. e. *homines vulgares de trivio.*

c *Ita ex Ms. Gif vestigijs Scis optimè. Alij.* formam. *Iliad.* φ. *vers.* 163.

EPIST. CXI.

SYMMACHUS *

FONTES, *d* ac difficultatem ducendæ aquæ inter labores censeræ Herculeos debeamus. nunc Neapolis mutatâ sede susceptit. Unde post breve intervallum dierum transire Capuam tui desiderij gratiâ non morabor.

d *Fragmenti huius initium in Ms. Gif. est* Condicio. *Vnde alterum fere quod posui, conficiatur ad sensum, Va & p censuræ. sic emendavi.*

EPIST. XXII.

SYMMACHUS *

CUM jam Decembrium KL. tempus appeteret, redditæ sunt mihi litteræ, quæ te annalem trabeam meruisse loquerentur. Credas velim, multo ex eâ re gaudio mentis meæ habitum splenduisse. Primò, quòd ita natura comparatum est, ut omnes sibi delatum decus judicent, quod dignus acceperit. Dehinc, *e* quia honor jampridem togæ, & Ordini rarus nimisque difficilis, tandem summatem civilium partium virum respicit. Postremùm, quòd amicitias nostras nec dum alijs officijs inchoatas, promptâ evocatione

e *Ita Lect.*

a *Alij*: vinxisti.

b *Sic ex Ms. Gif leg.*

c *Ex eodem hac quoq; periadus restituta.*

d *Sic correxit Sch.*

a junxisti. Videsne quàm probabiles lætitiæ meæ causæ sint? Sed vereor, ne his parùm credas, cùm accitus excusem: *b* quamvis justa ratio sapientem non possit offendere. *c* Quo enim pacto ad prima falcium tuarum vocatus auspicia, paucis diebus Galliarum longinqua penetrarem? Eximeitineris apparatum, cogita hyemis impedimentum, defectum cursus publici, & brumalis lucis angustias: Nonnè mihi ante KL. Jan. futurus erat irritus labor, aut pòst inverecundior adventus? Hæc oro te, æquo animo *d* pronuncia, & amicitiæ nostræ bonus auctor esse dignare. Eo animo interpretare, quæ jure astruo, quo rogasti: nec propositum tuum deseras. Solus enim benignè creditur advocasse, qui excusatione non laeditur. Vale.

EPIST. CXIII.

SYMMACHUS *

MULTA me gratiâ nexuisti, & cum prioribus officijs tuis adhuc solvendo non sim, denuò aliud posco quod debeam. Consul amplissimus auspicijs honoris sui interesse me præcepit, cuius litteris tua quoque accessit oratio. Hæc ut venturo honesta est, ita excusanti vehementer onerosa. Sed tua æquitas

e *Ita ed Sch.*

f *Sic è Ms. Vulg.* enitere.

verecundiam meam *e* veri facilitate relevabit. Illeut sit placatus *f* adnitere, cui me tristis de fratre casus excusat. Nam turpe atque impetibile est, attonito animo & fronte mœstâ lætos adire conventus. Quid fortunam deceat, agnosco, cùm quâ nimis contumaciter

g *Alij*: excepto,

agit, qui *g* accepto vulnere statim miser esse dissimulat. Si justa, si necessaria, si vera prætendimus; facito, oro te, tam prompta venia ignoscat absentiæ meæ, quàm bona affectio me ut pergerem postulavit.

Vale.

EPIST. CXIV.

SYMMACHUS *

RECTE Cæcilius comicus: *Homo*, inquit, *homini Deus est, si suum officium sciat.* Hanc ego in te dixerim sententiam convenire, qui nostris negocijs curam vigilem præstitisti. Hinc in pectore memoria, laus in ore versatur. Nec in præsentiâ modò floret facti & studij tui gloria, sed, ut mens augurat, ævum vigebit. Prolixior agendis gratijs sermo etiam nunc competeret, ni vererer, ne simul totum videar expendisse, quod debeo. Impatiens est accepti beneficij, qui nexu properat liberari: nec videtur mutuam operam quasi amicus accipere, si erubescit ad moram gratiæ. Alia mei ingenij ratio est. Pecuniæ fœnus accelero persolvere: officiorum vices diu opto debere. Vale.

EPIST. CXV.

SYMMACHUS *

MONES æquo animo feram vel æmulorum facta improba, vel ingratorum fœda decreta. Convenit studio atque ingenio nostro consilij tui qualitas. Nullius quippe tam vehemens nequitia est, ut motu meo digna sit. An ego istud feram molestè, qui noverim Marcellorum monumenta sublata Verre Prætore, & Marianis trophæis nequaquam manus invidas pepercisse? In solâ conscientiâ est fructus & ratio virtutis. Nihil moror statuas & publica *a* falsa titulorum. Fucum faciunt Provincialium oculis, qui animis exciderunt. Quod si mihi ullus honor testimonij publici affectandus foret; judicio tuo & similium contentus esse deberem, vel fidicinis exemplo, qui indignatus *b* considentium *c* turbam, sibi & Musis cantum ciebat, vel secundùm Heraclitum *d* Philosophum, qui summam laudis arbitrabatur placere *e* uni, si esset optimus, qui probaret. Quare esto securus patietiæ nostræ,

a *Ita ex Mss. emend. Sch.*
b *Forte:* concinentium.
c *Ms. habet* Cymbam.
d *Alij:* Physicum.
e *Ita Ed Sch. ex Mercer. coniectura. Nihil autem mutandum, cùm sententia ex asse constet.*

& congratulare mihi, quòd solus torqueo corda liventium: cum alij quibus statuæ quomodo tributæ sint, nihil habeant invidendum. Vale.

EPIST. CXVI.

SYMMACHUS *

VALEO quantum sinit æger animus. Atque utinam leges æquè mecum valerent, quarum sanitas ab ipsis plærùmque corrumpitur, quibus curanda mandatur. Non pergam longiùs, cùm hoc ænigma frater meus Buleforus possit aperire. Cui ut amicitia mea cara, ita querela comperta est. Is ubi te scientem doloris mei fecerit, confido tali adiutore leges ad fora nostra redituras. Vale.

EPIST. CXVII.

SYMMACHUS *

EXPROBRAVERAS mihi antehac feras, quibus non est usa Quæstura filij mei. Mordebar commemoratione irriti beneficij, de quo arguere amicum, nec comporem gratiæ *a* debuisses. Tu verò etiam pretia, ut vir excellentissimus communis frater Protadius allegat, nec speratæ nec traditæ rei postulas. *b* *Magis iuvat* me, si credis à verecundiâ ad pecuniam, lata conventio. Minùs enim grave est debitorem, quàm ingratum videri. Est igitur optio tua, *c* ursos, quos intempestate dicis amissos naufragio, taxare. Habes in manu quanto æstimare mihi debeas inefficacis voti benignitatem. Tantum maneat amicitia nostra, nihilque fortunæ in eam liceat. Summam pone dispendio: non subducam pecuniam meam navis tuæ casibus. Vale.

a *Alij*: debuiti.

b *Ita supplet Scn. Sensus est: Facilius & aquiore animo fero, pecuniam meam à te cõventi, quàm verecundiam. Seu: malo perdere pecuniã, quàm convenire, seu accusari ingrati animi, vel impudentiæ.*

c *Idẽ sic supplet: sed luretis* leopardos.

EPIST.

EPIST. CXVIII.

SYMMACHUS *

HOSPITEM a tuum Faustinum Senatus amplissimus in societatem recepit. tanta apud nos testimoni jtui antiquitas est, ut differri quæ velis, instar injuriæ sit. Tibi igitur acceptum ferat studium totius Ordinis. Nam ut beneficio sacro debet dignitatis impetrationem, ita tuo decreti nostri celeritatem. Vale.

a *Sic Ed. Sch. Alij:* Sospitem.

EPIST. CXIX.

SYMMACHUS *

PLERIQUE te accitu Consulis Mediolanum venire credidimus: pars in Galliâ resedisse iactabant. Inter hæc opinionum varia, quonam mittenda essent Quæstoria dona, dubitavi. Postquam mihi solvendi officij occasionem tribuit adventus tuorum: Clarentio, cuius spectatam fidem noveram, consueta munerum deferenda commisi. Non aspernabere, ut æstimo, dyptici & apophoretici oblationem. Neque enim grave est verecundiæ tuæ solemnia & votiva suscipere. Quæ cùm amicitiæ deferantur, pertinet ad caritatis confessionem, ut deberi sibi hæc animus sumentis agnoscat. Vale.

EPIST. CXX.

SYMMACHUS *

ARIMINUM sæpè præteriens magisterio tuo didici amicos honorare munusculis. Quare institutus exemplo necessaria usui magis rependo, quàm defero: quæ nisi promptâ dignatione susceperis, videbere meam facilitatem de acceptis totiens notare muneribus. Vale.

EPIST. CXXI.

SYMMACHUS *

* *Forte ad Amicum quendam Magnilli scripta hæc Epist.*

PROMPTUM mihi atque declive negocium credidisti, in quo nullum nisum tibi operæ meæ vendito. Quippe ubi primum Spectabilem virum Faustum tua epistola, meus sermo convenit, ut Epiro mancipium *a* de quo ambigitis, in examen accersat, nequaquam adversatus est postulatis. Spero igitur accitu eius brevi affore hominem, quem vestrûm alteri disceptatio familiaris adjudicet. Sed de hoc satis verborum est. Te oratum volo, ut nos subinde scriptorum honore locupletes, & quod nunc causâ cogente feceris, id amicitiâ hortante non deseras. Vale.

a *Ita correxit Mercerus.*

EPIST. CXXII.

SYMMACHUS *

* *Forte ad Faustum scripta hæc Epist.*

PRÆSUMEBAM quidem justitiam tuam fratris mei Magnilli sinceris actibus affuturam. Sed fide cognitionis auditâ, quam *b* nobis omnibus adventantium sermo patefecit, admodùm gratulatus sum, quòd illi æquum judicem fortuna præstiterit. Ago igitur gratias pro amici *c* mei securitate, cuius innocentissimam vitam sententiæ testimonio comprobasti. Et spero contemplatione *d* tui brevi cæteras in fortunij eius reliquias submovendas. Itaq; ut promptius partes ingenitæ tibi æquitatis arripias, precator accedo; memor semper futurus tanti beneficij, si quem constanter purgare dignatus es, tandem securitas plena respexerit. Vale.

b *Sic sane bene Sch. Alij:* bonis omnibus.

c *Vulgo,* tui.

d h e. *dum te respicio, & cõtemplor. vulg.* tua.

EPIST. CXXIII.

SYMMACHVS *

PLURIMUM voluptatis ex litteris tuis antè capiebam: nunc lacrymabili conquestione mentem legentis infuscas. Ubi illa sententia, quæ te & naturæ bono & veterum lectione contra omnia fortunæ tela firma-

firmavit? Dignam viro assume patientiam, & quæ mutari nequeunt, desine lugere. Leviora tibi cuncta post improbum generum debent videri. Cur autem torpori atque otio vaces, & patrimonij negligens, feriatum pascas dolorem? Curæ sint reliquiæ rerum tuarum, quas factinorosus invasor exhaustas, & laceras reliquit; ne in his Reipublicæ necessitatibus recuperata sustentare non possis, quæ priùs omissa contempseras. Vale.

EPIST. CXXIV.

SYMMACHUS *

COACTUM te licèt fatearis, ut scriberes, ego tamen non minùs acceptum tibi refero, quòd me stili honore dignatus es, quàm si hoc sponte fecisses. Sed videris, qui fuerit auctor tanti muneris. Mihi ex illis litteris non *a* honos tantùm gaudij, sed fructus evenit. Didici enim commeatu annonatio convalescere urbis securitatem *b Faustum etiam intellexi, cùm primùm causam vestram cognosceret, æquum se iudicem præstitisse, & allatis in medium allegationibus tuis*, codi cum constitisse rationem. Nam cætera, quæ pòst secuta significas, ipso invito opinor extorta: & sperare debemus, talem fore in reliquis disceptatorem, qualem tibi ostendit prima cognitio. Ego tamen adincitamentum justitiæ, quàm meritis tuis arbitror deferendam, familiares litteras misi, quas, si ratio popoposcerit, in manus eius facies pervenire. Aliud enim salubritatis genus conditio temporis non permittit adhiberi. Volo autem scias (& sponte pro amicitiâ nostrâ debes advertere) curam pro te meam non desiderare monitotem: sed non posse ampliùs fieri, quàm ut tibi animum disceptatoris petitio nostra conciliet. Vale.

* *Forte ad Magnillam scripta hæc Epistola, qui cum amico quodam suo coram Fausto cognitore de servo litigabat.*

a *Ita Lect. bene. Al:* sed fructus etiam venit.

b *Sic fidenter magnam lacunam supplet Sch. ex Ep. 121. 122.*

EPIST.

EPIST. CXXV.

SYMMACHUS *

LUDOS Prætorios præparamus, quorum ornatus peregrina animalia desiderat, ut novo cultu Romana splendescat Editio. Addaces igitur & pygargos tuo studio mihi opto præstari, quorum copiam limes vobis finitimus subministrat. Dignare, rogo te, amicitiam nostram votivo pignore fœderare. Non ero impar ad vicissitudinem rependendam, si quid etiam tuus usus exegerit. Vale.

EPIST. CXXVI.

SYMMACHVS *

SPEM mihi adventûs tui lõgo tempore pollicebar. Tu verò etiam nunc de me scriptorum vices postulas, & diuturnam quodammodo minaris absentiam. Nam quid sibi vult mutui solatij flagitatio, si reditus jam paratur? Si quid igitur apud te consilijs meis loci est, suadeo urbem revisas, ad quam te & amor civicus evocat, & cura Quæstoria: cuius apparatus etiamsi copias divitis habet, tamen requirit diligentiam Candidati. Vale.

EPIST. CXXVII.

SYMMACHUS *

ANIMUM quem nobis rependis, agnovimus recentium serie litterarum; sed molestè ferimus huius muneris raritatem. Et ideò adhortamur, ut frequenter arripias indicium familiaris officij. Petitio tua super hæreditate C. M. V. Ærij, neq; mihi, neq; alijs, qui tui curam gerunt, visa probabilis. Nam quæ jure ac legibus sunt relicta, alienari impetratione non possunt. Quod ita esse Valentinianus communis amicus expertus est, qui magnoperè laboravit, ut aliquid, si fieri posset, excuteret. Sed eum refragante justitiâ

justitiâ deseruit laboris effectus. Proinde si quid mihi credis, remove à te petitionis invidiam, quam etiam consorti opto suaderi. Malo vobis integram esse famam, quàm imputari huiusmodi petitionem. Hæc me amicè & benignâ circa te voluntate suadere, pro mutuâ in nos diligentiâ *a* recognosces. Intelligis enim nihil me magis, quàm existimationem familiariũ nostrorum debere curare. Vale.

a *Ita leg.*

EPIST. CXXVIII.

SYMMACHUS *

MORE institutoque majorum, incestum Primigeniæ, dudum apud Albam Vestalis antistitis, collegij nostri disquisitio deprehendit: quod & ipsius, quæ contaminavit pudicitiam sacram; & Maximi, cum quo nefandum facinus admisit, confessionibus claruisse Gesta testantur. Restat ut in eos, qui cærimonias publicas abominando scelere polluerunt, legum severitas exeratur. Quæ tibi actio de proximi temporis exemplo servata est. Et ideò dignaberis, Reip. vtilitatem legesque considerans, facinus cunctis ad hunc usque diem sæculis severissimè vindicatum, competenter ulcisci. Vale.

EPIST. CXXIX.

SYMMACHUS *

SECUNDUM proximæ ætatis exempla, clarissimo & excellentissimo viro fratri nostro Præfecto Vrbi incestatæ Primigeniæ Virginis, quæ sacra Albana curabat, à collegio nostro vindicta delata est. Sed quia litteris eius causæ probabiles asseruntur, quòd neque muros Vrbis æternæ tanti criminis ream fas sit intrare; neque ipse ad longinqua possit occurrere; cùm facinus, ubi admissum est, debeat expiari: necesse perspeximus, potestatem finitimam convenire, cui provinciarum jura mandata sunt: ut in Primigeniam, quæ *b* publicatum cæremoniarum maculavit arcana, corru-

b *Ita Iur. Ed. Sch. Vide Plin. lib. 3. cap. 5. Vulg.* Pudici criminis: *vel* pudici Numinis, *vel* publici Numinis.

corruptoremque eius Maximum, qui quidem flagitium non negavit, severitas semper his adhibita exercatur. Dignaberis igitur consideratis confessionibus, quæ nefandi criminis tragœdiam prodiderunt, injuriam castissimi sæculi reorum supplicijs vindicare. Vale.

EPIST. CXXX.

SYMMACHUS *

IDONEUM tempus est, quo probemus, quid amicitiæ nostræ religionis exhibeas. Delatus est enimà clementissimis Principibus ordinarius Consulatus. Et ideò curam tuam efflagito in *a* providendis omnibus, quæ poscit Editio. Homines mei specierum pretia ministrabunt. In hoc tantum studium tuum, curamque desidero, ut quamprimùm pervehi justis precijs comparata præcipias. Vale.

a Sic Lect. Ed. Sch.

EPIST. CXXXI.

SYMMACHUS *

APUD eos, quibus curæ debet esse fama temporum, justa non sileo, certus atque securus nullius studium legibus obfuturum. Ob reliqua arcæ vinariæ, quæ multis Præfectis superiores Principes exigéda mandatunt, & quæ magnâ ex parte collata Imperiali constat ærario; soceri mei Orfiti olim Præfecti, & ante annos quindecim sine ullâ tituli huius conventione demortui, pulsatur hæreditas; obtentu epistolæ, quâ Divus Constantius, id quod operibus publicis constabat impensum, integrari per eum statuit; minatus ipsi atque Officio, ut fieri assolet, sub conditione dispendium; si exactioni cura competens defuisset. Sed neque ipse mandatum sibi munus omisit, & sequentes Principes, *b* quot Præfectura susceperat, ad posteriores Iudices transtulerunt. Hoc inclytus Valentinianus omni ætate memorabilis Princeps, & Divus Gratianus sacris litteris cœnsuêre, à quorum definitione non

b Sic Ms. Gif. leg.

decet *a* deviare. Dehinc cùm etiam crimina morte soleant terminari; in hac tantum causâ contra optimos Principis mores, ad posteros inopinata damna extenduntur, & tanquam integrum designatur, quod partim solutum est, partim à Rectoribus provinciarum constitit eruendum. Super hoc cùm divina jussa sumpsissem, fidem veri occultare non debui; cùm legis audientiam tribuerent his, qui neque in cognitione constiterant, neque sumpserant Relationis exemplum. Accedebat enim causa robustior; quòd materfamiliâs mea dudum emancipata bonorum possessionem patre mortuo non poposcit: atque ideò Rescripto se asseruit non teneri. Missi igitur sub Relatione monumenta Gestorum, sperans etiam tuæ religionis auxilio novum exemplum posse removeri, in eâ præsertim causâ, quæ nos jure non implicat. Teneantur potius veri huius tituli debitores. Extat vetus professio Campani Consularis; extant Acta apud Ethruscum Rectorem confecta, quibus docetur exactio promissa reliquorum. Parcatur innoxijs, ne in *b* omnes qui Rempub. curant, inusitata forma procedat. Convenit sæculo tuo ista justitia, cuius existimatio vestris consilijs debet ornari. Vale.

a *Alij* deviari.

b *Iur.* Optimates.

EPIST. CXXXII.

SYMMACHUS *

MERETUR de præclaro animo tuo votiva causa suffragium. *c* Prætura domum nostram, Deo iuvante, expectat, in quâ me crocodilos, & pleraque peregrina civibus exhibere, & aliorum hortantur exempla, & propria impellit animositas. Quare amicum meum Cyriacum benignè in curam tuam dignare suscipere, ut *d* incita promoveat. Habebis inposterum tantæ gratiæ non immemorem debitorem. Vale.

c *Ita lect. Ed. Sch. Sic. lib. 10. Ep. 9.*

d *Lect.* institutа. *Vulgò*, insita.

EPIST.

EPIST. CXXXIII.

SYMMACHUS *

QVOD scribis, voluntariæ benignitatis est: quòd serò, curarum. Nos autem religionem meritis tuis debitam, & otium stili assiduitate testamur. Eu-scium nostrum circumsessum domesticis negocijs de-duci in obsequium tuum præcipe, & quæ in meam no-titiam pertulisti de instruendâ Editione ludorum, ipsi familiariter curanda committe.

EPIST. CXXXIV.

SYMMACHUS *

SPORTULAM Consulatûs mei, & amicitiæ no-stræ, & honori tuo debeo. Hanc in solido uno ad te misi, orans, ut benigno animo solemnia officij mei libamenta susci pias.

Vale.

Q. AVRELI SYMMACHI V.C. CONS. ORDIN. PRÆF. VRB. EPISTOLARUM

LIBER X. *

* Editus post eius obitum à Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. Filio.

EPIST. I.

SYMMACHUS THEODOSIO SENIORI.

ETSI SCIO VIRTUTI cognatum pudorem, desideravi tamen in litteris Celsitudinis tuę copiam, maximarum rerum gloriæ congruentem. Primò, quòd amicitia postulabat, ut apud amantem tui nævum jactantiæ nõ timeres. Dehinc, quòd æquè manu & ore promptus, fidem gestorum tuorum debueras linguæ honore dotare. Nunc me ad famam rejicis, & jubes aurem rumoribus præbere, quum tanti negocij dignitas parem testem requirat. Sed qui animi mei securus es, meritum tuum voci publicæ credidisti, contentus veritate pro laude. Ergò Africa revaluit ex morbo, sanè invictorum Principum medente consilio, quorum remedium tu fuisti. Solent enim, qui medicinam callent, cùm jam forti usu in magisterium provehuntur, ac fiunt *a* artis emeriti, proximis imperare, a *Alij*: officii,

& feriatâ manu curationem juvare præceptis. Tua igitur palma laus temporum est. De quâ ego planè & indulgentiùs loquerer, nisi obsequerer singulari verecundiæ tuæ, & mihi oppidò præcaverem, ne laudatu proximè ab excellentiâ tuâ veneratam gratiam videretur retulisse, hoc est, quod aiunt: *Mutuum scabere mulos*, Cui proverbio, ne videar esse confinis, præconia virtutum tuarum presso dente perstringo; præclarę conscientiæ tuæ pendendum relinquens, quid vel ipse merearis, cuius ductu provincia mihi amica respirat; vel quid ego tibi debeam, cuius fama sub tali teste numquam succumbet invidiæ. Vale.

EPIST. II.

GRATIANO AUGUSTO SYMMACHUS.

SCIO amore factum, quo summatēs viros plerumque dignamini, ut sacræ Orationi vestræ lector adhiberer. Sed cùm intelligo sermonem illum prænitere omnimodò scriptis alijs, quæcunque adhoc locorum Senatus audivit; me quoque arbitror pluris habitum esse, quàm cæteros. Magnis enim negocijs itidem ut magnis Comœdijs, edecumati apponuntur actores. Non idem honor in pronunciandis fabulis Publio Pollioni, qui Ambivio fuit, neque par Æsopo *a* & Roscio fama processit. Quare optimi Principes, quæ in me benè consultatis; ut divinitùs oblata complector, Laus tua, Domine Gratiane, officium est meū; quando ita animatus es, ut cùm Reip. medicinam facis operam meæ vocis accersas. Tu nobis publicas turbas in tranquillum redegisti. *b* Minimo stetit, quin omnes occumberemus. tantum flagitij *c* diffignaverant, qui amplissimas potestates malis artibus possidebant. Ferox ille Maximinus ob res secundas, incubator judiciorum, difficilis decidendis, simultatibus promptus. * * * Simulque res tuæ in tranquillum rediere. Quæ bona, etsi honoris tui necessitas contigit; meum tamen animum tanquam duplicata juverunt. Sed

a *Itu l. Guli-el.*

b *Gul.* Minimâ re. *Sed alterum probū. c Alij:* design.

* *Hæc videntur ad aliam epistolam non ad Imper. scriptā, sed ad Amicum pertinere.*

Sed altiora metuentes nondum explet hic nuncius, *a* quamdiu in alteram messem procedat ratio conditorum. Facito igitur sciam, quid invehant horreis dies singuli, ut voluptas ocij mei cum patriæ copijs augeatur. Vale.

a Sic Ms. Gif.

EPIST. III.

SYMMACHUS *

AD sextum Kall. Novemb. Quæstoriæ Editionis exordijs interesse me præcipis. Huius evocationis litteras ante biduum temporis præstituti circa Neapolim sumpsi. Purgat, ut vides, absentiam meam *b* longus itineris tractus, & functionis dies proximus. Sed Dijs juvantib⁹ multis spectaculis vestris compensabo obsequij mei debitum. Nunc veniæ dandæ facilem quæso te præbeas. Neque enim fas est, ut tanto dispendio meo etiam culpa jungatur. Vale.

**Et hæc Epist. videtur scripta ad Amicum aliquem, qui Quæstor designatus, ad ludos Symmachum invitarat.*

b Sic Lect.

EPIST. IV.

SYMMACHUS *

PROPOSITI atque ingenij mei est, eorum famam curare, quos diligo. Tibi autem plus me favoris impendere hortatur affinitas. Quocirca impatienter fero, Apparitorum *c* notarijs Senatui nunciari, quòd Romani populi magistratus abesse patiaris: & in tuam referri iniuriã, quòd patriæ functiones ab obnoxijs deseruntur. Id etsi falsò in aures publicas præsumo perlatum, fungor tamen admonendo parentis officio, & deprecor, ut cæteris administrationis tuæ laudibus hunc quoq; titulum, de quo laboramus, adjicias. Grave quippe est, ut generosæ familiæ viro, summis per Africam tribunalibus Præside, collegarum nonnulli munia Romana detrectent, & annus penè Editoribus vacuus, Pro consulari fastigio g gnat invidiam. Audiant certè, qui deserunt functiones, quantâ impendij mediocritate anni superioris Prætor Ædesius urbanos fecerit ludos: & de exemplo colligant, quid

**Scripta est ad amicũ Africæ Proconsulẽ.*

c Vide Ind. de Notarijs.

præsentibus magistratibus honoris & levaminis deferatur.

EPIST. V.

SYMMACHUS *

INTERESSE votis tuis animus adfectat, sed valetudo corporis longum recusat excursum. Nam, ut est morborum ferax otium, denuò me pedum vinxit dolor, dum quieti ruris indulgeo. Da igitur, quæso te, officio meo justam remissionem; & interim sine nuptialibus domûs vestræ abesse pignoribus, ut paulò pòst sanatus fœderibus admiscear. Vale.

EPIST. VI.

SYMMACHUS *

NON solet ab amicis anxiè venia postulari. Quapropter pauca *a* cogo sermone. Ocianti mihi in agro solitus unius pedis morbus *b* obrepsit. Itaque obeundis officijs vacationem desiderati muneris peto. Dabunt Dij auspices facultatem, ut nuptialibus familiæ vestræ votis compos sanitatis interfim. Vale.

a *Alij*, ago: *aut*, rogo.
b *Sic Lect. Ed. Sch.*

EPIST. VII.

SYMMACHUS *

FRATER meus Rabilianus, genere & *c* amore conspicuus, iniuriæ suæ acerbitatem privatâ apud me conquestione deflevit. Asserit enim procuratorem suum sine cuiusquam denominatione correptum: & cùm vindictam de te impetrare debuerit, *d* quam cùm Romæ degeres, postulavit: auctam domûs suæ cognovit iniuriam. Id ego oblivione arbitror accidisse. *e* Quomodo enim præciperes, quod incoram positus improbasti? Quare, ut parens, moneo ne augere, quæ doluit genus putes esse conscientiæ * Certè si adest æquitas iudicatis: familiariter mihi ede rationem, ita ut noveris pro absentibus dominis *f* Rectorem susci-

c *Alij*, honore.
d *Hæc seqq. sic supplentur ex Ms. Gif.*
e *Ita Rittersh.*
f *Alij*: Actorem.

pere

pere debere partes defensionis. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS *

JUCUNDA mihi fuerit perceptio scriptorum tuorum. Amicitia enim mutuis gaudet officijs, Sed utinam hominum meorum diligentia *a* fidem tuæ pollicitationis implesset. Nam cùm scripseris, eos ad solvendam pensionem profectos: exiguam partem redituum perdiderunt: nec illis pudori fuit, cumulum debitorum sub tantâ anni fœcunditate contrahere. Dignare igitur curam nostræ utilitatis adripere, & ad *b* solutionem cogere debitores. Quid enim juvat, quod studio tuo & beneficijs adjuvantur, cùm hoc commoditas nostra non sentiat? Vale.

a *Ita Rittersh.*

b *Sic idem Ritt.*

EPIST. IX.

SYMMACHUS *

SALUTE præfatâ, quam litteris anteferre solemne est: ut seriem familiarium scriptorum vota præveniant, silere apud te nequeo, Caietanæ Formæ tentamenta frigere; & nisi præsentia tua cœptis calcar admoverit; vereor ne operi *c* emoliendo æstiva opportunitas subtrahatur. Quid igitur super hoc agendum sit, in tuo jure constituo. Mihi satis est, in his, quæ ad laudem tuam pertinent, partes amici monitoris implesse. Vale.

c *h, e finiendo.*

EPIST. X.

SYMMACHUS *

ABUNDANTISSIMÈ gaudeo, tibi esse curæ, ut filij mei Editio ursis pluribus instruatur; statimque precia adnumeranda misissem, nisi hyemalis asperitas impediret invectionem. Sed paulò post, ubi opportunitas veris molliverit itinerum difficultatem, curabitur ferarum emptio, cui definitionis justitiam spopondisti. Interea tibi ago atque habeo gratias, &

provocatum me ad amicitiæ incrementa protestor: licèt sponte digneris advertere honesta beneficia apud memores non perire. Vale.

EPIST. XI.

SYMMACHUS *

PER amicum communem Gaudentium propinqui mei Valentini preciculas misi, sanè ad fidem meam, & conscientiam pertinentes. Nam frater eius Proserius cum præmeretur extremis, & præsentem me, & per epistolam summis precibus obsecravit, ut impetrata sacri auctoritate Rescripti, filia eius fratris sui filio copuletur: quod multis esse concessum manifesta testantur exempla. Quare piæ supplicationi adjumentum meum negare non possum, quoniam fidem meam super his nuptijs voluntas propinqui morientis adstrinxit, ut epistola precibus connexa declarat. Dignare igitur juvare effectum pij desiderij, eatenus, ut si quis conturbare tentaverit mandatum paternum, comminatione infamiæ terreatur. Rescripti autem beneficium cùm fuerit impetratum, spectatæ fidei perlator adportet. Vale.

EPIST. XII.

SYMMACHUS *

MERETUR auxilium tuum causa communis. Nam quicquid ad Senatorias pertinet functiones, participatâ ope & coniunctâ animositate peragendum est. Juva igitur auctoritate, quâ dignum est, partes atque rationes ad amplissimam Curiam pertinentes: multum ex hoc negocio laudis habiturus, si munia Ordinis nostri, quæ jamdudum fluctuare manifestum est, solutio ab obnoxiis efflagitata reparaverit.

Vale.

EPIST.

EPIST. XIII.

SYMMACHUS *

EDITIONI nostræ fortuna consuluit, quæ te regendæ Apuliæ voluit admovere. Utere igitur occasione *a* præsenti, & apud Præturam domûs nostræ, ad quam fœliciter de transmarinis ursi proximè perferentur, convenientia decerne præsidia: ut prioribus officijs tuis huius quoq; cumulus applicetur. Vale.

a *Alij*: præstanti.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS *

DILIGENTIA tuâ & iudiciali vigore delector. Sed inopi vel potius egestas Ordinis Formiani, etiam curationis impatiens est. Nam sicut affecta diuturno morbo corpora, sæviorem medicinam ferre non possunt: ita Curia numero & paupertate tenuata, duritiâ immodicæ emendationis extinguitur. Libens igitur parentis sume consilium, qui non defendit Ordinis culpam, sed correctionis modum postulat. Habenda est ratio vectigalium publicorum, & lavacri æstivi instauratio cum Reip. viribus, conferenda: ut si quid redundat expensis cæteris, in sumptum operis conferatur. Dandum quoque est instaurationi largiùs tempus, ne quid deroget firmitati præcipitata reparatio. Nihil ex hac morâ tuæ gloriæ detrahitur. Ad præsentem enim Iudicem veteris Cutiæ culpa non pervenit. Possem plura cõnectere, sed cùm rerum omnium confideratio apud sapientiam tuam vigeat, parco esse prolixior, unâ admonitione contentus, magnopere *b* nobis esse curandum, ut levamen potius ordinibus aliquot exhaustis tuus adventus adportet.

b *Vulg.* ponis.

EPIST. XV.

SYMMACHUS *

SI novum beneficium de ursorum comparatione peteremus, longior ambitus esset adhibendus. Sed

cùm promissa repetantur, admoneri potiùs te, quàm rogari convenit. Hæc igitur epistolæ summa est, ut homines meos, quibus ferarum jam mandavimus emptionem, juvare adminiculo non graveris: ut Editio nostra, quam auspice Deo, pro filio *b* præparamus, tuis auxilijs, meis sumptibus instruatur. Vale.

a *Jan. Gul.* p. f. Prætore paramus:

EPIST. XVI.

SYMMACHUS *

SUESSA honestorum civium patria est, ita ut meritò dixerim, minimæ quoque fortunæ homines extra vitia plebeia esse censendos. Volo igitur credas, nullum ex illâ urbe ad fori strepitum processurum fuisse, nisi acerba coëgisset impressio: de quâ meæ literæ non loquentur. Vehementius enim vox publica suffragabitur eorum dolori, quàm privata potuisset. Audientiæ tantùm per me optant facilitatem mereri. Quicquid autem spoliatis atque vexatis properandum est, favor tuus & legum norma præstabit. Vale.

EPIST. XVII.

SYMMACHUS *

SUESSANORUM allegationes commendat tibi publicus magistratus, mihi privata miseratio. Atqueideo à te judiciarij vigoris auxilia, à me verba poscuntur. Fungor igitur partibus meis, & te familiariter rogo, ut auditis infœlicium deplorationibus, in eam partem, quæ est juri & miserationi amica, movearis. Vale.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS *

PRIMA scribendi causa est, ut honorificentiam salutationis exhibeam. Secunda, ut probatam mihi modestiam tuam justâ petitione conveniam. Plurimi enim de familiâ domûs meæ per fugam elapsi, in his locis, quæ tibi *b* contermina sunt, delitescunt. hos, au-

b *Sic Ms. Pith. Iur.*

auditis allegationibus procuratoris mei, quæso restituas. Convenit enim tuis moribus, & amicitiæ nostræ contemplationem gerere, & servili nequitiæ negare perfugium. Vale.

EPIST. XIX.

SYMMACHUS *

POSTQUAM de freto Siculo litteras tuas sumpsi, ad curam vicissitudinis incitatus, salutem mihi nuncio secundare, tibi opto suppetere. Dehinc de apparatu nostræ Editionis admoneo, quamvis religiosus animus monitorem alterum non requirat. Præ cęteris autem, quæ Romana spectacula desiderant, crocodylos functio theatralis efflagitat. De quibus fidam tuam sponsionem teneo: cui facilis succedet effectus, si peculiariter in rem missos suffragij tui nisus adiuverit. Vale.

EPIST. XX.

SYMMACHUS *

* *Hæc Epist. ad Amicum aliquem scripta.*

PLURES de Dalmatiâ ursos in apparatum domûs nostræ proximè esse venturos, fides asserit nunciorum: quorum subvectionem dispositis vehiculis privatim debemus instruere. Huius mihi curæ absolutionem diligentia tua usu explorata promittit. Quæso igitur, ut hanc provinciam confestim ineundis ****

EPIST. XXI.

SYMMACHUS *

* *Hæc ad Imperatorē scripta videtur.*

*** *a* CAPITALI exitio cunctorum lacrimisque expiavit. Nunc interlucet homo homini. Senatus antiquum obtinet. Vivere libet: natum esse non pœnitet, & ad salutem spectant omnia. Nulli à paupertate discrimen est. Respub. se in vetustatem recepit, & *b* decrepitos mutavere animos, postquam vos ad virtutē verba feciſtis. Pari vigiliâ prospectum videmus, ut res annonaria satietati urbanæ liberaliùs ingeratur: Flan-

a *Forte sermo de Maximo Tyranno.*
b *Alij:* decrepero.
h. e. *ex dubio animos mutarunt in placidum.*

dæ monetæ nequitiam decoquat larga purgatio: nullo jam provincialis auri incremento trutinam spectator inclinet. Mille alia; quæ si persequi velim, vestræ gloriæ memor, meæ infantiæ immemor deprehendar. Nam nemo prudens humanis verbis corrupit oracula. Igitur divina mens tua, juvenis Auguste, Romani nominis decus, vehatur curru eloquii sui nos in agendis gratiis *a* humile reptamus, socco magis idonei, quàm cothurno, postquam facundia res esse cœpit imperij. nam quod sciam, Musis in Palatio *b* loca, lautia tu dedisti: quæ res prosperè vortat vobis vestræque pietati. quia fastum & otium, fortunæ grandioris vitia, nihil moramini. Mihi satis salutis est, cùm valetis. Felicitas voto publico exorata præstabit, ut clementiæ, vestræ quanta est reddendi voluntas, tanta suppetat copia negocijs promovendis.

a *Ita Ms. Gif. sicut* sublime reptare. *Vulgo* humiles. *Posset etiam legi* humi: *id quod magis placet.*

b *Ita Ms. Gif. & Mere Vide Ind.* Lautia.

EPIST. XXII.

DOMINO VALENTINIANO SEMPER AUGUSTO SYMMACHUS V. C. PRÆF. URB.

QUIETO mihi, & jampridem à desiderijs honorum remoto, Præfecturam multis cupitam, spontè tribuistis. Ago gratias tot bonorum circa me Principum voluntati. Sed intelligo, *c* quanto plus sollicitudinis habeat magistratus, qui ex judicio, quàm qui ex gratiâ venit. Ille enim, ut meritis datus, spem sui debet æquare: iste ut per beneficium quæsitus, à periculo *d* præstationis alienus est, D. Imperator. Quis ergò me huic oneri parem faciet? Scilicet vestra clementia, cuius interest, ne temerè electus existimer. Mihi ad conscientiam satis est, non affectasse publicam curam. Jam qualis inveniar, in manu temporum est. Bonos enim magistratus favor Principum facit, semperque de moribus vestris virtutes Judicum fluunt. Facite, ut omnes intelligant, si fortè desit Rectoribus integer vigor,

c *Ita Lect.*

d *Al. Vulgo,* spectationis.

vigor & justa conscientia, hominis culpam esse, non sæculi. Non sum voti immodicus, cùm honorem meum commendo auctoribus suis. Quantum est enim, quòd ego numini vestro ago gratias? Facite, ut vobis etiam Respublica pro me grata sit.

EPIST. XXIII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

OLIM me, ut res indicat, cogitationes numinis vestri secundo favore respiciunt. Neque enim aliter Imperatoribus nihil temetè præstantibus, inter primos, aut primus occurrerem. Dilatus ergò hactenus mihi cùm Republicâ videor. quæ ubi in longinquas imperij partes, maiestatis vestræ curam vocavit, reperit apud vos meditata judicia, D. Imperator. [a] Iustum est igitur, ut æternitati vestræ pro solo honore, quem cepi, gratias agam. Præfectos sæpè fecistis, & immensâ ætate facietis: sed quos assiduitas, & usus ingesserit. Me dudum Proconsularem virum, cedentem jam diu potentium moribus, antè capere magistratum, quàm expectare voluistis. Nunc vos oro, atque obsecro, ut favore perpetuo factum vestrum juvetis. Amabile est præesse civibus: sed placere difficile. Multum enim & inter cognitos semper dura constantia est. Quid quòd plærumque erenit, ut aliqui longo potentiæ usu, jam nesciant honorem meum? Non deseruerint, qui dederunt. Ego enitar, ut potero, ne clementiam vestram fefellisse de me prior fama videatur: vestri numinis erit, communem causam tueri. Nam in bonis magistratibus maiorem gloriam quærit temporum fama, quàm [b] judicum.

[a] *Vulgo*, Augustum. *Al:* Angustum.

[b] *Vulgo* iudicium.

EPIST.

EPIST. XXIV.

D. THEODOSIUS SEMPER AUG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. URB

QUOD apud germanum clementiæ veſtræ Divum Principem non ſileremus, ſi eo res Romana fueretur, cuſtodibus famæ eius inſinuo: eâ devotione, quâ Præfectum veſtrum decet fidem præferre blanditiis, D. Imperator. Falsò creditum eſt, quòd urbanæ faſtigium poteſtatis, peregrini ac ſuperbi vehiculi uſus attolleret. Hæc enim ratio ſola novum ſtatutũ benigno tunc perſuaſit ingenio, ut veterem magiſtratum dives pompa geſtaret. Recu'at iſtiuſmodi decus honor ſobrius, quem nunquam pœnitet ſui. Cui ſi quid patimur accedere, fatemur hactenus defuiſſe. Itaq; oculi civitatis quęrunt privati vehiculi nobilẽ modum: & degenerem Præfecturã populus Romanus exiſtimat, quæ poſteriora traxit exẽpla. Abſit ut moderator urbis libertæ, atque adeò *a* devotæ, tanquam Salmoneus alius invehatur. Nihil moramur externa miracula. Irritamentum ſuperbiæ Roma veſtra non patitur: memor ſcilicet bonorum parentum, quos Tarquinij faſtus, & ipſius Camilli currus offendit. Nam tanto illi viro albentes quadrigæ exilium triſte pepererunt. Summiſit Publicola concioni civium Conſularem ſecurem, & honoris ſui culmen infregit, ut libertatem civitatis erigeret. Ergò moribus potiùs, quàm inſignibus eſtimemur. Non culpamus novum beneficium, ſed bona *b* vetera præferimus. Summovete vehiculum cuius cultus inſignior eſt: illud malumus cuius uſus antiquior.

a *Ita Lect. Vulgo* ideò. *Ms. V Vouv:* atque Deo devotæ.

b *Ita Lect. ex antiq libb. Vulgo* noſtra.

EPIST. XXV.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. URB.

INTER pręcipua negociorum ſępè curatum eſt, ut erudiendis nobilibus Philoſophi pręceptores ex Atticâ poſcerentur. Itaque nonnullos jus & auctoritas publica in uſum noſtrę urbis accepit, D. Imperator. Nunc

Nunc vestri sæculi bonitas, ultrò optimatem sapientiæ Romanis gymnasijs arrogavit: siquidem Celsus, ortus Archerimo patre (quem memoria litterarum Aristoteli supparem fuisse consentit:) juventuti nostræ magisterium bonarum artium pollicetur, nullum quæstum professionis affectans. Atque ideò dignus in amplissimum Ordinem cooptari: ut animum vitijs avaritiæ liberum, dignitatis præmio muneremur. Sunt huius rei exempla nobilia, quæ prudens æmuletur imitatio. Nam & Carneadem Cyrenæum, & Pœnum Clytomachum Athenienſis Curia societate dignata est: iridem ut nostri Zaleucum, legum Locrensium conditorem, civitate donarunt. Dignum est igitur æternitate numinis vestri, Celsum, genere, eruditione, voluntate laudabilem, adjudicare nobilibus pignore dignitatis, cum prærogativâ scilicet Consulari, ne sumptum eius magis, quàm magisterium quæsisse videamur: non sine avaritiæ notâ, si ab eo munia publica postulemus, qui spondet gratuita præcepta. Celsus.

EPIST. XXVI.

DD. THEODOSIO ET ARCHADIO SEMPER AUG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. VRB.

PRÆCIPUA quidem beneficia numinis vestri populus Romanus expectat, D D. Imperatores. Sed ea jam quasi debita repetit, quę æternitas vestra sponte promisit: non quòd sibi tribuenda diffidat, (nusquam enim major spes est, quàm in bonorum Principum sponsione) verùm ne existimetur oblata fastidiosè sperare, nisi instanter exegerit. Orat igitur clementiam vestram, ut post illa subsidia, quę victui nostro largitas vestra præstabit: etiam curules ac scenicas voluptates Circo & Pompejanæ caveæ suggeratis. His enim gaudet urbana lætitia, cujus desiderium pollicitatione movistis. Expectantur quotidiè nuncij, qui propinquare urbi munera promissa confirment. Aurigarum

garum & equorum fama colligitur : omne vehiculum, omne navigium scenicos artifices adversis iactatur. Et tamen amor perennitatis vestræ acuit desideria plebis, non cupiditas ludicrorum. Date igitur interim, quæ petuntur ; ut sit locus cæteris, quæ sine stipe tribuetis.

EPIST. XXVII.

DD. THEODOSIO ET ARCHADIO SEMPER AUGG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. VRB.

Strenæ. CALENDAS. Anni auspices, quibus mensium recursus aperitur, imperriendis strenis dicavit antiquitas, D D. Imperatores. Huius instituti usum munificentiæ festinatione prævertitis, serum putantes liberalitatem, quæ statis tempotibus admovetur. Fœlix mehercule sæculum, quo Principes cohibere diu nesciunt tribuenda devotis, cùm sibi debita cunctentur exigere. Quid ergò primum, quid potissimum prædicem ? promptamne numinis vestri, & celerem largitatem, an circa absentes memorem diligentiam, an quod sacrum munus auxistis honore verborum ? Dicam, ut res est, curasse clementiam vestram, ut tanquam coràm locatus, & alloquijs Principum frueret, & augusta in ipsis donis ora veneraret. Quando mihi continget, expressa potius, & viva gaudia capere de vobis ? Quantum *a* Veritas est bonum, cuius species & imago mirabilis est ! Ago igitur atque habeo gratias, & meam vicem, qui solvendo par non sum, cœlestibus delego virtutibus : illæ clementiam vestram dignis proceſsibus munerentur. Nos colimus, nos amamus ; quod scitis omnibus rebus esse præstantius : qui ideò salutariter Rempub. regitis, ut hæc sola mereamini.

a Vulgo, Veritatis.

DD.

EPIST. XXVIII.

DD. THEODOSIO ET ARCHADIO SEMPER AUGG. SYMMACHUS V. C PRÆF. VRB.

OMNIUM beneficiorum, quæ tribuit potior fortuna subiectis certa sunt tempora, DD Imperatores. Solæ leges, quæ in bonum commune procedunt, numquam patiuntur occasum. Agit divinis sanctionibus vestris gratias Ordo reverendus, etiam nomine posterorum, quibus Resp. emendata tradetur. Nam quum fœda iactatio Senatorias functiones gravibus impendijs obruisset, & moribus & sumptibus nostris sanitatem veterem reddidistis: ne aut impares facultate collegas tenuis decoloraret Editio, aut per verecundiam viribus maiora conatus effusio inconsulta demergeret. Eiusdem præterea rationis salubritate, vetus dicendarum sententiarum forma reparata est: ne summum cuique decernendi locum, non ratio munerum, sed *a* bonorum fortuna præstaret: atque id assensio cæterorum vel invita sequeretur, quod ante omnes fœlicior censuisset. Credimus igitur his remotis, ad regnum suum redijsse virtutes. In Editionibus parsimonia, in Senatu ordo retinebitur: nec se ostentabit opulentia, semper bonis infirma temporibus. Supereſt, ut ea, quę serenitas vestra Patribus deliberanda legavit, cognito Senatus consulto lex Augusta confirmet. Nullo enim dissentiente, quis modus * censitum, semel ant sæpius, quæ fungendis mediocritas Editionibus applicetur, quæ gladiatorio Muneri, & quę scenicis ludis sumptuum temperamenta conveniant: quid libertatis habere mereatur præsentis expensio, quid damni absentium contumacia debeat experiri. Hæc æternitas vestra venerabilis, cùm Senatui statuenda mandaret, referri ad se protinus imperavit, ut placita cunctis immortali lege solidentur. Iussis parumus. Exspectamus oraculum, quo salutariter, ut vestro numini familiare est,

a *Ita Lect. & Ed. Sch.*

* *Hic latet mendum inexplicabile: nisi de veteri codice.*

Partum

Patrum decreta firmetis: adjectâ comminatione, si ullus aliquando ambitus hæc vel illa corruperit, quæ consilio cœlesti pro Ordinis dignitate sanxistis.

EPIST. XXIX.

DD. THEODOSIO ET ARCHADIO SEMPER AUGG. SYMMACHUS PRÆF. VRB.

GRATIAS beneficiis vestris agere pro urbe Româ, ut officij probabilis, ita insolentis audaciæ est. Nam neque ingentibus verba conveniunt, & personam populi Romani nulla implet oratio, D D. Imperatores. Sed quia in talibus negocijs voti magis, quàm ingenij ratio versatur, non metuo imparis famam, dum fugio nomen ingrati erga urbem cœlo, & sideribus acceptam: cui bona terrarum omnium congesta præstatis, atque id præcipuè vobis putatis accedere, quod Roma quæsierit. Recepimus veteris prærogativæ *a* fidam securitatem: siquidem constat imperantibus vobis, populi esse Romani, quicquid ubiq; generosum, vel gignit natura, vel informat industria. Enimverò etiam posteris egregium dedistis exemplũ. Scient futuri ita demum affluere publicas voluptates, si eas Palatia non requirant. Hoc est specimen animi continentis, sibi negare, quod alijs deferatur, & lætitiam cæterorum proprijs anteferre solatijs. Hic usus bonos Principes decet. Namque aurium & oculorum fructus caducus est, largitatis æternus. Alij triumphis suis hæc dona servassent, ut positâ lauro novis actoribus personarent Pompejana proscenia: ut pro captivis tetrarchis *b* Indicæ currum belluæ prævenirent, ut equorum longus ordo instar gentium duceretur. Vester triumphus Arsacidas post tergum revinctos, & gazas victæ Babylonis accipiet. In magnos quippe animos non cadit affectata jactatio. Nescitis tribuenda differre: quicquid nationum famulatus obtulerit, statim publicum est. Meritò vos Senatus ac popu-

a *Vulg.* fidem.

b *Ita lur. Vulgo* cursum.

populus ore celebrat, devotione veneneratur, amore complectitur. Mihi credite, arcana omnium pectorum possidetis: illa bonarum necessitudinum loca, quibus liberorum, quibus parentum immoratur affectio. Et quia omne præmium, dum beneficijs vestris confertur, angustum est: invenit Ordo amplissimus amabilem vicem, quâ se gratum probaret. Nam familiæ vestræ & stirpis auctorem, Africanum quondam & Britannicum ducem, statuis equestribus inter prisca nomina consecravit, qui fœliciſſimum sidus, & imperio salutare progenuit. Sic coluntur, quorum liberi ad bonum publicum nati sunt. At verò populus Imperialis munificentiæ pignoribus expletus, in amorem vestrum promptâ inclinatione concessit. Qui ubi comperit meo præfatu, affore dona publicorum Parentum, portis omnibus in longinqua fusus erupit: fœliciorem cæteris judicans, qui primus bona vestra vidisset. Ergò cùm exspectari munera Principum soleant, a nunc tacita venerunt. Prætereo illum diem, quo elephantos regios per conferta agmina equorum nobilium pompa præcessit. Malo fremitum *b* Murciæ vallis exponere, atque illam quadrigarum distributionem; in quâ sibi cum fortunatior videretur, cui electionem mox urna tribuebat; par vel potior erat, quẽ sors fecisset extremum. Quoties sequenti primus invidit? Dubia est enim optio, cùm de similibus judicatur. Nec putetis istiusmodi voluptatem plebi Martiæ parvam videri, cui delinimenta Circensium finitimorum connubium præstiterunt: cui summus honor visus est, ut ovantes equorum dorsa gestarent, ut triumphantes currus inveheret: quando Victoria, genti Romuleæ familiaris, clementiam vestram pro voto omnium muneretur. Feciſtis, ut Urbs cana luxuriet in primam reducta lætitiam, & ver illud quondam vigentis ætatis. Audeo jam sperare potiora. Mittetis etjam regiam classem, quæ annonarijs copijs augeat devotæ plebis alimoniam. Hanc ergò in Tyberinis ostijs,

a *Sic Ed Sch. Al:* non accita.

b *Ita Iur.*

mixtus populo Senatus excipiet. Venerabuntur tanquã sacras puppes, quæ fœlicia onera Ægyptię frugis in vexerint. Non sunt avara vota, quæ seculi excitavit humanitas. De exemplis venit ista fiducia. Magna sumendo maiora præsumimus. Nunc legite Senatus ac populi fausta suffragia: licèt sciam, plus inesse animis, quàm vocibus explicari: & quædam libamina publici in vos amoris accipite. Si parva adhuc sunt dicta, munerum vestrorum imputate miraculis. Nam magnitudo stuporis, locum multis plausibus non reliquit.

EPIST. XXX.

DD. THEODOSIO ET ARCHADIO SEMPER AUGG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. VRB.

LÆTARUM rerum index esse malueram, DD. Imperatores: sed ratio officij publici necessitatem mihi nuncij tristis imposuit. Prætextatus vester, prætextatus honorum, antiquæ probitatis assertor, invidâ morte subtractus est, vir omnium domi forisque virtutum. In cuius locum, vestræ quoque æternitati, quæ optimos novit eligere, nimis arduum est similem subrogare. Itaque summum sui in Rep. desiderium, magnumque civibus gratis reliquit dolorem. Nam ubi primùm Romæ amarus de eo rumor increbuit: recusavit populus solemnes theatri voluptates: memoriamque eius illustrem multâ acclamatione testatus, graviter egit cum livore fortunæ, quòd sibi inclytorum Principum beneficium sustulisset. Et ille quidem functus est lege naturæ: nos verò socios animi sui vestrique judicij tanto dolore confudit, ut otij remedium postulemus Sileo cętera, quę me nõ sinunt Præfecturam ferre patienter. Vel hæc una consortis amissio justa est ad impetrandam vacationem. Ament alij perpetuas potestates: mihi summus est fructus felicitatis, ut coram vestrum numen advenerer, intuear benigni-

nignitatis *a* vestræ sidera. Hoc unum, præ omnibus, quæ præstitistis exopto. Simplex petitio est, nec viam capessendi honoris affectat. Satis enim claruit, nihil aliud esse quod cupiam, cùm supplex *b* refugerim magistratum.

a *Ita Lect.* Barth. ad Claud. p. 451. *Vulgo*, meæ.

b *Sic idē Lect. Alij*: refutarim. *Vulgo*, refuderim.

EPIST. XXXI.

DOMINO VALENTINIANO SEMPER AUGUSTO SYMMACHUS PRÆF. URB.

LICET arbitrer meas litteras nuncijs aut rumore præventas: quid enim famâ potest esse velocius, D. Imperator? ego tamen officij publici necessitate cogente, excessum viri illustris crudo adhuc dolore non fileo. Vettium Prætextatum veterib⁹ parem, virtutum omnium fata rapuerunt summo patriæ gemitu, cui decus insigne præstabat. Cuius ego laudes & justa præconia, animi consternatione prætereo. Neq; enim locus est cuiusquam testimonio, quum vitæ eius gloriam clementiæ vestræ judicia testentur, mortem celebrem dolor omnium fecerit.

EPIST. XXXII.

DD. THEODOSIO ET ARCHADIO SEMPER AUGG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

LICET Vettius Prætextatus naturæ lege resolutus sit, vivit tamen in memoriâ & amore cunctorum: atque hoc uno punit invidiam, quòd tantum ei mors ad gloriam contulit, ut huic quoque fortunæ livor debeat invidere, DD. Imperatores. Nam præter illum populi Romani inusitatum dolorem, etiam Senatus impatiens dispendij sui, solatium petit de honore virtutis: vestrumq; numen precatur, ut virum nostrâ ætate mirabilē, statuarum diuturnitas tradat oculis posterorū: non quòd ille præmia terrena desideret, qui gaudia corporis, etiā cùm hominē ageret, ut caduca calcavit; sed quia ornamentis bonorū incitatur imitatio,

& virtus æmula alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum est, ut rusticis adhuc sæculis optimi quique civium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur. Atque utinam nihil huic decori facilitas adulantium postea derogasset: quamvis paria non sint, quæ dispari arte quæruntur. Dignum est igitur, ut qui in pectoribus omnium manet, sit in ore plurimorum. Ille semper magistratibus suis celsior, in alios temperatus, in se severus, sine contemptu facilis, sine terrore reverendus. Cui si quod commodum successionis evenit, ad testatores proximos mox revertit. Qui nullis prosperis fractus est, nullius risit adversa, indecoræ nescius largitatis: ille quem semper invitum secutus est honor, cuius æquitati conterminus quisque limites suos credidit. Plura de eo vellem, plura de eo deberem: sed clementiæ vestræ testimonio cuncta servanda sunt. Illustrior enim laus est, de cœlesti profecta judicio. Ergò ut probitatis patroni, bona temporum vestrorum futuris quoque visenda proponite. Certè ille est Prætextatus, quem jure Consulem feceratis: ut fasti memores celebre nomen extenderent. Alijs utiles, fatalia damna reparate. Abierit cum homine præmium: sed judicium post hominem perseveret. Probate, casibus adversus gloriam nihil licere. Nam quod meruit à civib. singulare est: illud multis commune quod perdidit.

EPIST. XXXIII.

** Forte ad Valentinianū scripta hæc Epistola.*

D. THEODOSIO * SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

SI divinæ clementiæ tuæ merita cogitantur, nullæ opes, quas aut natura sufficit, aut fortuna circumfert, gratiam nostri erga te amoris æquabunt. D. Imperator. Sed, ut mea fert opinio, publicum de optimo Imperatore judicium non est muneribus æstimandum. Senatus tamen promptus obsequi, omnes officiorum partes ultrò arripit, quibus indicatur affectio: & salutare numen tuum precatur, ut in hac Oblatione, quæ nonni-

nonnihil superioribus addidit, intelligas hoc esse curatum, ne sub te minùs posse videamur. Nam Divis parentibus tuis, ob decennium singulis minor summa decreta est. Etiam Divus frater mansuetudinis vestræ, cùm tertium lustrum ævi Imperialis exigeret, parciore munificentiâ honoratus asseritur. Nunc in amorem tuum studia nostra creverunt. Nam mille sexcentas auri libras decennalibus Imperij tui fastis devotus Ordo promisit, urbanis ponderibus conferendas, id est trutinæ largioris examine. Quòd si pares animo vires Senatus habuisset, scires in publico amore perennitatis tuæ esse divitias. Sed maluit clementiæ tuæ solutionis fide placere, quàm magnitudine perfidæ sponsionis. Dehinc sub Imperatore primævo sanus muneris modus, votum est sæpè faciendi. Absit, ut bono Principi plus quàm possumus ingeramus. Amantium quippe largitio, non deterit vires offerentium. Ergò & nunc libens sume sacro ærario decreta subsidia: & futuris processibus imperij tui; obsequiorum similium spem reserva.

EPIST. XXXIV.

D. VALENT. SEMPER AUG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. URB.

HABENT hoc publicæ necessitates, ut impossibilia plærumque persuadeant, D. Imperator. Sed cauto opus est; ne asperitas negotij effectu irrito solas arcessat offensas: quę nulli magis evitandę sunt, quàm juveni & Principi, cuius gratia cum ætate debet adolescere. Ergò numinis vestri famam, simulq; arduum recogitans, Corporatos negociatores, membra æternæ Urbis, ad equorum collationem, quam litteris imperastis, vocare dubitavi: ne libritationem clementiæ vestræ querela publica præveniret. Integra res est: adhuc salubritatem consilii diligentioris exspectat. Iustitiæ præstate, quod remittitis invidiæ. De exemplo veniunt, quæ cavemus: siquidem cœli particeps parens clementię vestrę, cùm munus exiguum huic

hominum generi mandare tentasset, motus libertate plebis abstinuit. Et certè paucorũ cura res illa poscebat, magisq; officium desiderabatur tractandæ pecuniæ publicæ, quàm dispendium conferendæ. Consului tamen gloriæ suæ, ne quid juberet invitis, & diligentissimus ac serius imperator, speratum emolumẽtum tanquam popularis ignovit. Nec putet æternitas vestra ab incepto temerè destitisse Deo proximum virum. Noverat horum Corporum ministerio tantæ urbis onera sustineri. Hic lanati pecoris invector est: ille ad victum populi cogit armentum: hos suillæ carnis tenet functio: pars urenda lavacris ligna comportat. Sunt qui fabriles manus augustis operibus accommodant: per alios fortuita arcentur incendia. Iam cauponas & obsequia pistoria frugis & olei baiulos, multosque id genus patriæ servientes, enumerare fastidium est. Ad summam, liquet privilegium vetus magno impendio constare Romanis. Iugi obsequio immunitatis nomen emerunt. Quòd si adjiciantur insolita, forsitan cõsueta cessabunt. Quare paternũ clementiæ tuæ ingerimus exemplum. Præstuli oraculum, quod pius successor imiteris. Oro atque obsecro; ne populum, quem triumphantes sæpè veneramini, cæteris Urbib⁹ conferatis. Dabit fortuna melior, quicquid castrensis usus efflagitat. Humanitatis merito necessitas vestra sedabitur.

EPIST. XXXV.

DDD. VALENT. THEOD. ET ARCHAD. SEMPER AUGGG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. URB.

Strenæ.

AB exortu pænè Urbis Martiæ strenarum usus adolevit, auctoritate Tatij Regis, qui verbenas fœlicis arboris ex luco Strenuę anni novi auspices primus accepit. DD. Imperatores. Nomen indicio est, viris strenuis hæc convenire ob virtutem: atque ideò vobis huiusmodi insigne deberi; quorum divinus animus magis

magis testimoniũ vigilantiæ, quàm omẽ expectat. Sumite igitur defensores publicæ salutis solemniter auro ducta munuscula: non quia divitis metalli honore gaudetis, sed ut nostra devotio fœlicis sæculi testetur opulentiam. Bonis Principibus bene parta libamus. Suscipite à Iudicibus aperta obsequia, qui pretia occulta damnatis. Meritò vobis solemnes pateras, cum quinis solidis, ut numinibus integritatis offerimus: quibus nec vester pudor, nec noster census oneratur. Maneat ævum talis circa vos usus officij: & honorem clementiæ vestræ interminus annorum recursus instauret. Libenter strenis solemnibus Præfectura fungetur, strenuis deferenda.

EPIST. XXXVI.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

PROFITEOR ultrò, quòd scio clementiam vestram posse rescribere. Verecundè potiùs quàm jure suscepi provocationem non exstante sententiâ: ne existimaret offensus liberæ quidem, sed immaturæ vocis obiectu, D. Imperator. Nam cùm inter proximos Emphasij *a* C.M.V. itemque hæredes scriptos, qui olim beneficio Prætoris *b* corporibus defruuntur, super testamenti jure actio verteretur, & sententiâ de possessione impatienter exigerent, quib⁹ ab intestato bonorũ possessio minimè competebat, quòd hæredibus scriptis secundùm tabulas docebatur, indulta: Priscianus & Polemonianus ad denunciationem dilato negocio provocarunt. Et cùm ab his ratio quæreretur, alios vocis suæ incentores fuisse testati sunt, ut Gesta litteris connexa monstrabunt. Nec officium partib⁹ defuit, ad mulctam præjudicij suggerendam. Sed judicem vestri sæculi decuit vim constitutionis sacro oraculo reservare, quum allegaverint petitores, quòd sead incautam provocationem alienus hortatus impulerit.

a h.e. *clarissimæ memoriæ viri.*

b h.e. *prædijs hæreditarijs: ut alibi sæpè.*

EPIST. XXXVII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. URB.

FIDEM meam convenit amor sæculi vestri, & cura Reipub. ne corrigenda dissimulem, D. Imperator. Cùm ad Prævecturam urbanam civilium rerum summa pertineat, minoribus officijs certa quædam membra creduntur. Quibus regendis industrios & privatos oportet adhiberi: ut suum quisque munus inculpatâ facilitate promoveat. Tales nunc de judicio numinis vestri publicus usus expectat. Sed nolo culpare præsentes: cùm satis sit sollicitudini meæ, si melioribus viris officia intramurana mandetis. Meis quippe humeris rerum omnium pondera sustinentur, cedentibus reliquis, quos clementiæ vestræ multiplex occupatio probare non potuit. Habet temporum fœlicitas digniores. Bonorum virorum vena fœcunda est. Melius urbi nostræ inposterum consuletis, si eligatis invitos.

EPIST. XXXVIII.

* *Forte ad Valentinianū scripta.*

D. THEODOSIO *SEMPER AUG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. URB

FELICITAS quidem vestra, æternæ Urbi solemnis alimoniæ copiam pollicetur, D. Imperator. Sed re magis quàm spe tuti esse debemus: quod facilè factu est, si hanc quoque partem clementiæ vestræ cura respexerit. Nam ætate provectâ cùm ex Africanis partib⁹ minimum devehatur, non inani tangimur metu, ne res annonaria in graves cogatur angustias. Et ideò oro, quæsoque perennitatis vestræ salubre præsidium, ut Judices Africanos, & Notarium, cui æternitas vestra mandavit frumentarios commeatus, severiora scripta dissimulent, missis in hoc negocium strenuis, qui onera consueta, dum tractabilis navigatio est, victui Urbis exhibeant. Hæc seculo vestro, hoc virtutibus

bus divinis dignum est, ut securitatem Romani populi inter præcipua & prima curetis. Aderunt optatis cursibus plena navigia, & Romanos portus frequens, atque onusta classis intrabit, si aspiraverint numinis vestri secunda suffragia.

EPIST. XXXIX.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

DIFFICILIS est exitus veterum jurgiorum. Res enim multis agitata judicijs, & actionum varietate, & cognoscentium motu, & personarum mutationibus implicatur, D. Imperator. Ut mihi nunc venit usus, cùm inter Gaudentium curatorem Martianæ clarissimæ fœminæ: itemque Liberium procuratorem amitæ eius, eodem nomine, dum viveret, nuncupatæ, annosum luctamen audirem. Nam in ipso limine quæstionis, cùm procuratio, quam C.F. senior Martiana mandaverat, invalida diceretur, quòd antè cuidam Principi esset iniuncta: ubi refusas in dominam comperimus actiones, atque Actis Prætorijs in Liberium denuò jura translata; obiecta cassæ *a* procurationis agnovimus. Tunc defensio partis adversæ negavit stare personam, cuius procurationem superioris Gesta judicij nō tenerent. Contrà *b* hęc exactam priùs mandati recitationem, & inter partes tributum procuratori beneficium reparationis aiebant. Huic parti longiùs, quàm oportuit, immorata contentio est. Sed quia prior Cognitor, ut justo defensori restituerat temporum cursum, qui per actores non poterat impetrari, & procuratio legebatur Prætoris *c* alligata judicio: hæc quoque præscriptio conquievit. Successit aliud ut obitu Martianæ C.F. mandatum diceretur extinctum. Sed contrà, venerabilis Juliani sanctio stare procuratorum jussit officia, causarum dominis viventibus inchoata. Ergo cùm & reparationem superstite Martianâ, & conventionem partis adversæ super æstimandis

a *Ita Iur. Vulg.* præscriptionis.
b *Sic Lect.*
c *Ita Mercer. Ed. Sch.*

bonis Liberius impetrasset: pronunciavimus non periisse mandatum. Dehinc petitore properante, ut ex constitutione numinis vestri, servandi debiti causâ in materna corpora mitteretur, quod adversaria æstimationem bonorum conventa facere noluisset: responsum est, de supplicationis fide prius esse tractandum. Id quòd probabile videbatur, admisi. Facto igitur aditu de precibus disputandi, defensor C. F. Martianæ, notare sibi visus est mendaciũ supplicantis: quòd cùm Priscæ matris suę testamento *a* neptes eius ex Placidiano genitas hæreditatem cæpisse dixisset, non omnes neptes ab ea scriptas probaret hæredes. Responsum est, de his tantùm, quas avia hæredes instituit, supplicatum: nec unquam factâ omnium mentionem, sed earum quibus fuerat delata successio. His dejectum curatoris patrocinium cœpit exigere: ut petitor rediceret, ex quibus nominibus propositæ descenderent actiones. Tunc è diverso veniens ex Placidiani C. V. nomine, qui pater adultæ fuit, immodicarum donationum causâ manasse respondit. Supplementum verò unciarum ab hærede Placidiæ, cui soror Martiana successit, asseruit postulari. Hæc adversarius eatenus refellebat, ut diceret C. F. juniorem Martianam, non Placidiani tantùm patris successionem, sed etiam Placidiæ germanæ suæ pro certis uncijs consecutam: nec tamen ullam Placidiæ mentionem precum serie contineri. Sed cùm allegatio diversæ partis astrueret, rem se ob noxiam persequi designatis titulis actionum, & id, quod in litem venit, pro certâ parte Martianam C. F. possidere, eiusque nomen cùm designatione causarum doceret precibus comprehensum, stetit judicij mei deliberatio: hoc asserente, personam Placidiæ supplicationi adjici debuisse: illo negante, post designationem rei, & eius personæ, quæ hodie corporum possessione defruitur, quicquam esse quærendum. Accessit cunctationi meæ causa vehementior;

a *Sic Lect.*

tior; quòd iubente lege, ut intra quatuor menses ad æstimationem bonorum possessor *b* petitori teneatur: nunc ut Gesta monstrabunt, angustum nimis ex conventione tempus fuisse visum est peregrinis corporibus æstimandis. Et ideò motus ambiguis, oraculo numinis vestri *a* distinguenda cuncta servavi. Nam in rebus dubijs una est salubritatis via, ut divina quæque vel Deo proxima consulantur. Coniunctæ paginæ, allegationes partium, & supplementa sumpserunt. Quæ cùm maiestatis vestræ justitia perpendetit, precor, ut metas *b* curiosæ liti absolutâ definitione ponatis.

b *Sic Mor.*

a *Iur.* discingenda. *præposiere.*

b *Sic omnes libb Iur.* Curiosæ, *ineptè.*

EPIST. LX.

DOMINO THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆ. URB.

QUUM clementia vestra meminisset faciendæ carrucæ impendium de sacro ærario esse decretum: censuit, ut eius argentum publicis conditis redderetur, D. Imperator: Sed examinis reperit fides, ex alijs titulis assumptam speciem, quam vehiculi ornatus accepit. Cuius rei, etiam vir illustris prædecessor meus, *c* Anthemius Bassus, perennitati vestræ rationem dicitur intimasse. Et ideò sæculi vestri æquitas imperavit, ut examinata, & comperta suggererem. Cùm fiscus in tempore, quod præbendum fuerat, non haberet: ex arcâ Quæstoriâ, itemq; ex formarum condis, præterea ex Argẽtariorum parsimoniâ, argentum jusso operi ministratum est. Cuius solutio, si carrucæ usus maneret, de Thesauris Imperialibus jure peteretur. Sed nunc carpenti novitate summotâ, suum quisque deposcit: nec difficile credimus impetrari, quod à legum parentibus postulatur. Quæso, ut digna temporibus responsa reddatis: quò vir *d* Clarissimus, & illustris sacrum largioum Comes, refundendum esse cognoscat publicis titulis privatisque personis, quod sine lacunâ Imperialis ærarij deprompsit aliena collatio. EPIST.

c Al: *Anitius Anthenius Bassus, de quo Ep. 57. Cuius Claudianus meminit.*

d *Sic Iur. Vulg* Consularis.

EPIST. XLI.

DD. THEOD. ET ARCHAD. SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

SCIO quidem naturæ humanæ vitio, probitatem subiacere livori. Sed miror eò progressas insidias æmulorum, ut crudo mendacio insontis fama peteretur, DD. Imperatores. Quid enim non audeant, quidvè intentatum relinquant, qui in arce terrarum, Christianæ legis iniurijs vindicata fana finxerunt? Flevit credo scenæ istius fabricator, cùm de Ecclesiæ penetralibus raptos ad tormenta simularet, cùm de longinquis ac de finitimis urbibus duci Antistites in vincula describeret. Neque enim serenum clementiæ vestræ animum sine his argutijs compulisset sacro Edicto populum convenire: ut asperioribus, quàm pietati vestræ mos est, litteris, Præfectum, quem sine ambitu legistis, argueret. Reddat nunc, quisquis ille est, causas fallaciæ suæ: qui sub occasione justæ inquisitionis, quâ me cultum spoliatorum mœnium investigare jussistis, tragicas quæstiones, de ministris Catholicæ jactat agitatas. Respondeat litteris Episcopi Damasi, quibus assectatores eiusdem religionis, negavit ullam contumeliam pertulisse. Non magnopere officij mei prætendo responsa: à quo ideò quæsita est rerum fides, ne factum aliquod recordationem quæsitoris effugeret. Credatur eius legis Antistiti, quæ læsa simulatur. Credatur Præfecto, qui perennitatis vestræ ammonitus Edicto, miratur in procinctu creditum, quod Roma nescit admissum. Omitto iniuriam Præfecturæ, & conscientiæ meæ: quando eò processit insimulatio, ut vos quoque ipsos auctores honoris mei quadam reprehensione perstringar. Nam qui summi loci Iudices decolorant, sacri testimonij facilitatem videntur incessere. Iam dudum me Divus genitor numinis tui præcipuo honore dignatus est: ille meritorum arbiter singularis, cuius imperium cum moribus recepisti.

Pater-

Paternum sequere, tuum tuere judicium. Qui Præfecturam sine ambitu meruimus, sine offensione ponamus. Suggestionibus viri excellentis, & de Rep. benè meriti Prætextati Præfecti Prætorio, abusus existimor. Quid si ex illo decreto, quod probabiliter impetravit nec dum à me quæstio ulla tentata est? Prævidi enim, quid possent æmuli suspicari: atque ideò obsignata Officio Præfecturæ sacra jussa commiseram. Nec me huiusmodi coniectura decepit: siquidem severè executus insimulor, quòd non convincor aggressus. Hæc omnia fide Actorum comprehensa subiecì: unum illud adijciens, ut me perennitas vestra necessitate inquisitionis eius absolvat, cuius Autoritatem referri ad serinia Palatina jussistis. Nam si tantum de me improbis licuit, extante præcepto: quid retractatis litteris non licebit? Sanè laudabili viro Episcopo denegante, ullum è suis aut carcere aut vinculis attineri, & Officio eadem suggerente: ignoro quos potissimùm præceperitis absolvi. Tenent quidem leges variorum criminum reos: sed ut comperi, à mysterio Christianæ legis alienos. Quid igitur æternitas vestra decernat, devotus opperior: & quæso ut fallaciam rotundatis, quæ divini pectoris vestri sollicitavit quietem, quæ ad Edicti necessitatem venerandi Principis curam coegit. Me munivit invidia: apud aures enim sacras locum posteà non habebit convicta mendacij. Si quid tamen denuo obtrectantium murmur ingesserit, opto judicium. Experientur me sub Imperiali disceptatione constantem, qui nocentem probare non possiunt.

EPIST. XLII.

D. D. THEODOSIO ET ARCHADIO SEMPER AUGG. SYMMACHUS PRÆF. VRB.

DE tribunatu, vinarij fori nuper orta contentio, causam mihi attulit legum arbitros consulendi. D. Imperator. Profectus instabat, ut delatum sibi sortiretur

a *Sic Lect. Ed. Sch.*

tiretur officium. *a* vetus è lege, quæ tempora istiusmodi actibus certa decrevit, recusabat honore decedere. Secutus morem longâ ætate servatum, eum, qui recens majestatis vestræ beneficium præferebat, admisi. Sed ut deinceps, si fortè usus tulerit, cunctationem iudicij absoluta forma summoveat: statui sacrum numinis vestri oraculum sciscitari, utrùm fas sit novos tribunos servatâ lege differri, an magis veteres oporteat devotione removeri.

EPIST. XLIII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

VNUM levamen iniurijs meis tribuit eventus, D. Imperator, ut Romam publicæ utilitatis gratiâ V. C. & illustris, clementiæque vestræ semper dicatus, Comes Hesperius mitteretur. Nam si eum testem contumeliarum, quas pertuli, non haberem: quis dubitaret, eam Præfecturam, quæ Romæ superior est cæteris, turbidum aliquid pro potestate fecisse? Is, quoniam semper amicus est veritati, & famam bonorum temporum colit, si dederit æternitas vestra copiam, contemptum legum & sæculi non silebit. Ego, ut potero, de multis pauca narrabo, repetitis paululùm causis, quæ mihi, ut arbitror, has insidias excitarunt. Cùm pro diligentiâ, quæ debet omnibus inesse iudicibus, argenti publici ratio quæreretur, quod Censualibus Editores Munerum contulerunt; inter cæteras fraudes repertum est, quosdam functionibus absolutos, sumptum debitum Reip. non dedisse. Et ut fallacia ista tegeretur, ex alieno argento tantumdem Censualibus, falsis titulis imputatis, quantum duo conferre debuerant, contulerunt. Hoc cùm clarissimi viri sponte sine adiectione dispendij reddidissent: Senatum prisco more consului, quid in communi causa Patrum innueret auctoritas. Dictis aliquot sententijs, factum meum reverendi Ordinis probavit assensio

sensio. Interiectis diebus, quum Romam V. C. & spectabilis Vicarius commearet, V. C. causidicus fori mei Celsus, socius eius, qui debitum refudit impendium, tuitionem contra me, & annonæ Præfectum clarissimum virum de sede Vicariâ postulavit, *a* Cùm ego aditus in causâ publicâ, civilem conventionem matri eius super nepotis sui Munere deruliſſem, responsione servatâ, quâ retinere asseritur patrimonium Candidati. Præfectus verò annonæ V. C. pistorem publicæ annonæ verbo tantùm reposcere diceretur, quem manibus Officialium Celsus eruerat. Hîc iam vestræ perennitatis est, æstimare contumeliam Præfecturæ: cuius causidicus nihil passus, auxilium secundi *b* iudicij impetravit. Per hæc quoniam patientiam meam minimè perculerunt, adiectum est, quod dissimulare non possem. Nam cùm ad examinandos actus Bassi Præfecti vrbis potestas Vicaria ad Secretarium commune prodiisset; nescio quis, *c* vicario libello dato, de Officij mei colludio, vel iniquitate conquestus est; quòd Memorius litigator, iussus à Basso solvendi debiti gratiâ ad iudicia Africana deduci, cùm & à viro illustri decessore meo Aventio, & à me per libellos, ne eò pergeret postulasset, navi esset abductus. Hunc illico V. C. & Spectabilis Vicarius, ut subscriptio libelli indicat, adesse præcepit. Vbi pariter ambo consedimus, & seriem querelarum recitatione cognovi: ammonui, ut is qui aderat Vicariam sedem probaturus intraret. Tunc Officium eius hominem decesse respondit, qui præcepto iudicis sui in examen acciri debuerat. Quid hîc æstimandum sit, relinquo sapientibus. Semel atque iterùm præconis vocibus advocatur: nec tamen inclamatus accurrit. Tunc nullo assistente, Apparitio urbana cœpit urgere, quòd ad Africam transvectus esset, quò Bassum clarissimum virum criminis posset arguere. Suggestum est, paritum esse sententiæ. Quam cùm Basso

a *Sic bene Mere.*

b *Lect.* iudicis.

c *Sic. Merc.*

post

post luctamen partium protulisset, provocatio non removit. Adhæc Fulgentius V. C. Tribunus & Notarius, conventos Adiutores urbanæ sedis asseruit, ne Memorius navigaret, à quo cùm requireretur, an ad eum aliquid super hisce criminibus Memorius detulisset: ait querelas eius libellorum paginis contineri: credo simulare non ausus, quòd accusator esse voluisset. Adhæc urbani Adiutor Officij, per Felicem sibi à clarissimo viro Fulgentio mandatum esse respondit, ut secundùm sententiam Memorius ad Africam duceretur. Mox felicem censuimus attinendum: quò posset liquere, an huius mandati interuncius extitisset. Interea vir spectabilis Vicarius, cùm adessent alij, quos in Basli causis possemus audire, ob eius absentiam, quam facile est ex Africanis revocare Provincijs, iudicium omne deseruit: nescio an ex iussu eorum, qui, ut audirentur, affluxerant. Promissâ Relatione discedo. Felix, qui in communi iussus est attineri, Officij executione corripitur. Is cùm à me in sequenti tuitionis auxilium popposcisset, & unius nomenclatoris, ut in urbe pacatâ amminiculo fretus incederet post vehiculum Præfecturæ, iussu Fulgentij, per Gaudentium & Victorem Agentes in rebus, & Bonifacium Palatinum, qui hactenus in Officio urbano militavit, violenter arreptus, deducitur in eius ædes, de cuius mandatis fuerat audiendus. Quod cùm sibi Fulgentius V. C. auctor contumeliæ meæ invidiosum putaret, ad Circi Secretarium convolavit: facti illiciti volens præstare rationem, quòd sibi metum fuisse dicebat, ne Officij subornaretur impulsu. Expectatis credo, Augustissimi Principes, ut Præfectus & iudicii vestri securus, & innocentiæ suæ, aliquid severum censuisse dicatur. Fateor, neque pœnitet, animum temperavi, dum certam de vobis spero vindictam. Statui, ut Felix vadibus, qui Fulgentio non essent cogniti, traderetur. Quid mitius decerni, quid remissius potuit? Tunc ille, tanquam cessurus egreditur. Sed cum

ad

ad eius ædes semel atq; iterùm Princeps officij commeasset, & obstinatam hominis contumaciam non posset inflectere; inanem syngrapham reportavit, quâ redhibitionem Felicis in alterum diem sponsione distulerat. Tenet domi testem, quem de se noverat audiendum. Etiam huius iniuriæ assumo patientiam. Culpate uti vultis, ut dignum est, scivi meliorem esse Judicum causam, quæ rerum Dominis reservatur. Expectamus, ut altero die instructus Officio redderetur. At ille crastinâ luce, ut Gesta monstrabunt, adversum cautionis fidem Vicariæ potestati tradendus abducitur. Hoc ubi Princeps officij comperit, paucis comitatus excurrit: retinet Felicem celebri Urbis loco, nec tamen eripit. Itaq; Fulgentius, qui se simulat verberatũ, manu validiore legib⁹ repugnavit. Interea Felix à militibus Vicariæ potestatis abducitur. Et cùm Princeps Officij mei sub conspectu Romanæ plebis auditur, video, quid de hoc facto perennitas vestra debuit iudicare. Ego ordinem tenebo gestorum. Fatetur sub alterius Cognitoris examine litigator, nihil sibi ab apparitoribus meis adversum Fulgentium esse mandatum. Hic jussu eius ad communẽ Secretarium, quò faciendæ oblationis gratia summates quosque [a] conduxeram, à Principibus Officij utriusque perducitur. Nihil enim repertum fuerat, quod Præfecturam posset involuere. Tunc Fulgentius facti sui conscientiâ percitus, cæsum se esse conqueritur. Sed mox eiusdem Felicis ac devotissimi viri Principis responsione pars ista purgata est. Et tamẽ querelæ eius audientiam non negavi, Clarissimo & Spectabili viro Vicario in societatem cognitionis ascito, si vellet struere nomina testium plebeiorum danda. Promisit. Credo, ut per moram meus dolor, vel per satisfactionem mitesceret, vel ipse rursus alias moliretur insidias. Qui ut res indicat, conscientiâ hominis subornati, à quo Vicariæ potestati libellus oblatus est, domesticè confessus

[a] *Sic libb. omnes.*

a *Ita Mscrp.* a apud eundem factum ausus est postulare, ne Apparitores eius, quos ob discessum litigatoris custodia carceris jusserat attineri, iniuriæ subiacerent. Post hæc usurpato rursum publico neglectoq; iudicio, audacis facti conscius evolavit, ut Præfecturæ iustas querimonias præveniret: ignarus, ut res est, parentes generis humani magis justitiâ, quàm invidiâ commoveri. Hęc ita esse gesta, nec ullâ arte fingi, instructio subiecta testabitur. In quâ reperiet æternitas vestra, Præfecturâ, quam in me puro judicio contuliſtis, nihil saltim ad vindictâ publicæ disciplinæ esse molitam: cùm omnibus injurijs cederetur, quas boni quique præsumunt pro vigore sæculi vindicandas. Hæc enim spes & fiducia jus creditæ mihi potestatis infregit: ut auctores honoris mei, & publicę dignitatis, & judicij sui contumeliam iustâ severitate defendant.

EPIST. XLIV.

DOMINO THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

b *Sic benè cõiecit Sch. Alij:* scrinias *sed alterum probum est: & libb. consentaneum. Et est, qui secreta finxit.*

c *Ita Ed: Sch. Lect.* brevibus excepta.

PER vices mensium singulorum ad perennitates vestras *b* scripta Senatûs, & populi Acta mittuntur: quæ poterunt indicare, quid vir præcelsę illustrisq; memoriæ Prætextatus, vel ad amplissimum Ordinem, vel ad devotum vobis populum, pro sæculi vestri commendatione pertulerit, D. Imperator. Sed quia speciatim sacris litteris imperastis, ut si quâ ab eo Romæ in his cœtibus gesta sunt, *c* Agenti in rebus excerpta tradantur: misi omnia iussis cœlestibus obsecutus, quæ ipso præsente venerabilium rationum vestrarum sanctio definivit, & Patrum probavit auctoritas. Præterea, quæ apud plebem locutus est, ut cunctos in amorem bonorum temporum provocaret, adiunxi. Judicium verò civium, quod supremo die de virtute atq; innocentiâ eius habuerunt, speciatim viro clarissimo & illu-

& illustri Officiorum Magistro, subditis Gestorum exemplaribus intimavi: licèt vehiculo publico cum cæteris, quæ ex more mittuntur, omnia necesse sit, rursus ad *a* serenitatis vestræ notitiam pervenire.

a *Al.* perennitatis. *ut supr.*

EPIST. XLV.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

JAM quidem Rescriptum numinis vestri Cyriades V. C. Comes, & mechanicæ professor exhibuit, D. Imperator. Quo statuerat æternitas vestra, ut se ipse à quorundam criminatione purgaret, ac rursus urgeret obiectis, si quos fraudis incesseret. Qui cùm Auxentiũ V. C. sub examine decessoris mei cœpisset arguere: postquam ad cognitionem meam ventum est, *b* super basilicæ atque pontis immodico sumptu, Auxentij V. C. voce petstrictus est. Quem Cyriades vir parilis dignitatis, mutuâ accusatione credidit remordendũ. Visum est igitur accommodum, ut utriusq; ædificationé fida æstimaret inspectio. Dedi negocium sollicitis, quantum arbitror, viris, & Cyriade pœnè recusante, decrevi fabrilis artis magistros, quos adversario æquiores putabat, æstimationi operis admovendos: manente nihilominus penes Auxentium curâ atque administratione cœptorum, quod necdum æternitas vestra officium eius successione mutasset. Itaque exactis aliquot diebus, & adhuc pendente operis examine, Apparitio, quæ Auxentio fuerat deputata, per *c* Notarium mihi fecit indicium, deseruisse clarissimum virum susceptorum curam locorum, & sub ipso æstatis exordio, quo possit profectus ædificationis assurgere, nihilum promoveri. Sed quia Senatoris fuga non videbatur temerè credenda: ut impensiùs requireretur ammonui.

b *Ita Iur. Lect. Ed. Seh.*

c *Sic retinendum Iur.* notariam.

Diu nusquam gentium deprehensus: ubi Comitatum sacrum numinis vestri adire jussus est, evolavit. Interea Cyriades V. C. Comes & mechanicus, cùm statutum meum discessu eius videret elusum: multùm anxius, ne quid in absentem adversarius moliatur, ut æternitati vestræ & Relationẽ V. C. prædecessoris mei, & nũc Actu suggererem, depoposcit. Cui audientiam negare non potui; eadem viâ præcepto numinis vestri cupiens edoceri, quid facto usus sit, de æstimatione sumptuum, quos utriusque insumpsit expensio: siquidem meum spectat officium, jacturam pecuniæ publicæ non tacere. Fidem litteris sociata Gesta præstabunt. Quæ ubi ad sacras aures perennitatis vestræ recitata pervenerint: oro atque obsecro, ut incertum animi mei responsis Imperialibus instruatur.

EPIST. XLVI.

DD. THEOD. ET ARCHAD. SEMPER AUGG. SYMMACHUS V. C. PRÆF. URB.

CERTUM est quidem, clementiam vestram fidei amore, & studio veritatis, in examen assiduum sæpè explorata revocare. DD. Imperatores. Sed cùm Auxentius V. C. & Cyriades Comes, ac mechanicus parilis dignitatis, quadam inter se concertatione dissentiunt: nonnihil superioribus judicibus derogatur. Jam dudum enim V. C. & illustris Anthemius Basilius pontis novi opere perspecto, sub Actorum confectione signavit culpam, vel negligentiam singulorum: Denuò successor eius eadem loca rimatus asseritur. Dehinc cùm apud me, ex rescripto, quod Cyriades V. C. impetravit, recidivâ cognitione refugerent, atq; ipsis consistentibus censuissem, ut utriusque tam sumptus, quàm ædificationem investigatio discussionis inquireret: V. C. Auxentius repentè deseruit judicatum. De cuius facto missurus Relationem, quam soli-

licitudo intermissi operis exigebat; alia numinis vestri decreta rursus accepi, quibus examini meo V.C. & spectabilem Vicarium copulastis: ut utroque residente, accusata pontis vitia quærerentur. Nec obsequium defuit imperatis. Itaque adhibito V.C. Tribuno, & Notario Aphrodisio, cui post Auxentium V.C. Novarum molitionum cura legata est, habita est de his quæstio, qui pontis eiusdem fundamenta posuerunt. Atque ita constitit, partem brevẽ atq; discretam sub exordio hyemis inchoatam vi fluminis corruisse cuius impendium viginti solidorum diffinitione artifices æstimarunt. Sed casus partis istius, utpotè adhuc à cætero corpore segregatæ, nihil videtur injuriæ locis distantibus attulisse: quam facili ædificatione reparandam Cyriades V.C. pollicetur. Post hæc alterius loci exploratio, hiulcam compagem lapidum deprehendit: quam Cyriades Comes, & mechanicus consilio suo & ratione artis ita positam suggerebat, ut infuso postea impensarum liquore hiantia stringerentur. Quod cùm facere debuisset, succedentis industriam affectasse potiùs dicitur: ut in auctoris invidiam fœni & sparti manipulis clauderentur. Quod cùm astrueret recitatione Gestorum, factum quidem urinandi artifex non negavit: sed ex usu operis non inde honestamentum Cyriadis V.C. asserebat, remedium huiusmodi esse provisum. Tunc responsionum varietate commoti, coërcuimus à præteritis discrepantem. At ille Cyriadem sibi ait dudum fuisse terrori. Quod credibile non videtur: cùm illius temporis Cognitor, ad fidem veri destrictâ quæstione pervenerit. Interea Cyriades V.C. facilem prospectum esse suggessit operis sarciendi: cuius stabilitatem, sicut assertum est, hyems tertia non resolvit. Ipse autem de ædificationibus Auxentij V. C. & de usurpatione immodici auri nõnulla indicijs intimavit. Quæ ideò Gestorum paginis applicari placuit: ut æternitas vestra cunctis per ordinem patienter auditis, providere dignetur, quemadmodum con-

certantium æmulatione compressâ, & integritati sumptuum & firmitati operis consulatur.

EPIST. XLVII.

D. THEODOSIO * SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

* Forte ad Valentinianū scripta.

VT vestri numinis veneror sanctiones, ita observantiam iugem saluberrimis Divi genitoris vestri impendo decretis; Quid enim ille constituit, quod possit publica cura deserere? Is inter alia, quæ in bonū publicum contulit, etiam medendi professoribus dedit ordinem successionis, si locum quempiam decedentis fortuna nudasset. Quâ lege cautum est, ut primi artis eiusdem de novorum scientiâ judicarent. Hanc formam, quantum asserunt, ætas secuta servavit, D. Imperator. Nunc Ioannes *a* V.P. non eum gradum, quē subrogandis dederunt Divalia scripta, sed summo proximum conatur adipisci, fultus Palatinæ militiæ privilegio, & impetratione specialis oraculi, quo Epicteti archiatri locum tunc adhuc superstitis impetravit. Sed quia lege & more cogentib⁹, summates eiusdem professionis par fuit, in examen acciri, adhibitum est judicio collegium omne medicorum. Quorum potissimi inter venerationem legis, & novi beneficij reverentiam judicare non ausi, eum locum Ioanni V.P. statuerant deferre nudum, quem tenere potuisset, si eo tempore, quo aulæ obsequijs deputatus est, archiatrorum numero fuisset adjunctus. Et cùm ab eo Palatini honoris officia poscerentur, ut codicillorum prærogativa monstraret, quis illi inter archiatros ordo competeret: asseruit domesticâ explicatione etiā documenta sibi dignitatis ablata. At verò pars magna medicorū munita lege Divali, eorum exempla depromsit, qui è Palatio in hunc gradū servato ordine transierunt. Quare motus ambiguis, & neque Divi genitoris vestri ausus rumpere sanctionem, neque obviam specialibus venire præceptis; divi-

a. h.e. Viro Patricio.

divino arbitrio numinis vestri, subditis allegationibus partium, summam negocij reservavi: opperiens, quid deliberatio Augusta constituat, cui soli fas est, de scitis Divalibus judicare.

EPIST. XLVIII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRAEF. URB.

QUID possint justi Principes culpare, præsentio. In causis etenim, quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. Sed consultò nunc obiectum provocationis admisi, ut in examē clementiæ vestræ, & invasionis indignitas, & modus judicij perveniret D. Imperator. Nam Scirtius V. P. ereptam sibi partem Cæsarianæ massæ crebrâ aditione conquestus, cùm integrationem status, quem amiserat, impetrasset, hæredes Thesei, qui reluctarentur obiecti sunt. Tum verò Artemisius, Olibrij clarissimi atque illustris viri actor, executori, ut ipse professus est, obviavit. Et cùm ad pernoscendum possessionis statum loci habitatores adesse jussissem; in iniuriam legum, Ruffino officiali iussa curanti, qui deducebantur abrepti sunt. Gesta indicabunt facti incivilis auctores. Interea distuli vindictam judiciorum, & rursus Officio negocium dedi, ut necessarios evocaret. Tunc cessantibus auctoribus clarissimæ domûs, cæterisque subtractis, ad contradicendum Thesei subrogantur hæredes: uno tantùm exhibito, qui se assereret libertum esse defuncti. Is interrogatus, quo abissent incolæ prædiorum, delituisse nonnullos, Scirtij verò mancipia ad urbanam villam, quæ est clarissimi & illustris viri Olibrij, translata respondit. Cætera, ut à liberto Thesei dicta præteream, licèt in eum præscriptio ista non competat, cùm à patre minorum beneficium libertatis acceperit. His ita positis, Prænestini, in quorum finibus Cæsariana

possessio iacet, missis apparitoribus exhibentur. Tunc demum V. C. & Spectabilis Olibrij procurator emergit. Adest etiam defensor minorum. Tandem cogentibus judicijs postulatus, Scirtio adversum duos pugil proponitur: quamvis patrocinia clarissimæ domûs, & successorum Thesei quadam specie dissiderent. Itur in quæstionem possessionis, quæ partium varijs agitata conflictibus, ad interrogationem testium jure transvit. Admoneri singulatim, ut mos est, jubeo curiales nominum & dignitatis. Ab unoquoq; posco responsa, tum locorum justos possessores requiro: dehinc percunctor, quis annuas functiones, aut indicta persolverit. Cùm secundùm Scirtium testimonia cuncta procederent, atque eam possessionem cum Theseo tenuisse constaret, quando aut per quos deiectus esset, examino. Secundum ferè vel tertium mensem manare consentiunt, ut eum clarissimæ atque illustris domûs homines expulerint. Auditis optimatum testimonijs, denuò defensores admitto jurgantes. Quæsita, & responsa partibus intimantur. Ibi Tarpeius V. C. Procurator illustris viri Olibrij asseruit, ei sex uncias prædiorum Thesei morte quæsitas. Contrà Scirtius de sex uncijs, quas minores etiam se consentiente retinebant, non ibat inficias: nec suâ interesse dicebat, actores clarissimæ domûs an hæredes Thesei eadem parte fruerentur. Tunc actionibus copulatis, Scirtium urgere cœperunt, quòd secundùm mandatum C.F. Faciannæ sex uncias Theseo per epistolam reddidisset, sex verò alias in eos liberos contulisset spontaneâ largitate. Ad hæc Scirtius idem litteris familiaribus, quod donationibus in Theseum, vel parvulos trasfusum esse dicebat, ipsius petitu, ut Actorum fides beneficium roboraret. Et revera, cùm posteriora Gesta pro indiviso sex uncias massæ in eos collatas esse testentur: intelleximus partem donatoris exceptam. Cur enim proindiviso daret, si nihil resideret quod retineret? Sed hoc cùm ad proprietatis causam dicerem pertinere:

nere: recitata est à defensoribus constitutio, quæ Iudicibus tribuit copiam, non imponit necessitatem, ut quoties de possessione successionis judicant, continuò, si casus tulerit, etiam de jure cognoscant. Quâ actione confessi sunt, ad aliam causam se malle transire. Præterea non solus Scirtius proprietatis quæstione videbatur urgendus: cùm ipsi quoque inter se super hac parte quodammodo dissiderent. Quare de possessione secundum documenta Scirtij & Principalium testimonia judicavi: adversarijs eius sex unciarum retentione, & jure firmatis. Principalem verò causam, salvis allegationibus partium futuro examini reservavi. Et mox sententiæ exemplar emisi, cùm eius editionem procurator Spectabilis viri continuò postulasset. Tunc Scirtius obtulit sanctiones, quibus doceret, in reformatione momenti nullum esse appellationibus locum. Postridie Procurator Clarissimus & illustris, ac defensor minorum, qui putabatur in iudicio discrepare, concordiam suam junctis provocationibus indicarunt. Hæc est omnis summa luctaminis. Nunc oraculum numinis vestri fortuna litis expectat. Gesta & supplementa partis utriusque subieci: quibus instructa perennitas vestra, exemplo unius causæ securitati omnium dignabitur commodare.

EPIST. XLIX.

D. THEODOSIO * SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

* *Forte ad Valentinianū scripta hæc Epistola.*

VENDENDIS solidis, quos plerumque publicus usus exposcit, Collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca vinaria statutum precium sumministrat. Huic hominum generi, taxationis exiguæ utilitate nutanti, Divus frater numinis vestri tantum pro singulis solidis statuit conferendum, quantum æqui-

tas illius temporis postulabat, D. Imperator. Sed paulatim auri enormitate crescente, vis remedij Divalis, infracta est. Et cùm in foro venalium rerum maiore summa solidus censeatur: nummularijs precia minora penduntur. Petunt igitur de æternitate vestrâ, pro ratione præsenti, *a* justissimæ diffinitionis augmenta, qui iam tanto oneri sustinendo pares esse non possunt. Hæc est causa querimoniæ, quam divinis sensibus vestris fides Gestorum plenius intimabit. Si petitionis genus probabile judicatis: quæso, ut huic quoque parti præceptio mansuetudinis vestræ salubre remedium deferatur.

a Ita emend. Lect.

EPIST. L.

D. THEODOSIO * SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

** Forte & hæc ad Valentinianum scrip.*

PALATINI munerationum sacrarum, Amicus & Castor, quæstus publicos eruentes, inter cætera nomina, quæ judicio persequuntur, hæredes Postumiani V. C. in examen meum conventionibus evocarunt. D. Imperator. Luciano monente, qui census Senatoris antè tractavit, quòd oblativis functionibus *b* ea demum domûs esset obnoxia: pars debiti Lollianam, pars Cattianillam pariter ac Severellam suggerebatur urgere. Interea sequestrato Lollianæ C. F: nomine, quam pro sex unciis astringit exactio: horum orta refragatio est, quos pro singulis bonorum quadrantibus solutionis cura mordebat. Comperendinato plærumque judicio res eo deducta est, ut fisci patrocinium securitates à clarissimis personis impleti pervices muneris flagitaret: Catianillæ verò ac Severellæ defensio scripta ad Rationem divini Principis mitteretur. Vetus enim quæstio, & cognitionibus Præfecturæ frequenter agitata, usque ad inclyti semperq; verendi genitoris vestri cucurrit arbitrium: qui Iuventij clarissimæ, & illustris memoriæ viri tunc Præfecti Urbi insinuatione consultus quâdam Rescripti parte signa-

b Ita Lect.

signavit, suis quibusque temporibus à Cattianilla ac Severella clarissimis fœminis oblativa *a* munera soluta constare. Hoc me dudum promptum atque declivem ad efflagitanda illationum documenta defixit, cùm videretur omnibus securitatibus esse vehementior Imperatoris assertio. De cuius responsis iugi honore mansuris, vestræ clementiæ fas est esse iudicium. Nos venerari potiùs, quàm interpretari oracula divina consuevimus. Præsto sunt monumenta Gestorum, partium quoque supplementa non desinunt. Æquum est, ut maiestatis vestræ informetur arbitrio humana cunctatio.

a Ita Lect.

EPIST. LI.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

MORIBUS scævis familiare atque cognatum est, armare spiritus impunitatis exemplo, D. Imperator. Cur enim secundum desperet effugium, qui laqueos criminis prioris evasit? Præsenti causæ congruit præmissa sententia: siquidem Valerianus V.C. cui lar in Epiro esse suggeritur, neque Rescriptorum veneratione, neque legum severitate, vel pactionum fide, aut Iudiciorum reverentiâ promovetur. Qui primo in examen Prætorianæ sedis jussus acciri; ad supplicationem V.C. Iunioris vim Rescripti statu præcelsæ potestatis elusit. Dehinc Proconsularibus evocatus Edictis, leges pari arte frustratus est. Nam cùm & actione civili, & criminali accusatione premeretur, statutis inciviliter repugnavit: ut Apparitores Præfecturæ urbanæ, partim notarijs, partim suggestione signarunt. Quorum unus Agenti in rebus, eo mortuo, ad quem sacri præcepti executio pertinebat, affectum se à Valeriano gravibus injurijs indicavit. Motus igitur indignitate talium querelarum, cùm viderem rursus illudi posse judicijs, si quid severius censuissem; facto optimũ credidi,

ut

ut æternitati vestræ causæ istius pontificium reservarem. Soli enim jure corrigitis admissa potissimæ dignitatis. Fides Gestis rerum cohærentibus explicatur: nihilominus ad Senatum regressus Apparitor, qui contumaciam Senatoris & serviles impetus nunciavit, suggestionibus suis, cùm fortè usus tulerit, affuturus. Quæso æternam clementiam vestram, ut omnibus solitâ æquitate perpensis, evagari ulteriùs frustratorem tot ludicum non sinatis.

EPIST. LII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

DIFFICILE est, ut bona causa sit, cuius actio in jus alterius desperatione transfertur. Id adeò res probavit, D. Imperator. Nam Theodorus, ut asseruit, *a* ex protectore ab Ananiâ quadam in re suâ procurator creatus, jampridem clarissimo, atque emendatissimo viro *b* Cupraso urbanis *c* tribunalibus præsidente. Flavianum quendam denunciatâ lite pulsavit: sed diem legitimum causæ lapsus excesit. Longo intervallo petita à me reparatio, cùm partes ad necessarium contraxisset examen, post multas allegationes, quas judicia ut invalidas respuerunt, orta præscriptio est, quæ assereret novari tempora possessore mortuo debuisse. Nam constabat, non modò Flavianum, qui propositam legib⁹ quæstionem primus exceperat, sed etiam successorem eius finem fecisse vivêdi. Adhoc præmissa est lectio, veluti probatur indiciis, novatioē tantū petitoris hæredi esse decretam. Quod verbo quidem assertum, sed sanctionibus non probatum, contrariæ legis recitatione compressum est. Secutus igitur scita manifesta & nullis Principum vacuata responsis, cessare processum negotij judicavi: cùm lis alteri denunciata, aliam personam temporibus exactis tenere non posset. Tunc. oblatis provocationis etiam novationis libellis, supensa sententia.

Cuius

a *Ita Iur.*

b *Alij:* Eupraxio.

c *Sic Lect. Ed. Sch.*

Cuius meritum perennitas vestra lectis Gestis ac refutatorijs cohærentibus æstimabit. Ego in referendo prolixus esse non debui: cùm pœnè in ipso actionum vestibulo repulsa legibus causa constiterit.

EPIST. LIX.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

IN causis appellationum malo jus potestatis infringere, quàm interpretationum dubia sustinere: præsertim conscius haud iniquæ judicationis, cui nonnihil honoris eveniet, si æternitatis vestræ oraculo roboretur, D. Imperator. Tuli igitur Constantium Suarium temerè provocantem, cùm ex Rescripto numinis vestri statum, quem Theodosio absenti ademerat, reformassem. Mota enim vestra clementia supplicationibus, & querelis, brevi examine jussit inquiri, an Theodosio extra conflictum locato, ac deinde ne rebus excideret provocante, possessionem corporum Constantius esset indeptus. Allegatâ igitur præceptione divinâ, primò cognitionem totius negotij, quamvis speciatim mihi tranquillitatis vestræ delegatione mandatam, V. C. Vicarij præsentię reservavi: siquidem videbatur hæc causa cæteris provocationibus esse coniuncta, quæ V. C. prædecessore meo negabantur admissæ, & alterum mecum sumpserat Cognitorem. Dehinc, ubi eam partem, quæ ad illius temporis Iudicem pertinebat, vestro retinuistis examini: appellationis inquisitione discretâ, cùm jam participem iudicij non haberem, turbatæ possessionis querelam Rescripto obsecutus audivi. Et quia Theodosium iudicio non interfuisse constabat, quo sibi demptas questus est facultates, nec ulla precum mendacia Constantius detegebat: executus sum circa germanum supplicatoris hæredem cæleste iudicium, reformato statu, quem claruit mox propositâ appellatione defensum: licèt Cultus subditus quæstioni, libellos,

quos

quos Theodosius publicavit, apud se resedisse memoraverit. Nihilominus obediens imperatis, statui ut fides Gestorum superiorum ad Augusta scrinia mitteretur. Hinc orta est provocatio, cuius vel iustitia vel contumacia sacro expendetur arbitrio. Interea constitutionis memor, *a* sequestrari mobilia fructusque præcepi, ne medij temporis usurpatio abuteretur indebitis. Omnium gestorum fida documenta, supplementis partium relationi ex more sociata sunt: ut diu fluctuanti causæ tandem stabilem terminum divino ore ponatis.

a *Ita Lect. Ed. Sch.*

EPIST. LIV.

* *Forte ad Valentinianum scripta.*

DD. THEOD. ET ARCHAD. SEMPER AUGG. SYMMACHUS V.C. PRÆF. URB.

OMNES qui ad ampliſſimos honorum gradus iudicio clementiæ vestræ vel favore provehimur, summo studio debemus eniti, ut famam sæculi suggestionum veritate tueamur, D. Imperator. Quod enim genus gratię beneficijs Principum rependendæ fortuna impar inveniet, si fidem deserat quæ sola *b* munit imperium? Contemplanti mihi igitur Rescriptum numinis vestri, quo arcæ vinariæ debita à Præfecto eius temporis, quo contracta *c* dicuntur, erui censuistis: silere fas non fuit, quid temporum vestrorum congruat æquitati. Iam primùm stupere me fateor, cœlesti mansuetudini vestræ totius orbis negotijs occupatæ, litteras Divi Constantij ita esse suggestas, ut comminatio sub conditione depromptâ instar cuiusdam debiti duceretur: dehinc tacitum quodam casu de eâ parte Rescripti, quæ tenebat Officium, ut persona Iudicis, tanquam vilior, Apparitorum suorum impunitate premeretur: tertiò, quòd ea summa solidorum, quam cognitio & Relatio viri illustris prædecessoris mei ex maiore parte solutam probavit, ærario tanquam debita, & intacta deposcitur. Atque ideò inter multa curarum, summatim nonnulla tractanda sunt.

b *Sic Lect. Ed. Sch.*

c *Ita Mss. Pith*

sunt. Namque xj. millia cccc. xlvj. solidos ex eo anno qui Sergij & Nigriniani sequitur Consulatum, sacris accessisse thesauris, & Præfecturæ inquisitio, & discussorum litteræ, & V.C. prædecessoris mei scripta docuerunt. Inter hæc igitur tam multa valida, fidem clementiæ vestræ debitam silentio violare non potui: cùm vestrum quoque numen adverterem solitâ cautione, neque Iudicis nomen signasse Rescripto, & æstimasse, quòd conveniendus luce frueretur. Nam quomodo clementia vestra vim veteris comminationis in mortuum tetendisset, cùm gravium etiam noxarum pœna fine vitę solvatur? At verò iste terror Divi Principis litteris comprehensus, ne viventem quidem posset urgere. Gravia enim subiectis sæpè minitamini, acuendi potiùs studio, quàm nocendi. Hoc etiam Divus genitor tuus, in omnium semper animis, & ore victurus, piâ lege constituit: qui sententiam quoque sub comminatione depromptam, effectu atq; executione vacuavit. Hanc verò conditionem, quam Divus Constantius adiecit litteris suis, multa quæ post visa sunt subruerunt. Nam eodem Principe adhuc orbem regente, ad Tertullum Præfectum urbis memorabilem virum migravit exactio. Quæ si hominis potestas fuisset; circa personam prioris Iudicis potuisset hærere. Nec multò pòst tempore, in Clytholiam Maximum, pari honore tunc præditum, tituli istius cura convenit. Divo etiâ parente numinis tui, Romana iura & fata moderante, Præfectis ac discussoribus mandata provincia est, & per vices amministrantium publici debiti occurrit exactio. Novissimè relatus in cœlum germanus clementiæ tuæ, eum ipsum Basilium, cùm haberet appositum, qui personis Iudicum non pepercit: Primiscrinios urbani Officij, quorum sollicitudo per successiones exigenda curaverat, vel solvendo nomini, vel edendæ rationi fecit obnoxios. Itaque & à V. C. ac probatissimo Anicio Basso, & Aventio Viro Spectabili frequentata cognitio, & solutam majo-

a *Sic. Mere. Ed. Sch.*

maiorem partem debiti deprehendit, & provincialium Iudicum repperit sponsionem: quâ professi sunt, si urbanum cessaret Officium, per se huius tituli integritatem posse sarciri. Hæc igitur, si legibus conferantur, pronunciabit æternitas vestra in professione verum esse nexum, in comminatione terrorem. Quid, quòd proxima Apparitio cogendis provinciarum Iudicibus admota, spem debitis eruendis feciſſe suggeritur? Non est meum famæ incerta sectari. Inveniet divina maiestas tua, cur huic exactioni perpes cura defuerit. Nam socerum meum clarissimæ memoriæ virum Orfitum, petit ista molitio: cuius hæredes V. C. & illustris Officiorum Magister asscripsit litteris suis, cùm tuæ manſuetudinis verecundia nullum sacro oraculo nomen expresserit. Quid ergo existimem merito illius factum, qui maior honoribus quàm facultatibus ante annos ferè quindecim vitam peregit? ut *a* comminatio sæpe lecta, semper omissa, & novis post sepulta decretis, quam neque lex Divalis admittit, & solutio magnæ partis excluſit, resurgat in mortuum, quæ non fuit antè viventi? An meæ potius contumeliæ causâ, & ordinem tot & talium statutorum, & Divi Gratiani recentem præceptionem, & discussorum diligentiam, & Præfectorum cognitiones, & Relationis fidem novis suggestionibus arbitrer sauciari? Testor custodem numinis vestri Deum, nihil esse, quòd iniuria dignus existimer. Quieto mihi hanc Præfecturam sine ullâ *b* affectatione tribuistis. Si quem fortè mordet invidia, si alicuius desiderijs Reip. amore non cessimus: cogitet privata odia adversum leges exercenda non esse. Postremò cognoscat, si quis ille est, me meosque successionem clarissimæ atque illustrissimæ memoriæ viri Orfiti, neque ratione iuris, neque bonorum *c* aditione cœpisse. Quæso igitur, ne in contumeliam iudicij vestri, & iuri, & innocentiæ fraus paretur. Quando enim absentibus, atque ignorantibus inter alios gesta nocuerunt? Quis umquam sententiam numinis vestri

a *Ita lect. Ed. Sch.*

b *Sic Lect. Ed. Sch.*

c *Ita Lect. Ed. Sch.*

vestri inauditus excipit? Quando comminatio ad hæredes usque porrecta est? Certè ut ipsam causam loquar, quæ me, ac necessitudines meas vobis propitijs, nullo jure contingit, pars maior debiti soluta monstratur: in evidentibus nominibus pars resedit. Cuius studio absolvendi sunt debitores, ut implicentur innoxij? Quare insitam divinis sensibus vestris oro justitiam, ne adversum Divi Gratiani diffinitionem, adversum Rescripta tot Principum, qui Præfectis debita eruenda mandarunt, adversum Relationem, quæ uberiorem summam docuit exsolutam, reliquum verò secundum Rectorum litteras exsculpendum ab obnoxijs intimavit; ignaros negocij & paternæ hæreditatis alienos, pulsari incongruâ conventione patiaris; néve exemplum novum pius Imperator inducas, ut successio *a* optimatium, qui Reip. *b* præfuerunt, ad liberos secura non transeat. Multos hæc forma retinebit: & pleroſque, ut arbitror justiùs, si qui fortè provincijs vestris malè abusi sunt. At verò posteritas illustris memoriæ viri Orfiti, nihil ex illo aliud, quàm generis insigne quæsivit. Meæ tamen iniuriæ est ista suggestio. Nam tenuitati illius frequenter exhaustæ, nemo testamento, nemo nostrûm bonorum aditione successit. Unde intelligit clementia vestra, quòd non metu familiaris causæ, quæ legibus tuta est, sed temporum amore sollicitor, ne ad innocentiam fisci vestri infructuosa tantùm recurrat invidia. Et hæc quidem cursim, ne mandatū negocium comperendinatio differret, tantùm pro coniugis meæ Rusticianæ C. F. parte quæsita sunt: cuius germana multo angustior facultatibus ex Etruriæ longinquis adesse præcepta est, Vestrum verò salutare numen omnes precamur: ne quod de tot provincijs pro maiore parte jam redditum, adhuc difficilis exsculpit exactio, senatoriæ domûs inopinata labes speretur posse persolvere. *c* Multis nocuerit ista conditio, qui Reipub. præfuerunt. Neque enim jus fuerit, ut una familia novo

a *Ita Iur. Vulg.* omnium.

b *Sic Mercer. Vulgo*, prof.

c *Ita Merc.*

opprimatur exemplo. Quæso igitur, ut Gesta, quæ dem Relationis asserunt, audire dignemini, legesque percenseatis: quarum plærumque duritiam procle mentiâ vestrâ decretis moderatoribus temperastis.

EPIST. LV.

* *Forte ad Valentinianum scripta.*

D. THEODOSIO * SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

FELICITAS quidem vestra indefessas P.R. copias pollicetur, D. Imperator. Sed cautio Judicum suggerenda non deserit, ut diligentia muniar, quod melior fortuna promittit. Frumenti cotidianus usus in facili est; olei tantùm species victum plebis tenuiter invecta sollicitat. Cuius rei V.C. Præf. annonæ, partium suarum diligens executor, Prætorianæ amplissimæ Præfecturæ, ut ipse asserit, dudum fecit indicium, missis de more Brevibus, quæ angustias patefacerent conditorum. Sed ingravescente defectu, sileri apud clementiam vestram patriæ cura non debuit, cuius spes, atque opes, bonorum Principum favore cumulantur. Quare omnes suppliciter oramus, si expectatis preces, qui vota omnium beneficijs prævenitis; ut quàm primùm Iudices Africanos super hac specie Romanis horreis inferenda divinus sermo distimulet. Nam properato opus est, priusquam reliquum profliget diuturna præbitio. Addite igitur hoc munus cæteris, quæ præstare consuestis: ut cuncta sæculi bona pari affluant bonitate.

EPIST. LVI.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

DIES noctesque sollicitor, ut prompto obsequio divinæ clementiæ vestræ jussa promoveam: siquidem non licet longâ comperendinatione differri, justitiæ ac legibus amica decreta, D. Imperator. Unde cauto

cauto opus est, ne existimationem meam per alios allata præceptis tarditas devenustet. Nam cùm de Macedonio sequius de Rep. merito, itemque Ammiano, dudum mihi iudicium perennitas vestra legaverit: Aminianum quidem Protectorum attestatione cognovi, cum urbis vicina contingeret, languore consumptum. De Macedonio varia iactantur: quem iam pridem debuit custodū sollicitudo perducere. Quæso igitur mansuetudinem vestram, ne mihi fraudi sit mora alieno studio, aut torpore contracta: simulque deprecor, ut venerabilis æternitas vestra sigillatim quærendā distinguat, si fortè designatum rerum cognitioni meæ a prosequentium cura tradiderit.

a *Vulg.* persequentium.

EPIST. LVII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. VRB.

SOLI omnium potestis æternæ Urbis expensas à defectu sumptuum vindicare, D. Imperator. Maiestati autem vestræ subditæ potestates, tantùm mediocribus causis valent ferre medicinam: magnarum verò rerum mole superantur. Ad vos igitur salutaria numina convolamus, & opem largam P.R. imploramus ærario, cui iam diu solitorum nihil vectigalium decretæ provinciæ contulerunt. Atque ideò justus est metus, ne cessantibus subsidijs necessaria deserantur, quæ hactenus personæ tenues, alieno, ut queruntur, ære tolerarunt. Super hæc etiam reverendus Ordo consultus, cùm per se mederi afflictis rebus nequiret, opem vestræ perennitatis oravit. Edita ratio est vectigalium, quæ Hispanienses, atque Alexandrinos invehere debuit commeatus. Expensionum quoque titulos competentes, Officij cura digessit. Quæso, ut omnibus, quæ cohærent, libenter inspectis, utilitati publicæ velox remedium porrigatis: urgentibus enim causis, negari non potest illatio solemnis impendij. Quare ferte propitij, ut soletis, auxilium: & qui mentibus

pijs nova P. R. beneficia defertis, etiam prisca servate: atque Urbi vestræ annuere dignemini, & quod præter-missio præterita suspendit, & quòd futurus usu exspectat fœliciter.

EPIST. LVIII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

IN negocijs, tempore ac judicatione finitis, cessare æquum est longæ orationis excursum: ne & numinis vestri salutares actus oneret sermo prolixior, & sine argumento rerum loquacitas morosa displiceat, D. Imperator. Cùm in judicio moderatoris Apuli, inter Marcellum, qui se deiectum possessione questus est, itemque Venantium stratorem, ut ipse confirmat, eiusque germanam Batrachiam, causa violentię diceretur; provocatio à reis inconsulta processit, quòd provincialis Cognitor, præmissis litteris ad Vicariam potestatem, susceptum retineret examen. Tunc auditorij sacri Judex, Rectoris affatu super appellatione est cōsultus, & præiudicialem mulctam statuit provocationibus inferendam: & ipsum Quæsitorē crimini dedit, cum executione vindictæ. Post hæc obreptionib⁹ partium nonnulla gesta sunt, ut judicatio consum̄ata traheretur. Nā & vir spectabilis decessor meus, cùm mulctā didicisset exactam, quā decreto sacri auditorij appellatio pręiudicialis agnoverat; statuit causā criminis ad sedebere transferri. Et ego idē secut⁹, partes in examen accivi. Sed cùm & tempus reparationis esset emensum, & pœnam *a* provocationis aut expectaret, aut sumpsisset ærarium: violentiæ quoque causam Venantij ac Batrachiæ professio, ac quorundam capitalis damnatio terminasset: pronunciavi cognitionem sacri esse judicij: & Venantium, quem V. C. & illustris Officiorum Magister jusserat exhiberi, censui Agenti in rebus Decentio, quo prosequente venerat, esse

a Ita Lect.

esse reddendùm. Sed cùm Venantij stratoris illicitam usurpatamq; militiam Marcellus argueret: quòd Decurionum ascriptus albo, ut Gesta docuerunt, adversum leges ad palatina castra transisset: non debui objecta reticere, ut in eâ re, quæ modum mei egrediebatur examinis, æternitas vestra ipsis legibus quas tuetur angustior iudicaret.

EPIST. LXI.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

FACIT plerumque ratio, aut fortuna causarum, ut in controversiis alter æquitate, alter jure nitatur. Tunc humano labante consilio, deliberatio cognitoris ad clementiæ vestræ recurrit oraculum, D. Imperator. Quod etiam præsentis negocij qualitas deposcit. Nam Musa annos egressa legitimos, cùm in partem rerum paternarum Syntrophium quæreretur admissum, quem veluti adultæ suæ fratrem dolus Acholij curatoris asciverat, integram restitutionem suffragio juris accepit. Sed multis provocationibus, varijsq; tracta judicijs, intra meas iusti temporis nequivit exsequi propositas actiones. Ut res monebat, amissum beneficium remedio supplicationis integravit. Sed idē mulierum casus, etiam rescripti humanitate fraudavit: siquidem mensium quatuor dilata curriculis, summo die temporis impetrati excidit Cognitor, eamq; successor adveniens præmisso interdicto potestate privaverat. Post hæc, cùm vellet infœlicem causæ lapsum reparatione sarcire; obiectu legis *a* Constantinianæ explosa est, quæ extra ordinem temporibus indultis, lōgiorem negavit exercitum. Secuta est provocatio iudicatum. Ubi ventum ad sacræ sedis examen, eadem constitutio à Faustino hærede Acholij curatoris rursus ingesta est; pars procuratoris, cui actiones Musa mandaverat, non suo vitio causam cecidisse temporibus approbabat. Ad hoc parentum numinis vestri Divorum Principum protulit sanctiones, quæ inter reli-

a Ita optimè Lect.

quas exceptiones reparationem jurgantib⁹ tribuunt, si per Cognitorem causa labatur. Cùm igitur & in Cõstantinianâ lege, quâ reparatio adimitur temporib⁹ extra ordinem datis, casus iste cessantis disceptatoris non sit exceptus, & recentiora scita Divorum Principum cunctis negocijs reparatione subvenerint, si fortè à Iudice deserantur: facilis in alteram partem esse non potui: sed quod unum remedium convenit rebus ambiguis, fortunam *a* curiosi luctaminis augustissimis legum arbitrijs reservavi, Gestis omnibus de more subiectis, ut eorum lectio insinuationis meæ astruit veritatem.

a Iur. curiosi *malè.*

EPIST. LX.

* *Fortè ad Valentinianũ scripta.*

* DOMINO THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

VRBIUM populorumque luctamina, quoniam sunt maiora privatis, judicio augustiore censenda sunt, D. Imperator. Meritò Puteolanorum, ac Terracinensium causam, quæ post Campani moderatoris examen ad sacrum auditorium ex provocatione migravit, cùm perspicerem pari lance libratam, maiestatis vestræ arbitrio reservavi. Est autem de quo agitur eiusmodi. Puteolanis municipibus Divus Constantinus cl. M. mod. in alimoniam civitatis indulsit. Quæ summa à Divo Constante regente Remp. mediâ parte mutilata est. Post quem Constantius æquè relatus in cœlum, supplicatione depositâ, annonam Puteolani populi XXV. mod. adiectione cumulavit. Atque ita factum est, ut C. M. mod. eiusdem populi victus acciperet. Sed Divo Iuliano moderante Remp. cùm Lupus Consulari jure Campaniæ præsidens. Terracinensium contemplaretur angustias, quod nihil subsidij decreta dudum oppida conferebant; ne commoda P.R. civitas, quæ lavacris publicis ligna, & calcem reparandis mœnibus submini strat, defectu subito exhausta

hausta succumberet; V M. & D C C. mod. Puteolanis municipibus derogatos, Terracinensium usui deputavit, & amplissimæ Prætorianæ sedi statuta & diffinita suggessit. Mamertinus id temporis Præfecturæ honore pollebat. Is cùm disposita roborasset, nihilo minus arbitrium imperiale consuluit, neque ullum responsum, quòd eo tempore bello Persico Rector Imperij tenebatur, accepit. Exhinc per aliquot annos cucurrit ista præbitio, donec Capuana legatio apud Divum atque inclytum Gratianum, germanum numinis vestri, sua tantùm damna deplorans, eum frumenti numerum, quem Cerealis ex multis Urbibus R. P. vendicarat, restitui omnib⁹ *a* impetrasset. Sed occasione Rescripti cùm sola x x x. & viij. modiûm, quæ horreis æternæ Urbis accesserant, provincialium recuperasset alimonia etiam V M. & D C C. mod. Puteolani municipes Terracinensibus abnuerunt. Cùm igitur hæc causa in judicium provinciale venisset; V C. non consideratâ summâ, quæ Rescripto Divi Principis tenebatur; judicatione generali omnia Puteolanis reddenda decrevit. Verùm post appellationem cognitio auditorij sacri cùm illum frumenti modum, qui Campanis fuerat restitutus, à V M. & D C C. mod. quos ob necessitates Urbis æternæ civitas Terracinensis accepit, decretum esse perspiceret; manente decreto divalis oraculi, ea subsidia, quæ Terracinenses judicio Lupi, & Mamertini Præfecti confirmatione capiebant, nec roborare potuit, cùm responsi sacri nulla extaret Auctoritas; nec demere civitati, ne populus utilitatibus æternæ Urbis obnoxius, justis commodis indigeret. Ergò, ut in rebus dubijs fieri solet, ad clementiæ vestræ salubre judicium convolamus; licèt defensio Puteolana post promissam *b* Relationem incassum crediderit provocandũ. Præstò est Gestorum fides, quę perennitatem vestram possit instruere. Quæso atq; obsecro, ut negocio multâ ætate nutanti tandem stabile remedium deferatur.

a *Sic Ms. VVouv.*

b *Ita Iur. Vulg.* præmiss.

* *Huic Epist. duas alias opposuit Ambrosius Episcopus Mediolanensis, quas sub calcem legas.*

* EPIST. LXI.

DDD. VALENTINIANO THEOD. ET ARCHAD. SEMPER AUGGG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

VBI primùm Senatus amplissimus semperque vester, subacta legibus vitia cognovit, & à Principibus piis vidit purgari famam proximorum temporum: boni sæculi auctoritatem secutus, evomuit diu pressam dolorem, atque iterùm me querelarum suarum jussit esse legatum. Cui ideò Divi Principis denegata est ab improbis audientia, quia non erat iustitia defutura D D D. Imperatores. Gemino igitur functus officio, & ut Præfectus vester Gesta publica prosequor, & ut legatus civium mandata commendo. Nulla est hîc dissensio voluntatum; quia iam credere homines desierunt aulicorum se studio præstare, si discrepent. Amari, coli, diligi, maius imperio est. Quis ferat, obfuisse Reip. privata certamina? Meritò Senatus illos insequitur, qui potentiam suam famæ Principis prætulerunt. Noster autem labor pro clementiâ vestrâ ducit excubias. Cui enim magis commodat quòd instituta maiorum, quòd patriæ iura, & fata defendimus, quàm temporum gloriæ? quæ tum est maior, cùm vobis contra morem parentum intelligitis nil licere. Repetimus igitur Religionum statum, qui Reip. diu profuit. Certè numerentur Principes utriusq; sectę sententiæ: proximus eorum cæremonias Patrum coluit, recentior non removit. Si exemplum non facit religio veterum; faciat dissimulatio proximorum. Quis ita familiaris est barbaris, ut aram Victoriæ non requirat? Cauti imposterũ sumus, & tristium rerũ ostenta vitamus: reddatur tãtùm nomini honor, qui numini denegatur est. Multa Victoriæ debet æternitas vestra, & adhuc plura debebit.

Auersentur hanc potestatem, quibus nihil profuit. Vos amicum triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis potentia ista votiva est. Nemo colendam neget, quam, profitetur optandam. *a* Quod si huius ominis non esset justa vitatio; saltim ornamentis Curiæ decuit abstineri. Præstate, oro vos, ut ea, quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. Consuetudinis amor magnus est. Meritò Divi Constantis factum diu non stetit. Omnia vobis exempla vitanda sunt, quæ mox remota didicistis. Æternitatem curamus famæ, & numinis vestri, ne quid futura ætas inveniat corrigendum. Ubi in leges vestras, & verba jurabimus? quâ religione mens falsa terrebitur, ne in testimoniis mentiatur? Omnia quidem Deo plena sunt, nec ullus perfidis tutus est locus. Sed plurimùm valet ad metum delinquendi, etiam præsentia religionis urgeri. Illa ara concordiam tenet omnium, illa ara fidem convenit singulorum, neque aliud magis auctoritatem facit sententijs nostris, quàm quòd omnia quasi iuratus ordo decernit. Patebit ergò sedes profana perjurijs, & hoc inclyti Principes probabile judicabunt, qui sacramento publico tuti sunt? Sed Divus Constantius idem fecisse dicitur. Cætera potiùs illius Principis æmulemur; qui nihil tale esset aggressus, si quis ante se alius deviasset. Corrigit enim sequentem lapsus prioris, & de reprehensione antecedentis exempli, nascitur emendatio *b* Fors fuit, ut parens ille clementiæ vestræ in re adhuc novâ non caveret invidiam. Num potest etiam nobis eadem defensio convenire, si imitemur *c* quod animus improbat? Accipiat æternitas vestra alia eiusdem Principis facta, quæ in usum digniùs trahat. Nil ille decerpsit sacrarum virginum privilegijs, *d* decrevit nobilibus sacerdotia Romanis cæremoniis non negavit impensas: & per omnes vias æternæ Urbis lætum secutus Senatum, vidit placido ore delubra, legit inscripta fastigiis Deûm nomina, percontatus est templorum origines, miratus est con-

a *Ita Ms Bertin* h e *si non vultis vitare omen in removendâ victoriæ arâ, saltim relinquit eam, ut ornàmentum.*

b *Vulg.* Fas f.

c *Ms. Bert.* q. meminimus improbatum *bene.*

d *Ms. Bert.* replevit.

ditores. Cùmque alias religiones ipse sequeretur, has servavit imperio. Suus enim cuique mos, suus cuique ritus est. Varios custodes Urbibus cunctis mens divina distribuit. Ut animæ nascentibus, ita populis fatales genij dividuntur. Accedit utilitas, quæ maximè homini Deos asserit. Nam cùm ratio omnis in operto sit; unde rectiùs, quàm de memoriâ atque documentis rerum secundarum, cognitio venit numinum? Iam si longa ætas auctoritatem religioni facit, servanda est tot sæculis fides, & sequendi sunt nobis parentes, qui secuti sunt fœliciter suos. Romam nunc putemus assistere, atque his vobiscum agere sermonibus. Optimi Principes, patres patriæ, reveremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit, ut utar cæremonijs avitis: neque enim pœnitet. Vivam more meo, quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit; hæc sacra Annibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt. Ad hoc ergò servata sum, ut longæva reprehendar? Videro quale sit, quod instituendum putatur. Sera tamen & contumeliosa est emendatio senectutis. Ergò Dijs patrijs, Dijs Indigetibus pacem rogamus. Æquum est, quicquid omnes colunt, unum putari. Eadem spectamus astra, commune cœlum est, idem nos mundus involuit. Quid inter est, quâ quisque prudentiâ verum inquirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum. Sed hæc otiosorum disputatio est. Nunc preces, non certamina offerimus. Quanto commodo sacri ærarij vestri, Vestalium virginum prærogativa detracta est? Sub largissimis Imperatoribus denegatur, quod parcissimi præstiterunt. Honor solus est in illo velut stipendio castitatis. Ut vittæ earum capiti decus faciunt: ita insigne ducitur sacerdotij, vacasse muneribus. Nudum quodammodo nomen immunitatis requirunt, quoniam paupertate à dispendio tutæ sunt. Itaque amplius laudi earum tribuunt, qui aliquid rei detrahunt: siquidem saluti publicæ dicata virginitas crescit meritò, cùm caret præ-

præmio. Absint ab ærarij vestri puritate ista compendia. Fiscus bonorum Principum, non sacerdotum damnis, sed hostium spoliis augeatur. Ullum ne lucrum compensat invidiam? *a* Et quia avaritia in vestros mores non cadit, hoc miseriores sunt, quibus subsidia vetera decerpta sunt. Etenim sub imperatoribus, qui alieno abstinent, qui resistunt cupiditati, ad solam detrahitur amittentis iniuriam, quod desiderium non movet auferentis. Agros etiam virginibus & ministris deficientium voluntate legatos fiscus retentat. Oro vos justitiæ sacerdotes, ut Urbis vestræ sacris reddatur privata successio. Dictent testamenta securi, & sciant sub Principibus non avaris stabile esse, quod scripserint. Delectet vos ista fœlicitas generis humani. Cœpit causæ huius exemplum sollicitare morientes. Ergò Romanæ religiones sub Romana jura non pertinent? Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus casus fecit caducas? Capiunt legata liberti, servis testamentorum justa commoda non negantur. Tantùm nobiles virgines, & fatalium sacrorum ministri excluduntur prædijs hæreditate quęsitis. Quid juvat saluti publicæ castum corpus dicare, & imperii æternitatem cœlestibus fulcire præsidijs; armis vestris aquilis, vestris amicas applicare virtutes, pro omnibus efficacia vota suscipere, & jus cum omnibus non habere? *b* Itaque melior est servitus, quæ hominibus impenditur. Romp. lædimus, cui numquam expedit, ut ingrata sit. Nemo me putet solâ causa religionum tueri. Ex huiusmodi facinoribus orta sunt cuncta humani generis incommoda Honoraverat lex parentum Vestales virgines, ac ministros Deorum victu modico justisque privilegijs. Stetit muneris huius integritas usque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem vilium baiulorum sacræ castitatis alimenta verterunt. Secuta est fames publica, & spem provinciarum omnium messis ægra decepit. Non

sunt

a *Ita Mss. Vat. & Bert.*

b *Sic Mss.*

Al: astris.

sunt hæc vitia terrarum. Nihil imputamus a austris. Nec rubigo segetibus obfuit, nec avena fruges necavit. Sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Certè si est huius mali aliquod exemplum, imputemus tantam famem vicibus annorum. Gravis hanc sterilitatem aura constrinxit. Sylvestribus arbustis vita producitur, & rursus ad Dodonæas arbores plebis rusticæ inopia cõvolavit. Quid tale proavi pertulerunt, quum religionum ministros honor publicus pasceret? Quando in usus hominum concussa quercus? quando vulsæ sunt herbarum radices? quando alternos nos regionum defectus deseruit fœcunditas mutua, quum populo & virginibus sacris communis esset annona? Commendabat enim terrarum proventus victus antistitum, & remedium magis, quàm largitas erat. An dubium est, semper pro copiâ omnium datũ, quod nunc inopiâ omnium vendicavit? Dicet aliquis, sumptum publicum denegatum alienæ religionis impendiis. Absit à bonis Principibus ista sententia, ut quod de communi quibusdam tributum est, in iure fisci esse videatur. Nam cùm Respub. de singulis constet; quod ab eâ proficiscitur, fit rursus proprium singulorum. Omnia regitis: sed suum cuique servatis, plusque apud vos iustitia, quàm licentia valet. Consulite certè munificentiã vestram, an hæc publica velit existimari, quæ in alios transtulistis. Semel honori Urbis delata cõpędia desinunt esse tribuentium, & quòd à Principio beneficium fuit, usu atq; ætate fit debitum. Inanem igitur metum divino animo vestro tentat incutere, si quis asserit conscientiam vos habere præbentium, nisi detrahentiũ subieritis invidiã. Faveant clementiæ vestræ sectarũ omnium, arcana præsidia, & hęc maximè, quæ maiores vestros aliquando iuverunt, vos defendant, à nobis colãtur. Eum religionum statũ petimus, qui Divo parenti culminis vestri servavit imperium, qui fortunato

tunato Principi legitimos suffecit hæredes. Spectat senior ille Divus ex arce sidereâ lachrymas sacerdotum, & se culpatum putat more violato, quem libenter ipse servavit. Præstate etiam Divo fratri vestro alieni consilij correctionem; tegite factum quod Senatui displicuisse nescivit: siquidem constat, ideò exclusam legationem, ne ad eum iudicium publicum perveniret. Pro existimatione est temporum superiorum, ut non dubitetis abolere, quod probandum est Principis non fuisse.

EPIST. LXII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

CERTUM atque dilucidum est, nihil esse tam familiare legibus, quàm vestra decreta, D. Imperator. Sed executorum prava interpretatio, dum supplicantibus favet, plerumq; iussa corrumpit. Statuerat receptus in cœlũ germanus numinis vestri, cùm Martianus dudum Protector, Aggatiæ bona tanquam vacantia postulasset; ut si ea hæreditas scriptum successorem, vel legitimum non haberet, in jus fisci tanquã domino nuda concederet; & tunc insinuato per Rationalem patrimonij modo, operiretur petitor, quid ei sacra deferret humanitas. Annus ferè secundus est, ut per defensores, & Rationales augustissimæ domûs cùm iustitiâ solemnis oraculi scripti fatigantur hæredes, licèt jam sextus annus à testamenti recitatione numeretur. Novissimè fortuna causæ impetibilem scopulum fœdæ cognitionis incurrit. Nam cùm apud virum perfectissimum Rationalem Bassianum, primò delator bonorum, secundùm sacra scita peteretur, novo ausu calcata præscriptio est. Dehinc, cum testamenti iure confecti fidem recitatio publicaret; calumnia inanis obiecta est, quòd signatores nescio quid legati ex eâdem voluntate cœpissent. Adduntur etiam scripta divalia, quibus adstipulatio cuiusdam remota est, qui

qui suam iuvisse causam testimonio diceretur: quasi verò simile esset exemplum, ut tenuis honor, quo subscriptores ob amicitiam defunctus asperserat, legitimũ posset abolere iudicium. Nam si his legibus viveremus, inimicis signatoribus tutiùs uteremur, quorum offensa nihil de testatore humanitatis exigeret. Piget dicere, in quinque numero solidos potissimum subscriptoris fuisse legatum. Cæteris enim magis commemoratio honesta, quàm pecuniæ quęstus accessit. Ergò aut extremæ paupertatis successio fuit, si putatur exiguus honor fidem legitimi iudicij sauciasse: aut si census hæreditarius existimatur uberior, aliena est à suspicionibus brevis summa legati. Quis non familiarissimum quemque signandis adhibet, cùm extrema conduntur? Iam quid mirum est, si in oculis positus mereatur aliquod monumentum religionis, qui meruit advocari? Non fero signatorem, cui pars bonorum magna defertur. Nam etsi integrâ conscientiâ, non tamen syncero pudore ditatur: At verò hæc levia pignora, aut amoris gratiâ, aut testatoris verecundiâ relinquuntur. Nihil huic religioni novis legibus derogatum est. Manet iste usus, & nobis iura servantibus semper manebit. Vnus & solus post humanam memoriam Rationalis emersit, qui exemplum novæ iudicationis induceret. Hinc orta est provocatio. Quæ ubi auditorium sacrum decreto etiam vestræ legis intravit; rursus eludendi iudicij causâ propositum est inane commentum: ut ab illustri viro privatæ rei Comite delegata cognitio, diceretur Rationalis examinis, atque ideò rursus ad eiusdem iudicium debere transferri; cùm omnis quæstio ex precibus Martiani dudum Protectoris, & vestræ clementiæ largitate descendens, sacro potius auditorio ex provocatione competeret: accedente etiam proximâ sanctione, quæ indiscretas huiusmodi appellationes, sedi, quæ vicem Principum tuetur, prisco iure commisit. Examinatis igitur omnibus, pronunciavi

bona

bona obnoxia non esse Rescripto: quum vestri numinis æterna iustitia, si scriptis aut legitimis successoribus vacaret hæreditas, fiscum statuisset admitti: has autem facultates, Marcellus, Bizias & Heliodorus juxta defuncti voluntatem cœpissent. Tunc sententiam meam defensor venerabilis domûs inusitatâ provocatione suspendit. Sed cùm huius rei nullum exemplum Cognitionalis extare suggereret, nihilominus subiectam vocem libenter admisi, & Relatione summatim cuncta complexus, Gestorum quoque documenta subtexui, præsumens bonis placitura Principibus, quæ secundùm leges pro famâ temporum iudicavi.

EPIST. LXIII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

PETRONIANUS urbanarum dudum cohortium miles, ad Corniculariorum gradum inculpati laboris diuturnitate provectus, more institutoque maiorum testimonium meruit castrensis industriæ, quòd cæteris quoque post honestum cursum stipendiorum iudicia detulerunt, D. Imperator. Dignum est igitur divinâ vestrorum temporum fœlicitate, ut peractam sine offensione militiam, si perennitatis vestræ pius vultus arriserit, prærogativa solennis exornet.

EPIST. LXIV.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

CURÆ mihi est, ut qui animis, & maiestate congruitis, mutuâ honorificentiâ gaudeatis. Dignum est igitur D. Imperator, ut decretum Senatus ad invictissimos fratres numinis tui, si ita placet, clementiâ tuâ insinuante perveniat. Quorum auctor & parens, ut dudum V. C. & illustri Officiorum Magistro me scripsisse memini, statuarum equestrium honore deco-

decoratus est, quas ei Ordo venerabilis Africani & Britannici belli recordatione decrevit: eâ scilicet causâ, ut iustis superiorum Ducum titulis, præsentium circa vos devotio provocetur.

EPIST. LXV.

D. THEODOSIO * SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

CUM mancipes salinarum magno ex numero ad paucos redacti, necessitatis publicæ molem ferre non possent; delatâ supplicatione meruerunt, ut hi, qui decreti, atque excusati antè fuerant, redderentur, & ex aliis Corporibus, seu vacantibus, iusta supplementa incunctanter acciperent, D. Imperator. Allegatâ igitur præceptione divinâ, cum plerosque consortio suo antè decretos, muniri Macedonij suffragio reperissent, Relationem super eorum muniminibus impetrarunt. Vestræ enim tantum clementiæ liberum est, iniquè elicita Rescripta rescindere. Tunc urgente defectu, navicularios æquè lignorum obnoxios functioni, ad parem sollicitudinem vocare cœperunt, ut utriusq; Corporis cura coniuncta indiscretum munus agnosceret. At illi nonnullos de turmalibus suis tradere maluerunt, quàm in societatem tanti oneris convenire. Itaque factum est, ut ijsdem volentibus, certi homines mancipibus iungerentur. Nunc perennitatis vestræ stabilem censionem publica causa deposcit, ne obreptivis *a* supplicationibus subsidia integrati Corporis subruantur. Relationi Gesta coniunxi, tam de his habita quos Macedonij interventus absoluerat, quàm me disceptante confecta, quibus sine *b* veneratione cuiusquam, voluntas naviculariorum nonnullos mancipibus deputavit. Erit iam sacrosancti numinis vestri, & illorum antiquare suffragia, quos ostenditur ambitus liberasse: & his obstruere aditum supplicandi, quos sui Corporis adiudicavit assensus.

a *Vulg.* publicis. *Vide lib.* 5. *Ep.* 66.

b *h. e. nemine refrangente aut contradicente.*

EPIST.

EPIST. LXVI.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

DEVOTIONE, & more commonitus, magistratuum nomina, quibus varias functiones designationum tempore amplissimus Ordo mandavit, ad æternitatis vestræ perfero notionem, D. Imperator: ut Muneribus exhibendis, aut subeundis fascibus destinatos, cognitio Imperialis accipiat. His copulati sunt, quos Senatui vestro recens ortus adiecit. Prolixus in talibus rebus esse non debeo, cùm decreti publici fides Gestorum potius insinuationem postulet, quàm largum referentis eloquium.

EPIST. LXVII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

ETIAMSI prisca institutio mittendis ad clementiam vestram censuum Brevibus, cursum vel ordinem non dedisset, D. Imperator; diligentia tamen boni sæculi fidem publicæ instructionis exigeret: siquidem convenit Principes, & parentes humani generis edoceri, quid reverendo Ordini vel Senatorum novorum accessus adijciat, vel *a* excusatio detrahat. Harum rerum æternitati vestræ fidum exhibebit indicium trimestris instructio, quam solemniter sumptam de officio Censuali, paginis Relationis annexui: ut maiestas vestra cognoscat, quis in ampliſſimam Curiam collegarum numerus influxerit, & quid censibus Senatorijs, aut nova professio incrementi dederit, aut exemptio vetus amputarit.

a Vulg. excusationibus detrahatur.

EPIST. LXVIII.

D. THEODOSIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

BELLORUM quidem vestrorum glorioſos exitus fama non occulit: ſed maior eſt victoriæ fides, quę oculis approbatur, D. Imperator. Dudum fando acceperat P. R. cæſorum funera Sarmatarum. At nunc confirmata eſt nunciorum lætitia, ſpectaculo triumphali. Iam minores non ſumus vetuſtatis exemplis. Vidimus, quæ acta miramur, catenatum agmen victæ gentis induci, illoſq; iampridem truces vultus, miſero pallore mutatos. Sterit arenæ medio ſubiecta voluptati, quæ fuit antè formidini: aſſuetæ armis gentilibus manus, gladiatoria inſtrumenta tenuerunt. Felicem nimis belli iſtius Ducem, qui divinæ clementiæ veſtræ fretus auſpicijs, ex numero hoſtium alios ad ſecuritatem provinciarum penitus extinxit, alios ad lætitiam plebis Martiæ reſervavit. Meritò illi iudicia veſtra reſpondent: jure in litteris Imperialibus ſæpè celebratur. Neq; enim tanta devotio digniorem poſſit invenire præconem. Sit vobis frequens uſus, ac facilis laureatum, & eos, qui fortè auſus impios in Romanum nomen extulerint, fortitudo militum capiat, arena urbis expendat. Perpetua hæc devotis civibus virtutis veſtræ tanquam tributa præſtetis.

EPIST. LXIX.

** Et hæc forte ad Valentinianum ſcripta.*

D. THEODOSIO * SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

CERTA officia ſunt omnium poteſtatum. Præfecturæ urbanæ proprium negotium eſt, Senatorum iura tutari, D. Imperator. Quare partium mearũ conventûs neceſſitate, allegationibus clariſſimorum virorum iuſta poſcentium deeſſe non potui. A quibus pleraque ſervitia Palatinus Euſebius iuſſus eruere, ut bonorum Catuli clariſſimæ memoriæ viri quæſtio, iudica-

iudicationibus sacrisque Responsis consummata repetatur, querimonias optimatum, qui dudum partis fruuntur, excivit. Ventum est igitur ad leges, exsecutore cupiente, quem contradictio repellebat: imploratæque vestri numinis sanctiones, quæ Senatorum controversias transferre ab urbano foro ad peregrina vetuerunt. Sed cùm assererem, non eandem prærogativam esse servorum, quibus supplicantibus certum perennitas vestra detulit Cognitorem; responsum est, quòd fortunas clarissimarum personarum precatio subtilis incesserit. Inter hæc, cùm Donatus assisteret, cæteris precatoribus sacro iunctus oraculo, quæsivi, uti mos est, eodem ne nomine alius subderetur, quæ hominem conditio haberet, & an ipse de Catuli iudicio supplicasset. Tunc ille Hilariani clarissimi viri servum professus, ab illarum precum conscientiâ, quas dicitur obtulisse cum cæteris, alienum se constanter asseruit. Atque ita visa est supplicationis fides etiam de auctore nutare. Adiecta est alia plena iuris atque rationis; quòd post crebras cognitiones, & Rescripta ad Relationem numerosa, pœnam legis inciderint, qui denuò contra vetitum supplicarunt. Extant quippe sententiæ, quas cùm provocatio tentasset inhibere, consultus Relatione Divus genitor clementiæ vestræ, finem posuit quæstioni. Cui victoriæ fiscus accessit, emolumentum bonorum Catuli clarissimę memoriæ viri, ut assertum est, pro certâ parte sortitus. Cùm igitur Senatorum allegatio Rescriptis ac legibus niteretur; maluerunt causam suam vestræ per me aperire iustitiæ, quàm legitimo vendicare iudicio, securi decretorum, quæ & necessitate iuris, & Divi Patris veneratione servabitis. Itaque servos bona fiduciâ tradiderunt, quos in præiudicium absentium, post consummationem negocij, æquitas temporum, quantùm præsumimus, non patietur audiri.

EPIST. LXX.

DDD. VALENTINIANO THEOD. ET ARCHAD. SEMPER AUGGG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

QVID habeat conditionis inscriptio, nostis præ cæteris, iuris publici conditores, D D D. Imperatores, Provisum est enim, ne quis temerè in alieni capitis discrimen irrueret, nî se idem prius pœnæ sponsione vinciret. Secundùm hæc scita legum, Agens in rebus Africanus, accusationem professus, Campano & Higino clarissimis viris, violentiæ crimen obiecit. Continuò, ut severitas exigebat, reos custodia militaris dissimulatâ dignitate circumdedit. Sed ubi partes sub examine constiterunt, multo luctamine patronorum decursa cognitio, oratione magis, quàm probationibus redundavit. Cùm longâ verborum serie causa traheretur; summates Aricinæ urbis, quos ut conscios accusator exciverat, adhibuimus quæstioni, gestorum ordinem scîscitamur. Omnium convenit assertio, nihil turbarum esse conflatum. Tunc ad eludendum iudicium præsentia cuiusdam cœpit exposci, quem non tenebat inscriptio. Eò denique res rediit, ut à partibus Africani accusationis omissio desperatione peteretur. Supererat, ut crimine non probato, in accusatorem formidata reis pœna transiret. Sed cùm me Africani militia pariter atque incauta adolescentia permoveret: malui iudicium de eo *a* clementiæ vestræ reservare. Alia est enim conditio magistratuum, quorum corruptæ videntur esse sententiæ, si sint legibus mitiores: alia Dominorum Principum potestas, quos decet acrimoniam severi iuris inflectere. Relationi Gesta subtexui, partium quoque supplementa sociavi. Quæso vestram augustissimam perennitatem, ut perpensis omnibus, sequenda iubeatis.

a Ita Mere.

EPIST.

EPIST. LXXI.

D. IMP. HONORIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. VRB.

QUÆ CUNQUE in Urbe geruntur, me tacere non convenit pro debito famulatûs, quem maiestati vestræ semper exhibeo. Cùm diu Episcopus Zosimus gravi incommodo laboraret usque adeò, ut frequenter mortuus jactaretur: accidit, ut secundo die post ingressum meum vitâ decederet. Statim (ut convenerat) populum alloquendo commonui, ut cum quieto clericorum tractatu omnia finirentur, nec se rebus disponendis misceret turbatio popularis: siquidem certum esset in eligendo Episcopo Dei omnipotentis expectandum esse iudicium, Domini Imperatores [Honori, & Theodosi, pij, fœlices, & inclyti victores, semper Augusti.] Admoui & Corporatos, Officijs quoque interminatus sum, ac Maiores deterrui Regionum, ne quis quietem Urbis vestræ turbare tentaret. Quod ita custoditum est, ut sine strepitu omnia finirentur. Verùm cùm vir sanctus Eulalius ad ecclesiam Lateranensem de exequijs prioris Episcopi à populo & à clericis fuisset adductus: ibi per biduum cum maximâ multitudine, & cum pluribus sacerdotibus remoratus est, ut expectaretur dies consuetus, quo posset solemniter ordinari. Cum hîc ita essent, subitò aliquanti presbyteri cum Bonifacio eiusdem ordinis ad Theodoræ ecclesiam, collecto populo, properarunt: ibique habito tractatu, ipsum ordinare Episcopum velle cœperunt. Quod ubi comperi, omnes qui pariter erant ad me, ut venirent, præbyteros depoposci: ac residens cum clarissimo viro Tribuno Sereniano, eos admonui, ne quid temerè fieri paterentur, aut contra sacræ legis ordinem venirent, aut contra consuetudinis rationem. Sed tantâ pertinaciâ restiterunt, ut quicquid minarum fuerit, facere minimè dubitarent.

rent. Nam etiam presbyterum Bonifacium in eccle-
siâ Marcelli ordinandum esse duxerunt, atque cum eo
ad S Petri basilicam processerunt. Et quoniam pieta-
tes vestræ est, de hac parte ferre judicium: statim pro
competenti sollicitudine, vestram maiestatem credidi
consulendam: ut quod pietas vestra decernat, præce-
pto vestri numinis evidenter informet, &c. Dat. quarto
Kalend. Januarij.

EPIST. LXXII.

IMP. HONORIUS AUGUSTUS SYMMACHO PRÆF. URB

GESTIS *omnibus recensitis, laudandâ sublimitatis tuæ Relatione perclaruit, in ordinatione venerabilis sacerdotis, quietam veterem paucorum insolentiam attentare voluisse. Nam cùm post abscessum venerabilis viri Zosimi circa meritum Eulalij ordine subrogandi communi iudicio conveniens multitudo sonuisset, ac plena erga se omnia, quæ regula Catholicæ posceret disciplinæ, successoris confirmatio custodiret: vehementer miramur aliquos extitisse, qui solemnitate contemptâ circa ordinationem alterius festinarent. In quorum castigandum factum mansuetudinem nostram ritè oportet insurgere, nisi hoc tantum gerere decernemus eos ad veniam pertinere, quod lapsum citò proprium contuentes, ad deprecandi suffragium sunt relapsi, ignosci sibi super id, quod vim perpessi conquesti sunt, postulantes. Convenire ergò votum & studium nostrum circa Eulalium sacræ legis Antistitem, sublimitas tua clementiæ nostræ Auctoritate præsenti cognoscat; cui competens numerus ordinantium, legitimi solemnitas temporis, lociq; qualitas rectè venerandi nominis apicem contulerunt. Cùm autem Bonifacio constet omnia defuisse: superfluè expectatam sententiam nostram esse sensimus: cùm factum suum ipsi, qui præsumpserant, admotis damnasse precibus videantur. Absolutâ itaq; decernimus jussione, extraordinariâ præsumptione summota Bonifacium interdicta*

dictâ confestim Vrbe prohiberi (erit verecundia eius, ut morem gerens cœlestibus constitutis, sponte discedat) pertinacius resistentem, invitum præcipimus expelli. Plebeia sanè seditionis auctores cum sociis suis sublimitas tua, Symmache parens carissime atq; amantissime, statuat attineri; atq; in eos congruè vindicari, ut res temerè præsumpta non transeat impunita. In quâ re Aphrodisium V.C. Tribunum & Notarium dirigi à nostrâ mansuetudine placuit, ut præsente eo, quæ statuimus, celerius impleantur, quatenus quies populi nullâ perturbatione vexetur, & pacata eum veneretur universitas, quem secundùm veterem consuetudinem observata sacra legis mysteria susceperunt. Dat. III. Non. Ianuarij, Ravennæ.

EPIST. LXXIII.

D. HONORIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

VBI primùm sacer sermo pietatis vestræ expectationem populi celeritate prævenit: omne quod sibi diversitas voluntatum usurpaverat de Episcoporum electione, summovit, ac divinâ provisione, inter initia resecavit, quod tarditate imperitæ multitudinis, crescentibus studijs, difficilius potuisset auferri D. Imperator. Ob quam rem statim debito famulatu implere, quæ fuerant imperata, properavi; Et, quòd fœlicitati clementiæ vestræ adscribendum est, res novi exempli, & maximæ contentionis magnique certaminis, ut sine commonitione populi cœpta fuerat, ita salva clementia vestra cum totius multitudinis quiete finita est. Nam cùm eo tempore ad me sacra perlata esset Auctoritas, quo sancti die erat celebranda solemnitas; statim (ut oportebat) misso Primiscrinio, Bonifacium ad me venire admonui, quod præceptum fuerat, agniturum, ut à processione, quam sibi inhibitâ didicerat, abstineret. Qui conventione contemptâ, processit, atque eum quem dixeram dedit populo verberandum. Quod ubi nunciatum est, habito cum V.C. Tribuno

Sereniano tractatu, ad sanctum Paulum, quò conve-
nerat, & sacra exemplaria pro cautelâ direxi, ne quis
in injuriam publicam de præceptis immissa multitu-
do temeraret: & partem Officij pariter destinavi. Sed
neutrum fieri passus, cùm ad Urbem vellet pariter cum
populo remeare; statim ad portas, tam conturberna-
les, quàm Apparitores occurrerunt, qui eum (ut statu-
tum fuerat) Urbem vestram ingredi prohiberent. Ve-
rùm ipsos quoque contemnendos credidit, atque vio-
lenter ingressus, à certâ Urbis parte pluribus occur-
rentibus, est repulsus, nec permissus, quod cogitabat,
implere. Quod ubi turba, quæ comitabatur, asperit,
sine aliquo tumultu dispersa est. Ipse verò extra mu-
rum deductus non longè ab Urbe remoratur: qui ne
occultè per noctem ingressus Urbem, ad ecclesiam cò-
volaret, & rursus populi studia commoveret, com-
muni tractatu pro competenti sollicitudine, contu-
bernales & Apparitores quatuor illic sine iniuriâ eius
observare disposui, expectans, quid pietas vestra de-
cernat, ut quies possit, quæ hactenus servata est, perdu-
rare. Circa partem verò Eulalij Episcopi venerabilis
viri, qui eo die penè cum omni multitudine ad sancti
Apostoli Petri basilicam solemnia celebrabat; ubi pri-
mùm pietatis vestræ præcepta sunt publicata, fuit to-
tius lætitia civitatis. Unde ea, quæ populus Romanus
publico gaudio diversis acclamationibus agens gratias
maiestati vestræ [testatus est] credidi publicanda,
& relationi mea universa subieci, ut agnosceret pietas
vestra, & quantâ quiete Urbis totius correcta sint, quæ
malè fuerant admissa temeritate paucorum: & quan-
tâ gratiâ susceptæ sint, quæ clementia vestra divino in-
dicio, & perseverandæ religionis reverētia decernenda
credidit, & pro quiete populi Romani in per-
petuum servanda constituit. Dat.
sexto Idus Januarij,

EPIST.

EPIST. LXXIV.

PRESBYTERI EX PARTE BONIFACII, QUÒD SCIRENT IMPERATOREM DECEPTAM RELATIONE, DATIS LITTERIS SEU PRECIBUS REM GESTAM CERTA FIDE NARRANT.

PETIMUS *clementiam vestram, pijssimi & clementissimi Impp. Honori & Theodosi semper AA post abscessum S. Zosimi Papæ Ecclesiæ Catholicæ Vrbis Romæ (ut fieri mos volebat, atque ipsa Religionis disciplina dictabat) plures in unum convenimus sacerdotes, ut de constituendo successore communi iudicio tractaremus. Sed quoniam Lateranensem ecclesiam, obstructis penè omnibus ingressibus, archidiaconus Eulalius, contemptis impiè summi sacerdotis exequijs, diaconibus & paucissimis presbyteris, ac multitudine turbatæ plebis observabat, altero die ad eandem ecclesiam, ubi prius ab omnibus fuerat constitutum, habitâ amnium collatione properavimus: ibique participato cum Christiana plebe consilio, quem Deus iussit, elegimus. Nam venerabilem virum Bonifacium, veterem presbyterum, in lege doctissimum, ac bonis moribus comprobatum, & (quod eum magis ornabat) invitum, acclamatione totius populi ac consensu meliorũ civitatis asseruimus, divinæ institutionis ordine consecratum. Nam subscribentibus plus minus septuaginta presbyteris, astantibus novem diversarum provinciarum episcopis, benedictionem competenti tempore constat fuisse celebratam. Ac prius omnia quæ solemnitas exigebat, celebrata sunt. Sed cùm præditus Eulalius (qui anteà per tres consacerdotes nostros fuerat ex multorũ auctoritate conventus, ne quid sibi temerè præter conscientiam cleri maioris assumeret) circumventis paucissimis presbyteris malè acceptis his, ac diversæ custodiæ mancipatis, qui ad prohibendum cũ litteris venerant; exhibito etiam cum aliis Ostiensi Episcopo, quem propè mortuum constat accitum (nam tractum esse nolen-*

tem senis ægritudo testatur) in locum sibi non debitum, incustodito religionis ordine, per ambitum prorupisset: cœptis factum suum per homines disciplinæ inscios ac religionis ignaros indecenter tueri; æstimans humanis perturbationibus se confundere sententiam posse divinam. Et quoniam clementiam vestram constat falsidicâ Relatione deceptam, ut nescio quid in iniuriam divini numinis sanciretis (nam divinum est, quidquid tantorum firmat electio) petimus pietatem vestram, ut removeri priora constituta iubeatis, atque Eulalium, qui in locum surrepsit alienum, ad Comitatum serenitatis vestræ cum auctoribus suis debere adduci. Nos enim profitemur S. Papam Bonifacium nostris cum sacerdotibus affuturum: relictis singulis Titulis presbyteri omnes aderunt, qui voluntatem suam, hoc est, Dei iudicium proloquantur. Iubeat etiam vestra clementia, omnes adesse, quos causa constringit: ejici etiam civitate nolentes, qui se non patientur adduci. Invenietis, cùm cœperit agitari incerta discussio, quòd omnibus divinis legibus abhorreat, verum etiam displicere possit humanis: quò hoc consecuti agamus æterno Imperio vestro maximas atque uberes gratias.

EPIST. LXXV.

IMP. HONORIUS SEMPER AUG. SYMMACHO PRÆF. VRB.

POST Relationem sublimitatis tuæ delatam mansuetudinis nostræ auribus, prebyterorum legatio causam nobis non superuacuæ deliberationis iniecit. Ideò decet ambiguitate sepositâ, fidelem rerum ordinem cominus experiri: quamque partem prætermissus gestæ rei ordo arguat, quam servatus adnuat, multis coram censentibus, approbari: ut utriusque facti simul qualitate perpensâ, & circa unam ritè definita consistat, & circa aliam temerè assumptâ

sumpta non maneat, Symmache parens carissime & amantissime. Ob quam rem illustris & præcelsa magnitudo tua suspensis omnibus, quæ superius sunt decreta, nulliqueinterim præjudicio comparato, Auctoritate præsentis Oraculi, utrumque, hoc est, Bonifacium & Eulalium religiosissimos viros instantiâ dignâ convenies, ut intra diem sextum Iduum Februarij Ravennatem civitatem præsentiam suam maturare non differant: omnibus atque singulis admonitis, qui auctores utriusque ordinationis existunt, ut amotâ excusatione, non desint, & facto quisque erga alterũ proprio, prolatis Ecclesiasticæ institutionis exemplis, defensor existat; seq; purgato, alium magis in legem Catholicæ deliquisse, præsumptâ immeriti electione convincat: iudicium de statu suo quisque si adesse neglexerit, sortiturus; nimirum intelligens improvidè, immò illicitè se fecisse, quod coram non audeat defensare. Nos quoque ex diversis provincijs competentem numerum sacerdotum scriptis nostræ serenitatis accivimus: ut rem deductam in dubium absolvat nobis coram deceptatio plurimorum. Cùm autem omnia futuro integra sint iudicio reservata, de transactis sibi blandiri neminem decet. Præsentis etiam judicij docebit exemplum, quod in eiusmodi negotijs observari debeat in futurum. Datum xviij. K. Februarij per Aphtonium.

EPIST. LXXVI.

D. HONORIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRÆF. URB.

CUM vir Clarissimus Aphtonius Decurio sacri Palatij vestri cum cœlesti perceptione ad Urbem venerabilẽ conveniſſet, omni genere festinavi, quatenus præceptis numinis vestri obedientiã cõmodarem. Nam

Nam statim conventis Proceribus sacra jussio publicata, & ad religiosos viros Bonifacium & Eulalium missa conventio est, D. Imperator clericos quoque eorum præcepi pariter admoneri, ut nihil futuro, cognoscente pietate vestrâ, deesset examini. Unde hæc omnia Gestorum serie comprehensa, ad plenam instructionem, subter annexui. Verùm postquam pars utraq; populi diversis seditionibus exagitaretur, singulos admonitione missâ convenì, ne ad unam ecclesiam cõvenirent, &, quod fieri non licebat, inter se multitudo confligeret. Sed hoc illis visum est, credo, suspectum, quo quietem suadendam credidi hominibus perturbare volentibus civitatem. Ob quam rem ambæ partes calumniosissimè crediderunt contestationibus appetendum, ut errorem suum, compositis mendacijs, excusarent. Quod ne in aliquo clementiam vestram lateat, eadem quæ obtulerunt, Actis inserta transmisi, ne quicquam suppressum esse quereretentur. Superest, ut apud clementiam vestram nullius partis studijs famuli vestri appetatur absentia, qui semper maiestati vestræ puris servitijs approbatus, ab impugnatione & favore ambarum partium, ut decebat, credidit temperandum. Dat. viij Kal. Februarij.

EPIST. LXXVII.

IMP. HONORIUS AUGUSTUS SYMMACHO PRÆF. URB

MAGNARUM *deliberationum non debet citum esse judicium, nec temerè proferenda sunt, quæ servanda in perpetuum sanciuntur. Sæpè de Episcopis Vrbis æternæ altercatione partium sub examine sacerdotum concessa cognitio est. Sed ne quid festinum celeritate judicij proferatur, id clementiæ nostræ sedit arbitrio. At quoniam vicinitas sanctorum dierum Episcopi præsentiam postularet: nec in Vrbe sacratissimâ fas est Paschalium præsertim dies sine sacerdote celebrare, idcirco, Symmache parens caris-*

cariſſime atque amantiſſime, illuſtris magnificentia tua Achilleum nos elegiſſe cognoſcat, quem à favore partium conſtat eſſe alienum, qui myſteria ſacra obſervationis impleret. Tranſactis verò feſtis diebus ex iudicio ſacerdotum, quæ debeant cuſtodiri, conſilio maturiore tractabimus. Monemus ſanè, ut Regionum Primatibus evocatis, diſciplinæ publicæ, quietique proſpicias: quibus decretorum noſtrorum præcepta jubeas aperiri: ne quis ſcilicet ullum tumultum, neque ſeditionem audeat commovere: quam ſi quis inſanâ perſuaſione conquiret, non in eos tantùm, qui in perturbatione fuerint deprehenſi, ſed in Regionum quoq; priores ſciat vindicandum. Novimus enim quietem publicam facilè cuſtodiri, ſi incentorum cupiditates & fomenta ceſſaverint.

EPIST. LXXVIII.

DOMINO SEMPER ILLUSTRI ET IN CUNCTIS MAGNIFICO MERITOQUE SUBLIMI CONSTANTIO SYMMACHUS PRÆF. URB.

QUÆCUNQUE ſubitò, nullo opinante, proveniunt: nec ad culpam Iudicis referri poſſunt, & populum rationis ignarum inſperatâ novitate perturbant. Virnamque religioſus Eulalius quinto decimo Kall. Aprilis Urbem, me neſciente, meridianis horis ingreſſus eſt: quem credidi aliquod ſecum pertuliſſe præceptum. Verùm eodem die circa veſperum Spoletinus Epiſcopus miſſis litteris, me credidit admonendum, quòd ſacra ad ſe manantia in Urbe die ſancto Paſchæ juſſus ſit celebrare. Quod præceptum ante penitus ignoravi, Domine ſemper illuſtris & in cunctis magnifice, meritòque ſublimis ac præcelſe patrone. Quod cùm mihi prius S. Eulalij innotuiſſet adventus: ſtatim parendum credidi invictiſſimæ Principis imperatis. Verùm cùm interim dicto die Urbem S. Achilleus eſſet ingreſſus, commotio extitit populorum, ut ab unâ parte multitudo arma ferro & telis ad forum militari habitu conveniret. Et cùm convoca-

vocatis proceribus, proceſſiſſem, ut habito tractatu pro quiete Urbis, populum alloquendo compeſcerem; primò ad conventum venerunt: deinde cùm expectaretur S. Achillei præſentia, ut quæ juſſa fuerant, publicaret; multitudine reſiſtente venire non potuit. Et cum ad forum Veſpaſiani. tàm ego, quàm vir Spectabilis Vicarius perurgente populo fuiſſemus ingreſſi, ut quietem utriuſque partis multitudini ſuaderemus: ſubitò armati ſervi telis & ſaxis, aliquanti etiam ferro, populos partis Eulalij aggreſſi ſunt, qui inermes convenerant, ut quod præceptum de Epiſcopo Spoletino eſſet, agnoſcerent: quoſque ita ſauciaverunt, qui parati adverſus imparatos venerant, ut me quoque & virum Spectabilem Vicarium crederent appetendos, dum ſeditioſo furore nullam admittunt penitus rationem, niſi ad liberandum nos divinitas affuiſſet, egreſſique per ſecretiorem partem ictum ſaxorum, & impetum conſpirantis multitudinis, vitaſſemus, minimè potuiſſemus evadere: quorum maiorem partem in ſervis conſtat fuiſſe, ex quibus aliquanti aguiti, atque tenti ſunt audiendi. Unde quid partium mearum fuit, excellentiæ veſtræ ſuggerere properavi: ut certum finem, rebus cognitis, quæ geſta ſunt, magnitudo veſtra decernat. Cum ita S. Eulalius fuiſſet ingreſſus, & tertia die ſecutus eſſet Epiſcopus Spoletinus, nec aliqua ad ad me data virtutum veſtrarum, quæ ſequerer, præcepta veniſſent; perturbatio totius plebis, quæ in ſe, & in periculum Iudicum ſæviret, exorta eſt: & ni celeri reſponſo ante diem venerabilem Paſchæ quid fieri debeat, iuſſeritis; minantur ſe populi invicem pugnaturos, dum de Lateranenſi baſilicâ alterutrum ſe exiſtimant excludendos. Ne quid igitur adverſi (quod ſublimitatis veſtræ fœlicitas avertat) eveniat: peto, ut evidenti præcepto excludi furioſæ contentionis periculoſam pertinaciam cenſeatis. Dat. decimo Kal. Aprilis.

EPIST.

EPIST. LXXIX.

CONSTANTIUS SYMMACHO PRÆF. URB.

VT *certa possimus quæque cognoscere, & factionum auctores fideli nuntio, & inspectore non lateant; Cancellarium nostrum Vitulum direximus, ut Domini invictissimi Principis affatus, atque judicium ad eximietatem tuam, & ad populum celeri festinatione deferret. Illudq; monemus, ut quicquid sacris Auctoritatibus continetur, nullâ temeritate violetur, & quæ præcepta sunt effectui celeri mandentur instantia; ne Augusti clementia, quod nunc agnoscit distulisse, commoto maiestatis suæ vigore emendare non differat.*

EPIST. LXXX.

IMP. HONORIUS AUG. SYMMACHO PRÆF. URB.

CUM *ad sanandum primæ perturbationis errorem, hoc genus consilij clementia nostra reparandæ pacis cupida reperisset; ut donec de confirmatione urbani sacerdotij sententia procederet absoluta, uterque eorum, quorum causa tumultus anteà concrevisset âsa ratissi nâVrbe conversatione seiunctus futuri judicij expectatione pendêret, spatio, quo contineretur alteruter, evidenter expresso: æquo animo dissimulare non possumus; præceptis clementiæ nostræ publicum penè bellum, quo calcarentur, indictum: movendi eius caput Eulalium, qui jussa transcendit extitisse, secundùm ordinem præceptorum pauliſper abesse non passum. Symmache parens carissime. Vnde sublimitas tua, hoc nos statuisse cognoscat, ut & salubris superior ordo præcepti, & moderata Synodi ordinatio deberet custodiri, quod aliter fieri non posse censemus, nisi Eulalius omnimodè urgeatur, ut omni celeritate ab Vrbe discedens, insolenti populo præsens incitamenta non præbeat, nec innocentibus causa*

mortis

mortis existat; cui esse dubium non debebit, si in hac præsumptionis obstinatione duraverit, non solùm de statu ejus judicium iam prolatum, verùm etiam de salutis discrimine proferendum. Culpæ enim nullam veniam iam meretur, quæ, cùm prædicitur, non cavetur. Nihil ex hoc excusationis habiturus, quòd eo invito à plebe asserat retentari. Si qui autem ex numero clericorum communicandum Eulalio, judicio pendente, censuerit: pari se sciat sententiâ esse damnandum. Laicos verò qui post interdictum mansuetudinis nostræ, communionem Eulalij putaverint expetendum, honestioris loci pœnam proscriptionis, servos verò capitis esse subituros, nec ab hoc periculo dominos eruendos. Primates verò Regionum, nisi spiritum plebis inconditæ domuerint ac frenarint, sciant se raptos, ultimo judicio esse subdendos. Spoletinus autem Episcopus (sicut dudum fuerat definitum) sanctis Paschæ diebus ordinem festæ solemnitatis implebit, cui ad celebranda mysteria Lateranensem Ecclesiam soli patere decernimus, reliquis qui hoc præsumere voluerint, propulsatis. Sanè ut prædictus sacerdos Spoletinæ civitatis in loco eius sanctorum mysteriorum ordinem completurus suscipi debeat, admonemus. Per omnes verò Titulos & loca, quæ conventu celebri frequentantur, hæc quæ statuimus, proponantur, ut universis liqueat, & noluisse nos turbidum aliquid perpetrare, & adhuc ut turbata componi debeant, opperiri, Sciat sanè sublimitas tua, primiscrinium & reliquum Officium, quod tuis actibus obsecundat, non solùm gravissimæ multæ dispendijs affligendum, sed & supplicium capitis sortiturum, nisi enixè operæ commodata, statutis clementiæ nostræ præbere maturarit effectum. Dat. viij. Kal Aprilis, Ravennæ.

DOMI-

EPIST. LXXXI.

DOMINO SEMPER ILLUSTRI ET PER CUNCTA MAGNIFICO, MERITOQUE SUBLIMI, AC PRÆCELSO CONSTANTIO SYMMACHUS PRÆF. URB.

VBI primùm sacrâ Domini nostri invictissimi Principis præcepta perlata sunt: statim (ut convenerat) debitum tribui famulatum. Sed Eulalius eâ obstinatione, quâ sine præcepto sacro Urbem ingressus est, etiam egredi constrictus per omnes potestates, pari pertinaciâ detrectavit. Nam vespertinis horis per officium Urbanũ, id q; præceperat invictissimus Imperator, eâ die, quâ perlatum est, ei innotuisse agnoscitur, Domine semper illustrissime, sacratissime, magnifice, meritoque sublimis, ac præcelse patrone. Quo lecto, mãdavit se diligentius tractaturũ: nec tamen instanter admonitus exire curavit. Aliâ verò die rursum per omnem Apparitionem etiam nocturnis horis admonitus, collectâ multitudine Lateranensem basilicam ausu temerario credidit invadendum. Verùm habito tractatu cum Proceribus, omnibus Officijs destinatis, ut pelleretur, injunctum est. Nam & vir Spectabilis Vicarius ad eandem basilicam ire decreverat, sed primò accedere præ nimio terrore non potuit. Ego autem tàm Corporatis directis, quàm omni Officio, ideò illuc ire non potui, ne quis mihi æmulus faceret religionis invidiam. Tamen salvâ excellentiâ vestrâ irruentibus pluribus Corporatis, & maioribus Regionum, qui præceptis Imperialibus serviunt, de eadem Ecclesia fugatus Eulalius, de Urbe expulsus est, atque adjunctis Apparitoribus, illuc directus, ubi jussus fuerat residere. Mandatum etiam, ut vir religiosus, sanctus Achilleus Episcopus, cum quiete, quæ jussa sunt illo electo, sine strepitu populi, pro sanctorum dierum reverentiâ celebraret. Nam ad custodiam basilicæ

Lateranensis Apparitores apposui, ne cui alij redderetur. Partis quoque Eulalij aliquanti capti clerici seditionis auctores: de quibus quid jubeatur expecto. Et quoniam de his interim, quæ gesta sunt, universa virtutibus vestris credidi suggerenda: quicquid sequentibus diebus pro quiete Urbis, quam vestra felicitas regit, suggestum fuerit, sigillatim pro rerum fide, & ordine melioribus indicijs nunciabo.

EPIST. LXXXII.

IMP. HONORIUS AUGUSTUS SYMMACHO PRÆF. URB.

MODERATIONE *præcipuâ egit nostra serenitas, ne locum posset invenire præsumptio. Dei enim judicio venerabilium sacerdotum est dilata cognitio: ut quicquid religio, quicquid veritas postulabat, absq; ullâ perturbatione hoc disceptatio tranquilla decerneret. Sed per Eulalium usurpatione contra sententiam venerabilis Synodi multa illicitè commissa fuisse, Relationis textus edocuit, qui præsentiâ suâ causam furoris populo sumministrans, totum perire voluit, quicquid moderatio nostra conservat. Nam cùm ordinatione nostra & sententia Episcoporum, quorum in Synodo maior se multitudo collegerat, consensu etiam partium & professione id fieri definitum esset, ut sciret se specialiter esse damnatum, quicunq; ad incitandum populum Vrbem fuisset ingressus: oblitus sui, probavit ex præsenti facto, quale videatur habuisse principium. Quoniam ergò rectè hunc, post tot admissa, Vrbe constat esse depulsum; ad quam eum accedere non debere, clementia nostra & Episcoporum videretur statuisse judicium: Bonifacium venerabilem virum Episcopum (ad cuius moderationem Auctoritatem nostram rectè censuimus jungendam) Symmache parens carissime & amantissime, sublimitas tua Vrbem ingredi debere, nos statuisse cognoscat: ut sub eius gubernaculis religiosæ legis reverentia moderatione solidâ compleatur. Data iij. Nonas Aprilis, Accepta sexto Idus Aprilis.*

EPIST.

EPIST. LXXXIII.

D. HONORIO SEMPER AUG. SYMMACHUS PRAEF. URB.

QUÆCUNQUE Deo auctore fiunt, meritò divino pietatis vestræ judicio firmantur. Nuper namque, cùm ad me famulum vestrum sacra clementiæ vestræ emanasset Auctoritas; quasi ambiguitate summotâ, venerabilis viri Bonifacij Episcopi sacerdotium maiestas vestra roboravit. Tam grata universis, quæ jussa sunt, extitére, ut hoc & Ordo amplissimus & Romanus populus comprocaret; Domine Imperator. Nam cùm statuta cœlestia per me essent recitata populis, & Edictis examore propositis publicata; tantus fervor & lætitia totius extitit civitatis, ut scilicet & religionem redditam, & præstitam quietis securitatem omnes gratulatione congruâ testarentur. Interiectio itaque biduo, Urbem supra memoratus venerabilis Episcopus, omni accurrente plebe, ingressus est, sicut serenitas vestra constituit: Officij quoque mei obsequia minimè defuerunt. Neciam aliqua dissensio remanet populorum; & omnes divino iudicio, & maiestatis vestræ acquieverunt voluntati. Cessantibus ergò studiis, omnes quod præcepto Dei admoniti statistis, sentire cœperunt, atque acclamationibus, quæ subiectæ sunt, gaudii sui causas plebs Romana testata est; ac serenitati vestræ gratias indies singulos agere non desistit, quorum provisio sicut pacem Orbis tuetur, ita quietem Urbis restituit, populoque concordiam.

FINIS EPISTOLARVM SYMMACHI.

D. AMBROSII EPISCOPI MEDIOLAN. EPISTOLÆ DUÆ, QUIBUS RESPONDET AD EPISTOLAM SYMMACHI, quam Relationem vocat. Ea est libri X. Epist. LXI.

AMBROSIUS EPISCOPUS, BEATISSIMO PRINCIPI ET CHRISTIANISSIMO IMPERATORI VALENTINIANO.

CUM OMNES HOMINES, qui sub ditione Romanâ sunt, vobis militent Imperatoribus terrarum, atq; Principibus, tum ipsi vos omnipotenti Deo, & sacræ fidei militatis. Aliter enim salus tuta esse non poterit, nisi unusquisque Deum verum, hoc est, Deum Christianorum, à quo cuncta reguntur, veraciter colat. Ipse enim solus verus est Deus, qui intimâ mente veneretur. Dij enim Gentiũ damonia, sicut Scriptura dicit. Huic igitur Deo vero quisquis militat, & qui intimo colendum recepit affectu, non dissimulationem, non conniventiam, sed fidei studium, & devotionis impendit. Postremò, si non ista, consensum saltem aliquem non debet colendis idolis, & prophanis ceremoniarum cultibus exhibere. Nemo enim Deum fallit, cui omnia, etiam cordis occulta manifesta sunt. Ergò cùm à te, Imp. Christianiss. fides Deo vero sit exhibenda, cùm ipsius fidei studium, cautio atque devotio, miror quomodo ali-

aliquibus in spem venerit, quòd debeas aras Dijs Gentium tuo instaurare præcepto, ad usus quoq; sacrificiorum prophanorum præbere sumptum. Quòd enim jam dudum vel fisco vel arce est vendicatum, de tuo magis conferre videbere, quàm de suo reddere. Et de dispendijs queruntur qui nunquam nostro sanguini pepercerunt, qui ipsa Ecclesiarum ædificia subruerunt. Petunt etiam, ut illis privilegia deferas, qui loquendi & docendi nostris communem usum Iuliani lege proximâ denegarunt, & privilegia illa, quibus sæpè decepti sunt etiam Christiani. Nonnullos enim illis privilegijs partim per imprudentiam, partim propter publicarum necessitatum molestias declinandas, irretire voluerunt, & quia non omnes fortes inveniuntur, etiam sub Principibus Christianis plerique sunt lapsi. Sed hæc, si jam sublata non essent, auferenda tuo imperio comprobarem. At cùm per totum ferè orbem à pluribus retrò Principibus inhibita interdictaq; sint, Roma autem à fratre clementiæ tuæ augustæ memoriæ Gratiano fidei veræ ratione sublata sint, & datis antiquata rescriptis, ne, quæso, vel fideliter statuta convellas, vel fraterna præcepta rescindas. De negocijs civilibus, si quid statuitur, nemo putat esse temerandum: & præceptum de religione calcatur. Nullus obrepat juniori ætati tuæ, sive ille gentilis est, qui ista deposcit, non debet mentem tuam vinculis suæ superstitionis innectere, sed proprio studio docere, & admonere te debet, quemadmodùm veræ fidei studere debeas, quando ille tanto motu veri vana defendit. Deferendum meritis clarorum virorum & ego suadeo, sed Deum certum est, omnibus præferendum. Si de re militari est consulendum, debet exercitati in prælijs viri expectari sententia, consilium comprobari. Quando de Religione tractatus est; Deum cogita. Nullius iniuria est, cui Deus omnipotens antefertur. Habet ille sententiam suam. Invitum non cogitis colere, quod nolit. Hoc idem vobis liceat Imperator: & unusquisque patienter ferat, si non extorqueatur Imperatori, quod molestè ferret, si ei extorquere cuperet Imperator. Ipsis gentilibus displicere consuevit prævaricantis affectus. Liberè enim debet defendere unusquisque

fidele mentis suæ, & servare propositum. Quòd si aliqui nomine Christiani tale aliquid decernendum putant, mentem tuam vocabula nuda non capiant, nomina cassa non fallant. Quisquis hoc suadet, sacrificat, & quisquis hoc statuit. Tolerabilius tamen est unius sacrificium, quàm ipsius omnium. Totus hic Christianorum periclitatur Senatus. Si hodie gentilis aliquis Imperator, quòd absit, Aram statueret simulacris, & eò convenire cogeret Christianos, ut sacrificantibus interessent, ut oppleret anhelitu, & ora fidelium cinis ex Arâ favilla de sacrilegio fumus ex busto, & in eâ Curiâ sententiam diceret, ubi jurati ad Aram simulacri in sententiam cogerentur: propterea enim interpretantur Aram locatam, ut eius sacramento, ut ipsi putant, unusquisque conventus consuleret in medium: cùm Curia maiore jam Christianorum numero sit referta persecutionem esse crederet Christianus, qui cogeretur tali optione ad Senatum venire, quòd fit plerumq; : nam etiam injurijs convenire coguntur. Te ergò Imperatore Christiani in Aram jurare cogentur? Quid est jurare, nisi eius quem testare fidei tua Præsulem, divinam potentiam confiteri? Te Imperatore hoc petitur, & postulatur, ut Arã jubeas elevari, sumptum sacrificijs prophanis dari. Sed hoc non potest sine sacrilegio decerni. Vnde rogo te, ne id decernas, statuas, vel in eiusmodi decreta subscribas. Convenio fidem tuam Christi sacerdos. Omnes conveniremus Episcopi, nisi incredibile hoc & repentinum ad aures perveniſſet hominum, quòd tale aliquid esset, vel in consistorio suggestum tuo, vel à Senatu petitum. Sed absit, ut hoc Senatus petijsse dicatur. Pauci gentiles communi utuntur nomine. Nam & antè biennium Anno 27, 3, 12. *fermè cùm hoc petere tentarent, misit ad me S. Damasus, Romanæ Ecclesiæ sacerdos, judicio Dei electus, libellum, quē Christiani Senatores dederunt, & quidem innumeri, postulantes nihil se tale mandasse, non congruere gentilium istiusmodi petitionib. nõ præbere consensum. Quæsti etiam publicè privatimq;, se non conventuros ad Curiam, si tale aliquid decerneretur. Dignum est temporibus vestris, hoc est, Christianis temporibus, ut dignitas Christianis Senatoribus abrogetur, quò gentilibus Senatoribus prophanæ*

defe-

deferatur voluntatis effectus? Hunc libellum ego fratri clementiæ vestræ direxi. Vnde constitit, non Senatum aliquid de superstitionis impensis mandasse legatis. Sed fortasse dicatur: Cur dudum non interfuerunt Senatui, cùm ista peterentur? Satis loquuntur quid velint, qui non interfuerunt: satis locuti sunt, qui apud Imperatorem locuti sunt. Et miramur tamen, si privatis resistendi Romæ eripiunt libertatem, qui nolunt esse liberum tibi non jubere, quod non probas, non servare, quod non sentis. Et ideo memor legationis proximè mandatæ mihi, convenio iterum fidem tuam, convenio mentem tuam, ne vel respondendum secundùm huiusmodi petitionem gentilium censeas, vel in eiusmodi responsa sacrilegium subscriptionis adiungas. Certè refer ad parentem pietatis tuæ Principem Theodosium, quem super omnibus ferè maioribus caussis consulere consuesti. Nihil maius est religione, nihil sublimius fide. Si civilis caussa esset, diversa parti responsio servaretur: caussa religionis est, Episcopus convenio. Detur mihi exemplum missæ relationis, ut & ego plenius respondeã, & sic de omnib. consultus clementia tua parens respondere dignetur. Certè si aliud statuitur, Episcopi hoc æquo animo pati & dissimulare non possumus: licebit tibi ad Ecclesiam convenire, sed illic non invenies sacerdotem, aut invenies resistentem. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi: Munera tua non quærit Ecclesia, quia templa gentilium muneribus adornasti: Ara Christi dona tua respuit, quoniam Aram simulacris feciſti. Vox enim tua, manus tua, & subscriptio tua, opus est tuum: obsequium tuum Dominus Iesus recusat & respuit, quoniam idolis obsecutus es. Dixit enim tibi: Non potestis duobus dominis servire. Privilegia tua sacrata Deo virgines non habent: & vendicant virgines Vestræ? Cur sacerdotes Dei requiris, quibus petitiones prophanas gentilium pratulisti? Alieni erroris societatem susciperè non possumus. Quid respondebis his verbis, puerum esse te lapsum? Omnis ætas perfecta Christo est. Omnis Deo plena pueritia fidei comprobatur. Parvuli etiam Christum intrepido adversus persecutores

ore confessi sunt. Quid respondebis germano tuo? Nonne tibi dicet, victum me esse non credidi, quia te Imperatorem reliqui: mori non dolui, quia te haredem habebam: imperio me decedere nõ ingemui, quia imperia mea, præsertim in religione divinâ, omnibus seculis mansura credebam. Has ego titulis pia virtutis erexeram, has de seculo manubias, hac spolia de diabolo, has ego de adversario omnium exuvias offerebam, in quibus aterna victoria est. Quid mihi plus potuit meus hostis auferre? Abrogasti decreta mea, quòd adhuc ille, qui contra me levavit arma, non fecit. Nunc gravius telum corpore recipio, quòd à fratre mea statuta dãnantur: meliore parte mei apud te periclitor. Illa enim mors corporis, ista virtutis est. Nunc mihi abrogatur imperium, & quod est gravius, abrogatur à tuis, abrogatur à meis: & id abrogatur, quod in me etiam mei adversarij prædicarunt. Si volens acquievisti, damnasti fidem meam: si invitus cessisti, prodidisti tuam. Ergo quod gravius est, & in te percilitor. Quid respondebis etiam patri, qui te maiore dolore conveniet, dicens: De me, fili, pessimè judicasti, qui putasti, quòd ego gentilibus conniventiam præstitissem. Nemo ad me detulit, aram esse in illâ Romanâ Curiâ: numquam tantum nefas credidi, quod in communi illo Christianorum gentiliumq; consilio sacrificarent gentiles, hoc est, insultarent gentiles præsentibus Christianis, & inviti Christiani interesse sacrificijs cogerentur. Multa & diversa crimina me imperante commissa sunt, ultus sum quæcunque sunt deprehensa: si quis tunc latuit, debet ergo dicere, me probasse, quod à me nemo detulerat? De me pessimè judicasti, si mihi superstitio aliena, non fides mea servavit imperium. Vnde cùm advertas, Imperator, Deo primùm, deinde patri & fratri injurias irrogari, si quid tale decernas, peto, ut id facias, quod saluti tuæ apud Deum intelligis profuturum.

EPIST.

AMBROSIUS EPISCOPUS, BEATISSIMO PRINCIPI ET CLEMENTISSIMO IMPERATORI VALENTINIANO, AUGUSTO.

CUM vir clarissimus Præfectus Vrbis Symmachus ad clementiam tuam retulisset, ut Ara quæ de Vrbis Romæ curia sublata fuerat, redderetur loco, & tu Imperator licèt adhuc in minoris ævi tyrocinio florentibus novus annis, fidei tamen virtute veteranus, obsecrata gentilium non probares, eodem, quo comperi puncto libellum obtuli: quo licèt comprehenderim, quæ suggestioni necessaria viderentur, poposci tamen exemplum mihi Relationis dari. Itaque non fidei tuæ ambiguus, sed providus cautionis, & pij certus examinis, hoc sermone Relationis assertioni respondeo, hoc unum petens, ut non verborum elegantiam, sed vim rerum spectandam putes. Aurea enim (sicut scriptura divina docet) est lingua sapientium litteratorum, quæ phaleratis dotata sermonibus, & quodam splendentis eloquij velut coloris pretiosi corusco resultans, capit animorum oculos specie formosi. a visuq; perstringit. Sed aurum, si diligentiùs manu tractes, foris precium, intus metallum est. Volue quæso, atq; excute sectam gentilium: preciosa & grandia sonant, veri effœta defendunt: Deum loquuntur, simulacrum ádorant. Tria igitur in Relatione sua vir clarissimus Præfectus Vrbis proposuit, quæ valida putavit. Quòd Roma veteres, ut ait, suos cultus requirat. Et quòd sacerdotibus suis, virginibusq; Vestalib⁹ emolumenta tribuenda sint, & quod emolumentis sacerdotum negatis fames secuta publica sit. In primâ propositione, flebili Roma questu sermonis illacrymat: veteres, ut ait, cultus ceremoniarum requirens. Hæc sacra, inquit, Annibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt. Itaque dum sacrorum potentia prædicatur, infirmitas proditur. Ergò Annibal diu sacris insultavit Romanis, & Dijs contra se dimicantibus usque ad muros Vrbis incendio pervenit. Cur se obsideri

a Alij leg. visusque præstringit.

I. Cap.

passi sunt, pro quibus Deorum suorum arma pugnabant? Nam de Senonibus quid loquar, quos Capitolij secreta penetrantes Romana reliquia non tulissent, nisi eos pavido anser strepitu prodidisset? En quales templa Romana præsules habent, Vbi tunc erat Iupiter? An in anſere loquebatur? Verùm quid negem sacrorum ritus militasse Romanis? Sed etiam Annibal eosdem Deos colebat. Vtrùm volunt igitur eligant. Si in Romanis vicerunt sacra, in Carthaginensibus ergò superata sunt: si in Cartaginensib triumphata, nec Romanis utiq; profuerunt. Faceſſat igitur invidiosa illa populi Romani querela. a Non hæc Roma mandavit. Alijs illa eos interpellat vocibus Quid me cassò quotidie gregis innoxij sanguine cruentatis? Non in fibris pecudum, sed in viribus bellatorum trophæa victoria sunt. Alijs ego disciplinis urbem subegi. Militabat Camillus, qui sublata Capitolio signa cæsis Tarpeia rupis triumphatoribus reportavit: strauit virtus, quos religio nõremouit. Quid de Attilio loquar, qui militiam etiam b mortis impendit? Africanus non inter Capitolij aras, sed inter Annibalis acies triumphum invenit. Quid mihi veterum exempla profertis? c Odi ritus Neronum. Quid dicam bimestres Imperatores, & terminos regum cum exordijs copulatos? Aut fortè illud est novum, barbaros suis excessisse finibus? Nunquid etiam illi Christiani fuerunt, quorum miserabili novoq; exemplo alter captivus Imperator, sub altero captivus orbis, fefellisse, quæ victoriam promittebant, suas ceremonias prodiderunt? Nunquod & tunc non erat Ara Victoriæ? Pœnitet lapsus, & vetusta canicies pudendi sanguinis traxit ruborem. Non erubesco, cùm tuo orbe longæva converti: verum certè est, quia nulla ætas ad perdiscendum sera est. Erubescat senectus, quæ emendare se non potest. Non annorum canicies est laudanda, sed morum: nullus pudor est ad meliora transire. Hoc solum habebam commune cum barbaris, quia Deum anteà nesciebam. d Sacrificium vestrum & ritus est, bestiarum cruore aspergi. Quid in mortuis pecudibus quæritis Dei voces? Venite, & discite in terris cælestem militiam. Hic vivimus, & illic militamus. Cæli mysterium doceat me Deus ipse, qui condidit, non homo, qui se ipsum ignoravit. Cui ma-

a *Alij: leg.* non hanc.

b *Al:* morti.

c *Alij: leg.* Quid ritus. *omissa voce,* Odi. *Licinũ Valerianum, & Gallienum intelligit.*

d *Alij: leg.* Sacrificii vestri ritus est.

magis de Deo, quàm Deo credam? Quomodo possum vobis credere, qui fatemini vos ignorare, quod colitis? Vno, inquit, itinere non potest perveniri ad tam grande secretum. Quod vos ignoratis, id nos Dei voce cognovimus. Et quod suspicionibus quaritis, nos ex ipsâ sapientiâ Dei, & veritate compertum habemus. Non conguunt igitur vestra nobiscum. Vos pacem dijs vestris ab Imperatoribus obsecratis: nos ipsis Imperatoribus à Christo pacem rogamus. Vos manuum vestrarum adoratis opera: nos injuriam ducimus omne, quod fieri potest, Deum putari. Non vult se Deus in lapidibus coli. Denique etiam ipsi philosophi vestri ista riserunt. Quòd, si vos ideo Christum Deum negatis, quia illum mortuum esse non creditis: (nescitis enim, quod mors illa carnis fuerit, non divinitatis, qua fecit, ut credentium jam nemo moriatur) quid vobis imprudentius, qui contumeliosè colitis, & honorificè derogatis? Vestrum enim Deum lignum putatis: ô contumeliosa reverentia! Christum mori potuisse non creditis: ô honorifica pervicacia! Sed vetera, inquit, reddenda sunt altaria simulacris, ornamenta delubris, ornamenta delubris. Reposcantur hæc à consorte superstitionis: Christianus Imperator Aram solius Christi didicit honorare. Quid manus pias, & ora fidelia ministerium suis cogunt sacrilegijs exhibere? Vox Imperatoris nostri Christum resultet, & illum solum, quem sentit loquatur, quia cor regis in manu Dei. Nunquid Imperator gentilis Aram Christo levavit? Deum ea, quæ fuerunt, reposcunt, exemplo sui admonent, quantum Christiani Imperatores religioni, quam sequuntur, debeant deferre reverentiæ, quando gentiles superstitionibus suis omnia detulerunt. a Dum cœpimus, etiã sequamur. Nos sanguine gloriamur, illos dispendium movet. Nos hæc victoria loco ducimus, illi injuriam putant. Nunquam nobis amplius contulerunt, quàm cùm verberari Christianos, atque proscribi ac necari juberent. Præmium fecit religio, quòd perfidia putabat esse supplicium. Videte magnanimos, per injurias, per inopiam, per supplicium nos b credimus: illi ceremonias suas sine quæstu manere posse non credunt. Habeant, inquit, Vestales virgines immunitatem suam. Dicant hæc, qui nesciunt credere, quòd posset esse gratuita virgi-

a *Alij leg.* Dudum cœpimus. & iam sequuntur. Exclusos nos sanguine, &c.

b *Leg.* crevimus, *ut est in v. c.*

II. Cap.

virginitas: provocent lucris, qui diffidunt virtutibus. Quæ tamen illis virgines præmia promissa fecerunt? Vix septem Vestales capiuntur puellæ. En totus numerus quem infulatæ capitis purpuratarum vestium murices, pompa lecticæ ministrorum circumfusa comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitiæ tempora congerunt. Attollant mentis & corporis oculos, videant plebem pudoris, populũ integritatis concilium virginitatis. Nõ vittæ capiti decus, sed ignobile velamen, a usui nobile castitatis: nõ exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis: nõ illa purpurarũ insignia, non luxus deliciarum, sed usus ieiuniorũ: non privilegia, non lucra: omnia postremò talia, ut revocari studia putes, dum exercentur officia. Sed dum exercetur officium, studium provocatur, suis castitatis cumulatur dispendijs. Non est virginitas, quæ precio emitur, non virtutis studio possidetur. Non est integritas, quacunque tanquam in auctione nummario ad tempus sollicitatur compendio. Prima castitatis victoria est, facultatũ cupiditate vince: requia lucri studiũ tentamentum pudoris est. Ponamus tamen subsidia largitatum conferenda virginibus, quæ Christianis munera redundabunt, quod tantas opes sufficiet ærarium? Aut si arbitrantur solis Vestalibus conferendum, non putet, ut qui totum sibi sub Imperatoribus gentilibus vendicarunt, ijdem sub Principibus Christianis non putent nobis sortem debere esse communem? Sacerdotibus quoque suis, & ministris queruntur alimenta publica non præberi. Quantus hinc verborum tumulus b *increpuit? At contrà, nobis etiam privatæ successionis emolumenta recentibus* c *legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus iniuriam, quia dispendium non dolemus. Si privilegium quærat sacerdos, ut onus curiale declinet, patriâ atque ævitâ & omnium facultatum possessione cedendũ est. Quomodo hanc Gentiles, si haberent, ingravarent querelã, quod sacerdos ferias ministerij sui emat totius patrimonij sui damno, & privatus universæ commoditatis dispendio usum publici mercetur obsequij: prætendens communis salutis excubias domestica inopia se mercede solatur, quia ministerium non vendidit, sed gra-*

a *Alij: usu.*

b *u.c* increpitat.

c L. 27. C. Theo. de episc. & cle. Curialis, quâ conditione fieret clericus, docet idẽ Ambros. ep. 29. & l. 104 & 163 C. Theod. de decurio. Forner. Sel. 3. c. 7.

gratiam comparavit. Conferte causſas. Vos excusare vultis decurionem, cùm Eccleſia excuſare non liceat ſacerdotem. Scribuntur teſtamenta templorum miniſtris, nullus excipitur prophanus, nullus ultimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ, ſoli ex omnibus clerico commune ius clauditur, à quo ſolo pro omnibus votum commune ſuſcipitur, officium commune defertur: nulla legata vel gravium viduarum, nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta præſcribitur. Quod ſacerdotibus fani legaverit Chriſtiana vidua, valet: quod miniſtris Dei, non valet. Quod ego non, ut querar, ſed ut ſciant, quid non querar, comprehendi. Malo enim nos pecuniâ minores eſſe, quàm gratiâ. Sed referunt ea, quæ vel donata vel relicta ſunt Eccleſiæ, non eſſe temerata. Dicant & ipſi, quis templis dona detraxerit, quod factum eſt Chriſtianis. Quæ ſi facta eſſent gentilibus, redderetur potiùs quàm inferretur iniuria. Nunccine demum iuſtitia prætenditur, æquitas poſtulatur? Vbi tunc erat iſta ſententia, cùm direptis Chriſtianorum omnium facultatibus, ipſos vitales anhelitus ſpiritus invideret, & nullius uſquam negata defunctis inhiberent ſuprema commercia ſepultura? Quos gentiles præcipitarunt, maria reddiderunt. Fidei iſta victoria eſt, quòd & ipſi iam facta maiorum carpunt ſuorum: a Sed quæ melioratio, ut eorum munera petant, quorum geſta condemnant? Nemo tamen donaria delubris, & legata aruſpicibus denegavit: ſola ſublata ſunt prædia, quia non religiosè utebantur ijs, quæ religionis iure defenderent. Qui noſtro utuntur exemplo, cur non utebantur officio? Nihil Eccleſia ſibi niſi fidem poſſidet. Hos reditus præbet, hos fructus. Poſſeſſio Eccleſiæ, ſumptus eſt egenorum. Numerent quos redemerint templa captivos, quæ contulerint alimenta pauperibus, quibus exulibus vivendi ſubſidia miniſtraverint. Prædia igitur intercepta, non iura ſunt. En quod b factum, quod triſte piare nefas, fames, ut aiunt, publica vindicavit: quia uſui omnium proficere cœpit, quod proficiebat commodis ſacerdotum. Propterea ergo detractis, ut aiunt, arbuſta exuta corticibus ſucco

a v.c. *ſed quæ malum ratio, ut eorum.*

b Gelen. leg. *quod factum quàm triſte, quàm pia re nefas.* 3. Cap.

succo miserabili deficientium ora lambebant. Propterà Chaoniâ frugem glande mutantes, rursus in pecudum pastus, & ad infelicis victus alimenta revocati, concussâ quercu famem in sylvis miseram solabantur. Nova vidi licet prodigia terrarum, quæ nunquam antè acciderant, cùm superstitio gentilis toto orbe fervêret. Reverâ quando antè vacuis avenis seges fallax avari vota lusit agricolæ, & spem rustica plebis quæsita sulcis frugis herba destituit? Et unde Græcis oracula habita suæ quercus, nisi quia remedium sylvestris alimoniæ, cælestis religionis donum putarunt? Talia enim suorum munera credunt Deorum. Quis Dodonæas arbores nisi gentium populus adoravit, cùm pabulum a triste sacri nemoris honore donaret? Non est verisimile, quòd indignantes eorum Dijid pro pœnâ intulerunt, quod solebant placati conferre pro munere. Quæ autem æquitas, ut paucis sacerdotibus dolentes victum negatum, ipsi omnibus denegarent, cùm inclementior esset vindicta quàm culpa? Non est igitur idonea, quæ tantam ægritudinem mundi fallentis caussa constrinxerit, ut virentibus segetibus subita spes anni adulta moreretur. Et certè ante plurimos annos templorum iura toto orbe sublata sunt. Modòne demum Dijs gentilium venit in mentem suas injurias ultum b iri? Propterea nec assueto cursu Nilus intumuit, ut urbicorum sacerdotum dispendia vindicaret, qui non vindicavit suorum? Esto tamen. si superiore anno Deorum suorum iniurias vindicatas putant, cur præsenti anno contemptui fuêre? Iam enim nec herbarum vulsis radicibus rusticana plebs pascitur, nec bacca sylvestris explorat solatia, nec cibum de sentibus rapit, sed operum læta felicium, dum messes suas & ipsa miratur, explevit voti satietate ieiunium, usurarios nobis reddidit terra proventus. Quis ergo tam novus hamanis usibus, ut vices stupeat annorum? & tamen etiam superiore anno pleraque novimus provincias redundasse frugibus. c De Gallijs quid loquar solito ditioribus? Frumentum Pannonia quod non severant, vendiderunt. Et fœcun-

a v c. *triste agri nemorum honore donarunt.*

b al. leg. *ire?*

c v c. *de Gallijs q. l. s. d. & frumentum Pannonij. q. n. s. v. Et s. Græcia. s.*

fœcunda Rhetia fertilitatis suæ novit invidiam. Nam quæ solebat tutior esse ieiunio, fœcunditate hostem in se excitavit. Liguriam Venetiasque Autumni frumenta paverunt. Ergo nec illo sacrilegio annus exaruit, & iste fidei fructibus annus effloruit. Negent etiam quòd largo fœtu vineæ redundaverint. Itaque & messem fœneratam recepimus, & liberalioris vindemiæ beneficia possidemus. Postremus superest & maximus locus, utrum ea quæ vobis profuerint, Imperatores, restituere subsidia debeatis. Ait enim, Vos defendant, à nobis colantur. Hoc est, fidelissimi Principes, quod ferre non possumus: quia exprobrant nobis vestro se nomine Dijs suis supplicare, & vobis non mandantibus sacrilegium immane committunt, dissimulationem pro consensu interpretantes. Sibi habeant præsidia sua: suos, si possunt, illa defendant. Nam si ijs, à quibus coluntur, auxilio esse non possunt. quomodò possunt vos defendere, à quibus non coluntur? Sed maiorum, inquit, servandus est ritus. Quid, quòd omnia posteà in melius profecerunt? Mundus ipse, qui vel primùm coactis elementorum per inane seminibus tenero orbe concreverat, vel confuso adhuc indigesti operis caligabat horrore, nonne posteà distincto cœli, maris, terrarumque discrimine rerum formas, quibus speciosus videtur, accepit? Exuta humentibus tenebris novum terra stupuêre solem: dies in exordio non refulget, sed in processu temporis incremento luminis micat, & caloris exæstuat. Luna ipsa, quæ propheticis oraculis species Ecclesiæ figuratur, cùm primùm resurgens in menstruas reparatur ætates, tenebris noctis absconditur, paulatimq; cornua sua compleas vel è regione a solis absolvens, clari splendore fulgoris irrutilat. Exerceri in fructus terra antè nesciebant, post ubi imperare arvis sollicitus cœpit agricola, & informe solum vestire vinetis, sylvestres animos domesticis mollita cultibus exuerunt. Anni ipsius ætas prima, quæ nos usu pari coloravit, nutu gignentium, sed in processu lapsuris floribus vernat, postremis adolescit fructibus. Nos quoque ævi rudes sensus habemus

a v.c. soli absconditus.

bemus infantia, sed mutati in annos ingenij rudimenta deponimus. Dicant igitur, in suis omnia manere debuisse principijs: mundum tenebris obductum, quia splendore solis illuxerit, displicere. Et quantò gratius est, animi tenebras depulisse, quàm corporis, fideique iubar emicuisse quàm solis? Ergo & mundi, sicut omnium rerum, a primæva viam mutarunt, ut venerabilis cæna fidei sequeretur sanctus. Quos hoc movet, reprehendant messem, quia sera fœcunditas est: reprehendant vindemiam, quia in b occasu anni est: reprehendant olivam, quia postremus est fructus. Ergo & messis nostra fides animarum est: Ecclesiæ gratia meritorum, vindemia est: quæ ab ortu mundi virebat in sanctis, sed postremâ ætate se diffudit in populos, ut adverterent omnes non rudibus animis irrepsisse fidem Christi. Nulla enim sine adversario corona victoria: sed explosâ eâ opinione, quæ antè convaluit, id quod erat verum iure prælatum. Si ritus veteres delectabant, cur in alienos ritus eadem Roma successit? Omitto absconditam precio humum, & pastorales casas auro degeneri renitentes. Quid (ut de ipso respondeam, quod queruntur) captarum simulacra urbium, victoresq; Deos, & peregrinos ritus sacrorum, alienæ superstitionis æmuli receperunt? Vnde igitur exemplum, quòd currus suos simulato Almonis in flumine lavat Cybele? Vnde Phrygij vates, & semper inviſa Romanis non æquè Carthaginis numina? quam Cælestem Afri, Mitram Persæ, plerique Venerem colunt, pro diversitate nominis non pro numinis varietate. Sic Deam esse & Victoriam crediderunt, quæ utique munus est, non potestas: donatur, non dominatur, legionum gratia, non religionum potentia. Magna igitur Dea, quam militum multitudo sibi vendicat; vel præliorum donat eventus. Huius aram strui in urbis Romæ Curiâ petunt; hoc est, quò plures conveniunt Christiani. Omnibus in templis ara, ara etiam in templo Victoriarum, quando numero delectantur, sacrificia sua ubique concelebrant. Quid est nisi insultare fidei, unius ara sacrificium vendicare? Ferendum ne istud, ut Gentilis sacrificet, & Christianus intersit: Hauriant

a v.c. primæva mutarunt, ut,

b Alii leg. in occasu Autumni est.

riant omnes, inquit, hauriant vel inviti fumum oculis, symphoniam auribus, cinerem faucibus, thus naribus, & aversantium licèt ora excitata focis nostris favilla respergat. Non illis satis sunt lavacra, non porticus, non platea occupata simulacris. Etiámne in communi illo consilio non erit communis conditio? Obstringetur pia Senatûs portio obtestantium vocibus, adjurantium sacramentis? Si refutet, videbitur mendacium prodere: si acquiescat, sacrilegium confiteri. Vbi, inquit, in leges vestras, & verba jurabimus? a *Ergò mensuram, quæ legibus tenetur inclusa, ceremoniis gentium suffragium colligit, fidem stringit, jam nõ solùm præsentium, sed absentium etiam? Et, quod est amplius, Imperatores, fides vestra pulsatur. Vos enim cogitis, si iubetis. Constantius Augustæ memoriæ, nondum sacris initiatus mysteriis, contaminari se putavit, si Aram illam videret. Iussit auferri, non iussit reponi. Illud autoritatem facti habet, hoc præcepti nõ habet. Nemo sibi de absentiâ blandiatur: præsentior est, qui se animis inserit, quàm qui oculis protestatur. Plus enim est mente connecti, quàm corpore occupulari. Vos Senatus cogẽdi consilij Præsules habet, vobis coit, vobis conscientiam suam non Dijs gentium præstat, vos liberis suis, non tamen fidei suæ præfert. Hæc est caritas expetenda, hæc est caritas maior imperio, si fides tuta sit, quæ servat imperium. Sed fortasse aliquem moveat, ita fidelissimum Principem destitutum, proinde quasi meritorum precium caducis æstimetur præsentium. Quis enim sapiens non in orbe quodam atque circuitu locata humanarum rerum novit negotia, quia non eosdem semper successus habent, sed variant status, & mutant vices? Quem beatiorem Cneio Pompeio Romana templa miserunt? At is cùm tribus triumphis terrarum cinxisset orbem, pulsus acie, bello profugus, & sui terminis exul imperij, Canopei manu spadonis occubuit. Quem nobiliorem Cyro Persarum totius Orientis terræ regem dederunt? Is quoque cùm Principes potentissimos adversantes vicisset, victos reservasset, muliebribus armis fusus interijt. Et ille Rex, qui superatos etiam consessus honore donaverat, exsecto capite, & intra utrem*

a *Alij: leg.* Ergò mens vestra, quæ leg.

plenum cruoris satiari iussus, incluso, fœmineis imperijs ludibrio fuit. Adeò in istius vitæ curriculo non paria paribus, sed longè diversa referuntur. Quem etiam magis sacrificijs deditum, quàm Carthaginensium Ducem Hamilcarem reperimus? qui cùm toto prælii tempore inter acies positus dimicantes, sacrificium faceret, ubi partem suorum victam esse cognovit, in ipsos, quos adolebat, se præcipitavit ignes, ut eos, vel cruore suo restingueret, quos sibi nihil profuisse cognoverat. Nam de Iuliano quid loquar? qui cùm responsis Aruspicum malè credulus esset, ademit sibi subsidia revertendi. Ergò in communi casu, non est communis offensa. Neminem etenim promissa nostra luserunt. Respondi lacessentibus tanquam non lacessitus. Refellendæ etenim relationis, non exponendæ superstitionis mihi studium fuit. Te tamen Imperator, ipsa eorum relatio faciat cautiorem; Nam cùm de superioribus Principibus texuisset, quia prior eorum numerus cæremonias patrum coluit, recentior non removit, addidisset etiam, si exemplum religio veterum non facit, faciat dissimulatio proximorum, evidenter docuit, quòd & fidei tuæ debeas, ut gentilitii ritus non sequaris exemplum, & pietati, ut fratris statuta non violes. Si enim profuis duntaxat partibus eorum dissimulationem Principum prædicarunt, qui cùm essent Christiani, decreta tamen gentilium minimè removerunt: quantò magis amori debent deferre fraterno? ut qui dissimulare deberes, etiamsi quid forsitan non probares, ne fraternis derogares statutis, & nunc teneas, quod & fidei tuæ, & germanitatis necessitudini judicas convenire.

CLEMENTISSIMO IMPERATORI EUGENIO AMBROSIUS EPISCOPUS.

SECESSIONIS mihi causa timor Domini, ad quem omnes sensus meos, quantum queo, dirigere consuevi, nec unquam ab eo mentem deflectere, nec pluris facere cuiusvis hominis quàm Christi gratiam. Nemini enim facio injuriam, si omnibus Dominum præfero, & confidens in ipso non vereor vobis, Imperator, dicere, quæ pro meo captu sentio. Itaq; quod apud alios Imperatores non tacui, nec apud te clementissime Imp. tacebo; atq; ut ordinem rerum custodiam, strictim recensebo quæ ad hoc spectant negotium. Retulerat vir amplissimus Symmachus, cùm esset Præfectus Vrbi, ad Valentinianum Augustæ memoriæ juniorem, ut templis, quæ sublata fuerant, reddi juberet. Functus est ille partibus suis pro studio & cultu suo. Vtique & ego Episcopus partes meas debui recognoscere. Dedi libellos Imp. duos, quibus significarem sumptus sacrificiorum Christianum virum non posse reddere: non fuisse me auctorem, cùm tollerentur, auctorem tamen fieri, quominus decernerentur. Deindè quia dare ipse simulacris eos videretur, non reddere. Quod enim ipse abstulerat, nõ quasi ipse reddebat, sed arbitratu proprio largiebatur ad superstitionis impensas. Postremò, si fecisset, iam non veniret ab Ecclesiam: aut si veniret, futurũ, ut aut sacerdotem non inveniret, aut inveniret sibi in Ecclesiâ resistentem. Nec ad excusationem obtendi posse, quod esset cathecumenus: cùm etiam cathecumenis non liceat sumptus Idolis subministrare. Lecti sunt libelli mei in Consistorio. Aderat amplissimus honore magisterij militaris Bauto Comes, & Rumoridus ipse eiusdem dignitatis, gentilium nationum cultui inserviens, inprimis pueritiæ suæ annis. Valentinianus tunc temporis audivit suggestionem meam, nec fecit aliud, nisi quod fidei nostræ ratio poscebat. Acquievére etiam Comites sui. Postea & id clementissimo

Imperatori Theodosio coram intimavi, atq; in os dicere non dubitavi. Qui intimatâ Senatûs legatione huiusmodi, licet non totus Senatus popoſcerit, inſinuationi meæ detulit. Et ſic aliquibus ad ipſum non acceſſi diebus. Nec molestè tulit: quia non pro meis commodis faciebam; ſed quod & ipſi, & animæ meæ proderat, in conſpectu Regis loqui non confundebar. Iterum Valentiniano, Auguſtæ memoriæ Principi legatio à Senatu miſſa intra Gallias, nihil extorquere potuit. Et certè aberam, nec aliquid tunc ad eum ſcripſeram. Sed ubi clementia tua imperij ſuſcepit gubernacula, compertum eſt poſteà donata illa præcellentibus in Republicâ ſcilicet Gentilis obſervantiæ viris. Et fortaſſè dicatur, Imperator Auguſte, quia ipſe non templis reddideris, ſed benè meritis de te donaveris. Verùm noſtri pro Dei timore agendum eſſe conſtanter, quod etiam pro libertate libenter fit, non ſolùm à ſacerdotibus, ſed etiam ab his, qui vobis militant, aut in numero habentur provincialium. Te imperante petiére legati, ut templis redderes, non feciſti: iterum alteri poſtulaverunt, reniſus es: & poſteà ipſis, qui petiére, donandum putaſti. Etſi Imperatoria poteſtas magna ſit, tamen conſidera, Imp. quantus ſit Dominus: corda omnium videt, conſcientiam interiorem interrogat, novit omnia antequàm fiant, novit interna pectoris tui. Ipſi falli vos non patimini, & Dominum vultis celare? Hoc non cadit in animum tuum. Quamvis enim illi agebant tàm perſeveranter: nonnè tuum fuit Imperator, pro Dei ſummi & veri & vivi veneratione perſeverantiùs obſiſtere, & negare quod erat iniuria ſacra legis? Quis invidet, quoniam quæ voluiſti, alijs donaviſti? non ſumus ſcrutatores veſtræ liberalitatis, ne aliorũ commodorũ invidi; ſed ſumus interpretes fidei. Quomodo offeres dona tua Chriſto, pauci æſtimabunt: quid feceris Gentib. quid volueris, omnes. Quidquid illi fecerint, tuum erit, quidquid non fecerint, ſuum. Etſi es Imperator, Deo magis ſubditus eſſe debes. Quomodo Chriſti ſacerdotes munera tua diſpenſabunt? Fuit huiuſmodi quæſtio temporibus ſuperioribus; & tamen fidei Patrum ipſa ceſſit perſecutio, & Gentilitas detu-

detulit. Nam cùm ageretur agon quinquennalis in civitate Tyro, & ad spectandum venisset Antiochia Rex, sceleratissimus Iason ordinavit spectatores Antiochenos, qui ab Hierosolymis ferrent drachmas argenti trecentas. Et ille quidē misit ad sacrificium Herculis. Patres non Gentilibus dedére pecunias, sed viris fidelibus missis expostulavere, non erogari ad sacrificium, quia non congruebat; sed in alios sumptus dari. Et pronunciatum est, licèt ille ad sacrificium Herculis missum dixerit argentum; suis ipsi quidem debere, quod erat missum: Sed quia illi, qui detulerant, resistebant pro studio, & cultu suo, ut non sacrificio proficeret, sed alijs necessitatibus: tradita sunt pecunia ad constructionem navium; & sic coacti misére, sed ad alios sumptus Reip. Deniq; & obtinurée. Atq; potuerant tacere sed lædebant fidem, quia sciebant, quò deferrentur. Ideò misére viros timentes Dominum, qui agerent, ut non templo, sed ad impensas navium, quæ missa fuerant, deputarentur Ipsis credidere pecunias, qui causam agerent sanctæ legis. Iudex rerum effectus fuit, qui absolvit conscientiā. Si positi in alienā potestate sic præcavebant quid te oportuerit facere, Imp. dubitari non potest. Tu utiq; qui in nemo cogebat, nemo habebat in potestate, debuisti facerdotem consulere Ergò certè tunc quando restiti, etsi solus restiti, tamen non solus volui, nec solus id suasi. Quoniam igitur meis vocibus, & apud Deum, & apud omnes homines teneor: aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere. Quare non potui tibi sic cedere. Modestè certè depressi diu texiq; dolorem: nulli quicquam intimandū putavi. Dissimulare nunc mihi nō licet, tacere liberum non fit. Ideò etiam in primordijs Imperij tui scribenti, non rescripsi, quia prævidebam futurum. Deniq; reposcenti litteras, cùm ipse non rescriberem, dixi: hac causa est, quod exterquendum ei arbitror. Tamen ubi causa emersit officium meæ pro his, qui sollicitudinem sui gerebant, & scripsi, & rogavi; ut ostenderem in causis Dei timorem mihi justum inesse, nec pluris adulationem, quàm animam meam facere. In his verò, in quibus vos rogari decet, etiam me exhibere sedulitatem potestati debitam,

sicut

sicut & scriptum est: Cui honorem, honorem: cui tributum: tributum. *Nam cùm privato detulerim cum intimo: quomodo ei non deferrem Imperatori? Sed qui vult deferri vultis, patimini, ut deferamus ei, quem imperij vestri vultis auctorem probari.*

FINIS.

ERRATA sic restitui poterunt.

LIB. I. Epist 2, pro, ARCADIVS: lege ARADIVS.
Ibid. in carmine Anicii, distingue sic: *Hic & carus erat conferre;*
Ibid. in carmine Petronii, distingue sic: *Te Probiane pudor:*
Ibid. in carmine Verini lege: *Quod vitam innocuis.*
Epist. 3. Alii legunt: *meam' te opis indigum mentiare?*
Epist. 4. *parcâ laude perstrinxit.*
Epist. 13. *Bonus Nerva.*
Ep. 14. *qui laudare nescirem.*
Ep. 15. distingue: *quanti à te fiam, numquam me panitet.*
Ep. 16. *successuum suorum vitasse jactantiam.*
Ep. 25. *viro honorabili Thalassio.*
Ep. 30. *quando ita es ingenio laud.*
Ep. 32. *Veluti succo nect.*
Ibid. *me renitente vulg.*
Ep 35. *hon. sal. te impertio.*
Ep. 36. *vid. extortum.*
Ep. 44. *si quid v.d. promoverint.*
Ep. 46. *strictim mel. detexui.*
Ep. 49. *in cæt. vocare coll.*
Ep. 60. *dignitas illa.*
Ep 64. *quot auri, quot arg.* & in margine *Al.* quod.
Ep 84. *ante oc. præsentia t.*
Ep. 85. *Restat ut observantiam.*
Ep. 91. *querela def.*
Ibid. *eruditissimi.*
Ep. 98. *interm. munus.*

LIB. II. Epist 9. *quam civ. ingessit.*
Ep. 13. *qui suscepta compend.*
Ep. 17. *scitu digna.*
Ep. 18. *querela aux.*
Ep. 27. *adversum*
Ep. 31. *moliretur invid.*
Ep. 32. *quippe ægritud.*
Ibid. distingue sic: *qui excludi per improbos possumus, abesse interim.*
Ep. 33. distingue sic: *adductos. Forum.*
Ep. 36. *adjutu i. n. mutuo.*
Ep. 45. distingue sic: *audire properavit p. h. a.*
Ep. 55. *si qua mihi laus ex.*
Ep. 60. *posse reparare.*
Ep. 76. *secura sunt: quæ.*
Ep. 78. *Urbis æternæ etiam.*

LIB. III. Epist. 4 *Hæc etsi vera pl.*
Ep. 11. *doc. pot. singulas antiquit.*
Ep. 12. *quam vis malim cred.*
Ep. 13. *attrahendus es.*
Ep. 18. *sollicitudinis tuæ.*
Ep. 34. *in eâ provinciâ.*
Ep. 37. *mulieris.*
Ep 39. dele: *tam* bis.
Ep. 40 supple: *debet esse princip.*
Ep. 41. *Commenta Curiæ nostræ,*
Ibid. *quæ indicent.*
Ep. 45. *tantus est amor.*
Ep. 49. *desistis op.*
Ep. 50. *In spem.*
Ep. 55. *te decedente.*
Ep. 59. corrige numerum LIX.
Ibid. *mag. sui fascibus.*
Ep. 60. OPTATVS *event.*
Ep. 73. dele primam lineam pag. 138. *bemus. Breviter* &c.
Ep. 26. dele *to im.*
Ibid. *impend. flagitaret.*
Ep. 79. *familiaritatis.*
Ep. 91. *sit dominus.*

LIB. IV. Epist. 18. in marg. pro *Actes*, scribe: *Acres.*
Ibid. *Sed qui fieri potest:* expunge to altero *qui.*
Ep. 21. *exitiabilem famem.*
Ep. 33. *An interlabi amic.*
Ep. 34. *dum per commun. fratr.*

LIB. V. Epist. 25. *monitis.*
Ep. 28. distingue, & lege: *morarum. Supererat mihi.*

Epist.

Ep.35. distingue: *gymn. Musarum petere.*
Ep.50. *judicij instar.*
Ep.52. *cura præcipua.*
Ep.54. *incanuit ætas possession.*
Ep.66. *communices.*
Ep.67. *Est huius indulg.*
Ep.76. *accommodus.*
Ep.84. *aliquando sumsissem.*
Ep.85. *puerilium feriarum.*
Ep.89. *mutui sermonis.*

LIB. VI. Epist.9. distingue: *cùm fratri meo Cens.*
Ep.53. *Ab hoc proc.*
Ep.81. *sedulâ religione.*

LIB. VII. Epist 1. *in n esto munis.*
Ep. 5. *redundare offic.*
Ep.16. *quam tu desideras.*
Ep.19. *veniæ pretium fer.*
Ep.22. *Et consultò.*
Ibid. *tibi præferens dict.*
Ep.25. *Repensa enim off.*
Ibid. *nos m. s. destringitis.*
Ibid. *lectoribus; ne vim f.*
Ep.35. *Ergo tu potius remetiri.*
Ep.40. *ex sent. suppetit.*
Ep.44. *ultrò amic.*
Ep.45. *viro generis Sen.*
Ep.49. *paupertati.*
Ep.93. *dandis ben.*
Ep.100. *exclusis aliorum sus.*
Ep.104. distingue: *oro vos,*

LIB. VIII. Epist.1. distingue: *frequens sermo.*
Ep.2. corrige numeros Pag. 306. & sic deinceps per aliquot paginas.
Ibid. *hunc mensem prod.*
Ep.3. *labor itin.*
Ep.15. *ex beneficio.*
Ep.17. *fide ac diligentiâ*
Ep.48. *de stili brev. coniecto.*
Ep.61. *quos d. reliqueris.*
Ep.68. *plus habet gratiæ* Vbi anteriore lineâ dele τὸ *habet.*
Ep.72. distingue: *filius meus.*

LIB. IX. Epist 23. *si f. d. juvet.*
Ep.25. in marg. *hæc leguntur.*
Ep 26. *damnosam putare.*
Ep.55. *eo comperit.*
Ep 58. *æqu. commendat.*
Ep.62. *fav. div. adjuverit.*
Ep.70. *etiam qui adh.*
Ep.76. *sermo placavit.*
Ep.100. *Et quamvis.*
Ep.107. *Supplete q. inter amicorum.*
Ep 110. περιδέξιον.
Ep.111. *lab. censere Herc.*
Ep.115. *quoquomodo.*

LIB. X. Epist. 13. *cumulus.*
Ep.47. lin 4. *deserere.*
Ep.61. pag. 441. in marg. *relinquite eã.*
Ep.64. in marg. refragante.

Cæterùm numerus & paginarum & Epistolarum quandoque est interversus. Quem æquus Lector in ordinem redigere non gravabitur: cæterisque σφάλμασι, si quæ nobis imprudentibus irrepserunt, benivolè ignoscet. Sic confidimus: alibi amicê paria facturi.

F I N I S.

Q. AVRELI SYMMACHI VITA:

DESCRIPTA

à

JACOBO GOTHOFREDO JC.

Ad CL. V.

JOH. PHILIPPVM PAREVM.

CL. V.

JOH. PHILIPPO PAREO

S. P. D.

JACOBVS GOTHOFREDVS.

MITATIONI tuæ, mi Paree, hoc addo breve donarium: uti videas, quàm lubens judicio tuo de Symmacho adquiescã, & quantoperè juvet Optimo Scriptori immorari, maximè posteaquã is à te exiit novâ nobis veste donatus. Fors fuat, an & ita Symmachi Manibus justa fecerim. Quicquid huius sit, ego certè Lectorẽ non abs re vel de his moneri muniriq; con-

tendo: quæ & ad legendum protelo, & legenti pro face futura. Ecquid aliud enim Epistolarum collectio, quàm certissimum morum cuiusq; speculum? His adde Temporum seriem, sine quâ quàm multa, in hoc genus scriptoribus potissimùm, velut in obscurâ nocte latent; cæterorum, etiam quæ exposita vulgò creduntur, vis potissima perit? Verùm de his, si Deus otium fecerit, in DIDASCALICIS nostris. Tu VALE V. CL. & hoc animi mei pignus interim habe.

SYM-

SYMMACHI Vita.

LAVRELIVS AVIANVS SYMMACHVS, (Symmachi nostri Pater,) Senatorio genere, variis pro Senatu apud Principes functus legationibus, à Constantio Imp. aliquando revertens, à Iuliano honorificè Naïssi in Mœsia exceptus fuit: prælato tamen illi tùm in Præfectura urbana Maximo, quem legationis socium, sed secundum, habuerat. Sub Valentiniano nihilominùs eandem mox Præfecturam post Apronianum meruit, & administravit, Lampadio successore. Inter præcipua nominandus ævi illius doctrinarum & modestiæ exempla. Quo instante Roma otio & annona, abundantius solito, exultavit: ponte insuper magnifico condito, magnaq; civium lætitia dedicato: etsi posteà domus eius pulcherrima ab ingratis ci-

A. D. 361. 362. 363. 364. 365.

vibus, falso concitatis rumore, incensa fuit.

377. Quas ob res aliasq; aureas superstiti illi statuas Romæ conlocata, impetrante Senatu: & similis altera, Constantinopoli: cum inscriptione, quæ non transcursarum modò dignitatum, sed & meritorum eius seriem, quin & auctoritatis, prudentiæ & eloquentiæ monumentum præferret. Eloquentiæ eius vestigium nisi unicum supersit, sola videlicet ad filium epistola. Poëtices studium testantur epigrammata ex iis quæ in 80. illustres sui sæculi viros condiderat, quæ supersunt pauca. Conjunx illi, Acyndini Consulis germana: Liberi, plures: tres enim fratres suos commemorat, eorumq; obitum deflet Symmachus noster.

382. Vivendo vitam ad A. D. 382. ut minimùm videtur produxisse.

His itaque parentibus Q. AURELIUS AVIANIUS SYMMACHUS noster Natus, Constantio, (ut ex gestis ab eo posteà dignitatibus proclivè iudicatu) imperante. Disciplinis liberalibus ab ætate prima imbutus, hac bonarum artium Rhetoricæq; præcepta à Sene quodam Rhetore Aquitano hausit: florentissimis videlicet, ut olim, ita tum maximè Galliarum studiis, & eloquen-

tissimis

tissimis semper viris (quos etiam Romanæ Vrbi & juventuti commodaret plurimos) abundante Gallia: Vnde posteà Gallicanæ facundiæ sititorem se, cælogs Gallico quicquid sciret, debere se libenter ipse professus est. Principum inde (Valentiniani scilicet & Gratiani) signa in Gallia secutus, atque in Comitatu versatus est: ac proinde Treveris, in Gallia Belgica: ubi & in Ausonij Burdigalensis (qui Gratiani tùm Magistrum agebat) amicitiam penetravit interiorem: tyro ipse veterano familiaritate iunctus, sic, ut & mensæ eius frequenter admoveretur. 364. 366. 367.

Ab his rudimentis, Iuvenis (i. ut ego interpretor, tricesimum, vel circiter, annum agens) Correcturam Lucaniæ & Bruittiorum meruit. Mox & Africam Proconsule rexit: Ea sanctitate, ut statuam etiam promeruerit, qui testimonii & adfectûs publici singularis tum honos erat, quanquam is in sola conscientia fructum & rationem virtutis posita sciret. Certè, provinciam Africam amicam caramq; sibi non semel, seq; proconsularem virum epistolis suis testatus est. 368. 370.

In Pontificum inde collegium (patris exemplo) adscitus, his quæ ad superstitionem

Gentilitiam pertinent adcurandis gnaviter incubuit. Legenda illi quoque aliquando in Senatu Oratio de Principum victoriis *delegata. A Senatu etiam ad Gratianum missus, de Ara Victoriæ in Senatu diruta, detractisq; cærimoniarum sumptibus, privilegiis & stipendiis Vestalium questurus. Verùm denegata illi tum audientia.*

384. *Præfecturæ tandem urbanæ à Valentiniano Iuniore admotus fuit, quietus & iam pridem à desideriis honorum remotus, iam diu cedens potentium moribus sine ambitu sine ulla affectatione. In qua qualem se gesserit, ostendit Decimus Relationum illius liber. Cum Christianis illi tùm non semel res fuit: Gentilitiæ utpote superstitionis reparandæ cumprimis appetens. Cultum enim spoliatorum Romæ ornamentis suis mœnium, seu operum publicorum, investigare iussus, tragicas quæstiones de ministris Catholicæ Religionis agitasse accusatus est. quod crimen Episcopi Damasi testimonio repulisse visus est. Sed insignis illa præcæteris Relatio, qua Senatûs nomine (cuius tum adhuc pars Gentilis erat) à Valentiniano Iuniore Aram Victoriæ Senatui, sumptus item cærimoniarum, privilegia & stipendia*

pendia virginibus Vestalibus Romæ restitui, quæ à fratre eius Gratiano adempta fuerant, petiit. Verùm & hæc eius Relatio successu caruit: cui etiam Ambrosius, Mediolanensium Episcopus, duas alias opposuit, & Prudentius quoque libris duobus respondit.

Post hæc Maximo Tyranno (qui cæso Gratiano in Galliis imperabat, Italiæq; iam imminebat) apertè favêre cæpit Symmachus: sic ut laudes eius insigni Panegyrico prosequeretur. Verùm posteà victo Maximo, cum periculi metuens in Ecclesiam confugisset, veniam ab Imp. Theodosio meritus, Panegyricum, sive Apologeticum, ad Theodosium (quem ideo Conservatorem suum vocat) scripsit. Itaque & ad auspicia Consulatûs Valentiniani Mediolanum mox evocatus, & sequente anno Consul à Theodosio factus est, quem ideo honorum suorum patronum alicubi nominat. Legationibus inde pro Senatûs desideriis, & ad exorandam ut sæpius urbi opem, (Stilichone aliquando legationis socio,) ad Honorium Imp. Mediolani defunctus: cùm de legationibus tum frequens in urbe ambitus esset: Qua causa ortis inter Senatores contentionib. arbiter idem adhibitus aliquando fuit. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 395. 396.

)(5 PRI-

PRIVATAM *vitam sic egit.* Circa Religionem *moris pristini retinentissimus, in Christianam Religionem iniquior sic, ut neglectis sacris famem malaq;, quîs Respublica Rom. tùm urgeretur, imputare solitus sit. Neque eò minùs tamen, (qui candor eius,) Christianis Episcopis ipse amicus ac fautor non semel accessit, cumq; his officia miscuit. testes inter alia, ad Ambrosiũ epistolæ. In* Patriam *civis boni functus officium, etiam extra Præfecturam. pro annona quippe eius (ob cuius inopiam frequentes hoc ævo turbæ, pulsiq; identidem Roma peregrini) curam gessit sollicitam.* Charitate *& Affectu suo quemque ut par est, habuit loco: Maiorum memoriam carminibus excitare: parentes officiis colere instituit.* Vxor *illi, Rusticiana Orfiti Præfecti Vrbis filia.* Filius *unicus, Q. Flavius Memmius Symmachus, à quo editæ post obitum ipsius epistolæ. Studiorum eius curam sic habuit, ut se studiis illius velut æqualem adiungeret.* 391. 402. *Hunc Quæstorem, postea & Prætorem Vrbanum vidit: Ad cuius munera seu ludos (quæ tum onera dignitatum harum fuêre) undecunque æquos, ex Gallia, Hispania, venatores, aurigas, Scenicos,* Saxones *etiam*

(qui

(qui tùm mos Barbaros in arenam dandi) animalia varia, ferasq́, ursos, leopardos, crocodilos, Lybicas, leones, canes Scoticos, áddaces, pygargos, ut magna cura, ita sumptu maximo conquisivit: sic, ut in Prætura, quam dixi, filii solam XX. centenaria (seu 2000. libras auri) impendisse eum Olympiodorus testetur. Amicos habuit, quos ætas illa Summates dignitatibus & doctrina, Ne de singulis dicam, ex innumeris, Stiliconem, Eutropium: Ricomerem & Bauconem, Francos: Ausonium, Latinum Pacatum Drepanium, Protadium, Minervium, Florentinum, Gallos. In his, Ausonium maximè dilexit; Stiliconem, potissimùm suspexit. Amicorum processibus ut suis lætari, eosq́ in ære suo ducere solitus: officiis eorum adesse, vel nisi sontica de causa abesse: iisdem qua posset commodare, famæ eorum consulere, remedia morbis submittere, libros à se petitos destinare, amicorum liberos, defunctis ipsis, potissimùm curare. Habuit interim & Inimicos æmulosq́ haud paucos, sic ut horum factionibus statuæ eius: deijcerentur: Ipse interea, quamlibet graviter appetitus, implacabilem in eos animum ideò non gessit. Doctrinæ eius varia & luculenta testimonia

stimonia ab aliis scriptoribus, & ab eiusmu scriptis suppetunt. Nihil non lectũ illi, nihil non intellectum, imò eum ipsum nihil aliud quàm ex omni bonarum artium ingenio collectam perfectionem *adserit Ausonius*: Romani decus eloquii, quo nemo disertior *Prudentius, prudens agnoscit. Hinc adeò à doctissimis consultus ipse passim, libri ex bibliotheca eius petiti. nam & eorum qui Gallorum memorias scripsissent, consulenti Protadio Treverensi Gallo indicium facit: Plinii historiam naturalem Ausonio Burdegalensi mittit: Valerio, Livium. Huic libri inscripti à doctis, eiusq; nomen libris insertum: Ausonius quippe Gryphum illi de ternario numero inscripsit: Macrobius Theodosius eum Saturnalibus suis inducit loquentem. Invicem ipse literas & literatos favore summo prosecutus: Rhetores, Philosophos, Medicos, Historicos commendare, scriptis eorum famam dare curæ habuit. Scripsit varia, præter decem Epistolarum libros (quibus & inserta duo epigrammata) orationes varias, & panegyricos duos (de quibus suprà) civiles & bellicas quoque laudes Theodosii stilo prosecutus. Verùm vixére hæc omnia,*

omnia, præter solos Epistolarum libros. Qui, ut omittam omnis in his eruditionis amplam segetem, ob ævi illius potissimum Historiam, Iurisq; civilis publici maximè eruditionem, maximi faciendi. In his, Laconicum illi scribendi genus, rotundum, floridum, crebra potissimùm sententiarum admixtione: vetustatis in his formam amplexus, spretis titulorum, qui mos tùm gliscebat, pompâ fastuq;. Corporis illi habitus variis ægritudinibus & morbis interstinctus, modò totius corporis, modò internarum, renum, pedis, manûs dextræ. Itaque propter hæc, & studiorum, quin & turbarum Romæ causa, frequens illi secessus in Campaniam & Suburbana: ubi complures agros, prædia, habuit: Sed & in Apulia, Sicilia, Samnio, Cæsariensi Mauritania. Quapropter, ut in tam ampla re, & ædificandi necessitas & scientia illi haud exigua fuit: sed & lis non una. Eusçium, ut videtur, Actorem & Procuratorem totius domûs habuit: cæteros actores, colonos, servos contumaces, & debitores sæpè. Habitavit fermè Romæ Cælio monte: Mensa illi frugalis extitit. Ad senectutem eum pervenisse, ex eius epistolo-

epistolis constat. Quarum etiam charact. rismos expendenti mihi mens ea, non excessisse eum A. D. 404. neque diu post Præturam filii vixisse.



SY
In
ru
2
cont
JOH
N
Impens
Ex

ELECTA
SYMMACHIANA:

Inquibus quicquid Rerum Memorabilium, Antiquitatisque Romanæ in gravissimo Authore

Q. AVRELIO SYMMACHO
Præf. Vrb.

continetur, sub certos Titulos Reales LOCORUM COMMVNIVM refertur:

Studio & Operâ

JOH. PHILIPPI PAREI.

NEAPOLI NEMETVM
Impensis JOHAN. CAROLI VNCKELII
Librarij Francofurtensis
Excudebat Henricus Starckius

ANNO ∞ IↃ CXVII.

Viro præstantissimo

Dn.

SALOMONI LEIPERO: INCLYTAE Reipublicæ Dantiscanæ à secretis:

Salutem dicit

IOH. PHILIPPUS PAREUS.

VERAE *Amicitiæ vincula numquam vel sævis temporum injuriis dissolvi, vel dissitis locorum intervallis ullâ ratione dirimi posse, id verò tu præstantissime Dn. Leipere, nuper adeò luculentè mihi confirmasti. Cùm enim unum & alterum, immò tertium jam lustrum exactum sit, quòd divulsi corporibus sumus, animis nos semper conjunctissimos inter ea fuisse, litterarũ mutua vicissitudo dubitare nos minimè sinit. Enimverò hoc tibi affirmo, mi Salomon, te mihi nullâ non horâ in oculis fuisse ab omni eo tempore, quo discidium inter nos factum est, dum Heidelbergæ individuo contubernio uterque melioribus Musis li-*

taremus. Idem de te ut mihi seriò persuadeam, non unæ tuæ mihi testes sunt litteræ, præsertim postremæ illæ, quibus mihi læta illa gaudia annunciasti de Inclytæ ac Felicis Reipublicæ Vestræ Senatûs Amplissimi propenso erga me favore atque benivolentiâ. Quo quidem accepto nuncio, quantopere me recrearis, dicere non possum. Animi & grati & memoris hoc tibi tenue ἐνδειγμα esse cupio: ELECTA *inquam hæc ê Q. Aurelio Symmacho Præf. Vrb. Authore summo & gravissimo, sub certos disciplinarum Titulos velut sub unam aciem congesta. Gratam tibi hanc mei animi significationem fore confido vel ipsius Authoris causâ, quem lucubratiunculis meis nitidiorem reddere conatus sum. Quid enim aliud est Symmachus (utar verbis Ausonij) quàm* ex omni bonarũ artium ingenio collecta perfectio? *Stili autem delenifica ista facundia, cui magis probari queat, quàm tibi, qui tam Illustri Reip. ab Epistolis esse soles, cuique iam non obscuris legationibus operam utilem navasti? Sed tu certus iudicij mei de te, nunc recusas laudari: eòque plura scribere parco. Hunc mihi quæso affectum porrò persevera, Vir CL. & Vale. Neapoli Nemétum.* Anno ∞ IↃ CXVII. Kall. Martij.

ELE-

ELECTA SYMMACHIANA.

A

ACTIONVM. NEGOTIORVM. FACTORVM.

APTIVS est negotijs intimandis vivæ vocis indicium. *Lib. 3. Ep. 31.*

Actiones continuæ vigent. Non eodem motu flumina de stagno serpunt: & de fonte properant. Omne quod in cursu est, viget. Continuatio experientiæ vires suas renovat. 7. 60.

Magnis negotijs itidem ut magnis Comœdijs ecdecumati apponuntur actores. 10. 2.

ADMONITIONVM. MONITIONVM. Correctionum. Objurgationum. Reprehensionum.

Memorem monere ineptum. *Lib. 2. Ep* 53. Sic Plaut. *Cap. 2. 3. v. 36. Quæ memini, mora mera est monerier.* (44.

Redundantis est operæ, memorem commonere. 6.

ÆDIVM, ÆDIFICIORVM. DOMVS. Forium. Ostij.

Aetas, sive senectus etiam attribuitur ædibus. *Lib. 1. Ep. 10. Animus est amoliri senectutem.* Cassiodorus

Lib. 1. Var. cap. 25. *Vt antiqui Principes nobis merito debeant suas laudes, quorum fabricis dedimus longissimam juventutem: ut pristinâ novitate reluceant, quæ vetustate jam fuerant senectute fuscata.* Mamertinus Paneg. *Vrbium mœnia renovata ab Imper. induerunt juventutem.* Sic in Iure civili *ornamenta urbium ac decora marmorũ sentire senium temporis* legimus. Vide Iureti Notas ad Sym. dict. locum.

In ædibus honor marmoris splendebat: conclavia crustis tegebantur ditioribus. *Lib. 1. Ep. 12.*

Censorum notio fuit, spectare opere, quæ locassent. 1. 12.

Par sumtus est, semel solida collocare: & sæpe integrare cadentia. 6. 70.

ÆGRITVDINIS. ÆRVMNARVM. Miseriæ. Infortunij. Calamitatis. Tristitiæ. Afflictionum. Mœroris. Ægrimoniæ.

Amara condienda nonnunquam læto nuncio. 2. 18.

Solet ægritudines animi ratio mitigare. 3. 6.

Longinquitas temporis etiam dolores mitigare solet. *Ibidem Fors fuit, an dies longa quandoque haberet laxatum dolorem: siquidem malis omnibus finis de tempore venit. Stuporem diuturnitas facit.*

Multitudo miseriarum patientiam quandoque malorum inducit. 3. 5.

Exempla miseriarum etiam solatio esse solent. 3. 6. Pericles amissis recens liberis, venit in Curiam: sed patriæ causa cogebat. Anaxagoram Philosophum gravis de filio nuncius à disputationib⁹ non retraxit: sed Philosophiæ deferebat calamitatis suæ negligentiam. M. Horatius morte pignoris cognitâ, cadaver jussit efferri: sed hac constantiâ esse debuit, qui Capitolium dedicabat.

Amor lucis à naturâ datus, fulcit infirmitatem doloris. 3. 6.

Fas

Fas non finit, læta officia obire lugentes. 3. 21.
Est familiare virtuti, delinimenta exercitij sensibus admovere. Nam & Achillem vatum maximus refert, ægri animi curas fidibus resolvisse. 3. 74.
Quædam speciosa nominibus, usu & experiundo plurimùm nocent. 5. 9.
An quisquam tam duro ingenio natus est, ut multorum curis doloris vacuus interfit? 5. 12.
Imitanda non sunt, quæ doleas. 5. 13.
Vt ex longâ maris iactatione stabilis gressus serò reparatur: sic tempore opus est, ut tanti mali decessio locum faciat voluptati. 6. 77.
Multi in malis constituti opinantur Deos nihil curare: *A quâ opinione dissentit Symmachus.* 8. 6.
Illa adversa, quæ cum plurimis perferimus, more humani ingenij habent aliquod de societate solatium. 8. 27.
Amici casus nos admodùm percellit, Interea à funestis cogitationibus redeundum est in officia viventum. 8. 28.
Est familiare mœrentibus, animi curas migratione discutere. 9. 69.
Breves sunt doloris induciæ, & mox in miseras cogitationes recurrunt dissimulata paululùm mala. 9. 78.
Turpe atque impetibile est, attonito animo, & fronte mæstâ lætos adire conventus. Accepto namque vulnere miseros nos esse, dissimulare non possumus. 9. 123.
Luctus & dolor ob casus amicorum patienter ferendus. 9. 123.
In rebus dubijs una est salubritatis via, ut divina quæque vel proxima Deo consulantur. 10. 39.

AFFINITATIS Vide *AMICITIÆ.*

AGRICVLTVRÆ. AGRICOLARVM Rusticorum. Villicorum. Rei-Rusticæ. Agrorum. Prædiorum. Villarum.

Solemne fuit veteribus ruri vitam reliquam degere, postquam munia Reip. diu obijssent. 1. 2. *in Carmine Verini: Quòd vitam innocuis tenuisti latus in arvis.*

Sterilis annus ne semina quidem terris cōmissa reddere solet. 2. 52.

Ruri animi causâ versabantur. 5. *68.*

Catones atque Atilios æmulare: quos vomis & stiva ad Consulares misit secures. 7. 15.

Rure delectabantur: ubi arbores, cupressi, fontes: & situs, præsertim montanus. 7. 31.

Præsentia domini colit agrum. 7. *66.*

Crudam senectutem fovebant rusticatione, ducendis vitibus, aut arboribus inserendis 8. 69.

Rusticus olet tætras herbas. 4. 18.

AMICITIÆ. AMICORVM. COMMENdationis. Consuetudinis. Conversationis. Familiaritatis. Favoris. Gratiæ. Benevolentiæ. Affinitatis Sodalitatis. Cognationū. Vide etiam *Epistolarum.* Et *Laudis.*

Prudentis est videre, quo cum versetur: præsertim eorum, qui in publico munere versantur. 1. 3. *Oppidò cavimus, ne sobriam solitudinem nostram sodalitas plebeia fuscaret.*

Amici veri & die & nocte parati sunt ad officia præstanda. Docet id exemplo Ausonij Symmachus 1. 23. ex Comico: *Quàm vellem etiam noctu amicūo operam mos esset dari!*

Mollis est animus diligentis amici, atque ad omnem sensum doloris argutus: eòque impatienter fert silentium amici. Si negligentius tractes, citò marcet, ut rosa: si diutius teneas, livet ut lilia. 1. 34.

Amor fiduciam nutrit. 1. 37

Quid

Quid tam liberum, quàm amicitia? Eóque non succensendum amicis, si forte indignentur. Negocijs plærumque apposita est expostulatio sine labe concordiæ 1. 37.

Cassâ fide sunt amici, qui jugiter blandiuntur. *Ibid.*

Ita usu comparatum est, ut amicitia benè locata experiundo quotidiè probetur. 1. 42.

Benignitas superioris, nisi cultu teneatur, amittitur. 1. 46.

Amantium judicata veniunt in suspicionem gratiæ. Nam ubi certa est amicitia, ibi fides laudis incertior. 1. 52.

Incogniti & alieni commendatione longiori opus habent: non item amici & noti. 1. 63. & 94. *Vide paulò post similes sententias Symmachi.*

Vbi amoris rudimenta præventa sunt, secundæ gratiæ locus est, ut augmenta poscantur. 1. 66.

Amicorum desiderijs operam non negamus, dum justa credimus, quæ petuntur. 1. 72.

Quoties viris militiæ notis testimonia deferuntur, decet operam verborum facere compendij: quia nihil negotium est rebus cognitis immorari. 1. 75.

In amicitijs non fortunarum habendus est delectus, sed meritorum. 1. 60

Amicorum orata curare bonæ frugis officium est, præcipuè si non refragetur æquitas postulatis. 1. 77.

Fit sæpe, ut judicij severitatem frangat affectio, & amicorum facta, dictaque eâ indulgentiâ censeamus, quâ plærumque singuli etiam vitia nostra diligimus. 1. 78.

Sola officia scriptionum ad amicos nullum faciunt de assiduitate fastidium. 1. 82.

Amici impatienter ferunt silentium: quod genus querelæ amantibus familiare est. 1. 82.

Amicitia citò sanatur officio. 1. 91.

Dulce certamen est familiaris officij. 1. 92.

Inertiæ quoddam colludium est, semper æquâ lance

censeri: ideóque amicus amicum studijs & officijs debet superare. 1. 92.

Qui commendationem amici promoret, suæ famæ quoque consulit. 1. 93.

Bonæ & exploratæ amicitiæ, vel si cesset officium, satis tutæ æstimationes sunt. 1. 95 (silentij. 1. 95.

Longè diversa conditio est fortuiti, quàm affectati

Videtur injurium flagitare officia, quæ sponte religiosus animus pollicetur. 1. 97.

Amicitia usu credita, & expensa documentis, à periculo suspicionis aliena est. 1. 98 (ratio. 1. 99,

Quid religio (h. e. amicitia) ubi agit, desideratur o-

Instaurant dolorem fera solatia: & ideò amici mutuum silentium præstare suis calamitatibus debent ne fortunæ vulnera, quæ cicatricem processu temporis ducunt, intempestivè contrectata crudescant. 1. 100. (bus induamus? 1, 101.

Qui fieri potest, ut os unum contrarijs affectioni-

Fratrum (& *Amicorum*) negotia velle cognoscere, pia & honesta curatio est. 2. 3.

Integer animus putat innocentiam suam minui, si periculis suorum desit. 2. 7.

Commendatio præstari debet incognitis. 2. 9.

Iustitia quidem suffragium non requirit: sed amicitiarum plerumquæ respectu, causarum celeritas adjuvatur. 2. 10.

Iusta coniectura est, quæ de amicorum pondere, & æstimatione colligitur. 2. 16. (2. 20.

Fides amicorum officijs debitorem esse non patitur.

Voluntarijs amicorum officijs non est necesse aculeos exhortationis adhibere. 2. 26.

Pro optimis viris quisquis intervenit, non magis illorum videtur juvare commodum, quàm suum commendare judicium. 2. 29.

Levatur ægritudine animus, quoties in officia amica dirigitur. 2. 32. (gnari. 2. 43.

Est humanitatis, aliis quoque placitos amore di-

Qui

Qui Deûm beneficio potiuntur optatis, venerarii ipsos coram datores bonorum gratiæ instar existimant. 2. 45.

Vehementer injurium est, ex alieno peccato, nævum violatæ religionis attrahere. 2. 55.

Hoscine homines arbitreris, qui plus amicis consilio nocent, q̃ inimicis odio obesse potuissent. 2. 55.

Virtus suâ luce conspicua aversatur auxilium commendationis alienæ. 2. 65.

Si amicitiæ semper ratio deposcit, ut mutua negotia alternis juvemus officijs, quanto impensior utilitatibus propinquorum cura debetur, quorum nobis bona & adversa communia sunt? 2. 66.

Humanitatis interest, commendationem deferre poscentibus. 2. 70.

Amici veri etiam cum valetudinis dispendio amicos invisere sustinent. 2. 79.

Amor officiorum modum non tenet. 2. 89.

Veri amici neque locorum interuedente divortio, in oblivionem familiaritatis adducuntur. 3. 2.

Satis est ad amicitiæ fiduciam, redamari. 3. 2.

Affectus moræ impatiens est. 3. 3.

Minus est necessitate officium deserere, quàm voluntate præproperâ judicare. 3. 3.

Ideo litteras adfabra rerum vel natura, vel industria peperit, ut numquam muta esset affectio: Et si quando absumus, linguæ ut operam fungerentur signa verborum. 3. 17.

Qui alteri culpæ ducit officij negligentiam, pollicetur de se operam promtiorem. 3. 20.

De præsentibus amicis bona plura sumuntur. 3. 12. *Vide etiam* 5. 20.

Fas non sinit, læta officia obire lugentes. 3. 21.

Semper fieri amat, ut habitum mentis de amicorum ore ducamus. 3. 21.

Amicus verus ita animatus est, ut amicorum prospera suis commoditatibus externa non arbitretur

tretur. 3. 24. & 25., & 26.

Indignius læditur, quem religio non permittit offendi. 3. 18. Vide infr. Tit. *Calumniæ.*

Plus accepit, de quo sibi aliquid alterius amor vendicat. 3. 25.

Rebus potius, quàm verbis spectatur oratio. 3. 28.

Fiducia de simplici affectione surgens, genus est virtutis. 3. 29.

Diligentiam amoris fortuna amici sæpe sollicitat: & laborantibus commendatio una non sufficit. 3. 31.

Affectio boni animi capax est augmenti, quoties meritis provocatur. 3. 31.

Redundantis est operæ laudare compertum. 3. 14.

Ex usu venit, ut opem desiderantes ad suffragia probata confugiant. 3. 35.

Superforanei laboris est, commendare conspicuos, ut si in sole positis facem præferas, & accensu luminum claritudinem diei gestias adjuvare. 3. 48.

Qui ex intervallo reddit officia, testatur eos se maluisse differre, quorum oblivionem dies longior non posset obducere. 3. 59.

Non satis est amicus, cui solemne aliquid statim redditur. Honestior est illa securitas, quæ putat sibi deforme non esse, si quid diu familiaribus debeatur. 3. 59.

Amicitia non potest sentire officiorum satietatem. 3. 61.

Insitum est bonis mentibus, ut quæ copiosè ex alijs optamus, ea ipsi largiter deferamus. 3. 61.

Amicitiam decet munerari affectu religionis, & assiduitate colloquij. 3. 64.

Ambitu & labore non est opus, ubi ex naturâ diliguntur boni. 3. 66.

Non pereunt officia delata sapientibus. 3. 68.

Ea

Ea rerum est natura, ut officiorum diligentia fructu vicissitudinis incalescat. 3. 71

Novæ familiaritatis auspicibus plus debetur officij. 3. 79.

Solet bonorum separatio statim diuturna videri. 3. 84.

Longo orationis ambitu commendantur incogniti. 3. 87.

Probitate & honore pollentibus viris, nihil addit aliena oratio. Suâ enim luce conspicui precarijs testimonijs non juvantur. 3. 91.

Meriti proprij conscius suspiciones gratiæ fugit, & in examen alterius veniens, non vult sui commendationem testi magis debere, quàm judici. 4. 5.

Commendationem non desiderat, qui ad agendas gratias pergit. 4. 5.

Inconstans est amor, qui incrementa non accipit. 4. 6.

Nihil ulterius ad destruendas amicitias callidum cogitare, quas vident insidijs suis crescere. 4. 15.

Vt in recipiendis familiaritatibus circumspecta cautela esse debet: ita in retinendis firma constantia. 4. 15.

Nihil bonæ rei inter amicos dividi amor æquus mutuus sinit. 4. 18.

Nemo flagrantius amicitiam colit, quàm qui irascitur negligentiæ. 4. 20.

Hunc morem quædam institutio vetusta constituit, ut eorum ante recurrat adfatus, quos à proprio lare peregrinatio longa disterminat. 4. 23.

Vicissitudine scribentium animi incitantur. 4. 23.

Non est fas torpere studium, quod æqua benignitas compensatione gratiæ muneratur. 4. 26.

Sermo omissus amicitiæ negligentiam videtur arguere, parcus infantiam. 4. 27.

Amicitiæ fiducia non semper ex litteris pendere debet 4. 28.

Tanta est securitas veræ amicitiæ, ut de suâ fide æstimationem mutui amoris assumat. 4. 30.

Bona

Bona animi etsi spargi in plures putantur, unicuique tamen plena & indivisa proficiunt. 4. 35.

Vt animus celerior est litteris, ita prius fuit amare, quàm scribere. 4. 35.

Amicitia de mutuis constat officijs. 4. 39.

Taciti admiramur amicos: quia plus habet ponderis tecta veneratio. Relinquamus verborum blanditias novis inter se amicis. Illos juvent alterna præconia usque ad fidem fœderis. Nostra caritas adyto pectorum recondatur. Ipsa habitatio cordis in operto est. 4. 42.

Amor fictus in delinimenta submittitur. Amicitiæ cultus ingenuus est. Alba velamina, non segmentati amictus fidem vestiant. 4. 42.

Exigant stili vicem, qui animi non merentur. 4. 49.

Negationem gaudij amor nescit ignoscere. 4. 55.

Nullus verior æstimator est alieni amoris, quàm qui de suo sumit exemplum. 4. 59.

Fides amicitiæ syngraphan non requirit. 4. 62.

Convenit vinciri sacramento fidrm, si quando amicitia in suspicionem gratiæ venerit. 4. 64.

A fratre amati mavelim, quàm suspici. 4. 42. Sic Martialis Lib. 2. Epigr. 55. *Vis te Sexte coli. Volebam amare. Parendum est tibi: quod jubes coleris. Sed site colo, Sexte, non amabo.*

Spontanea officia stimulo exhortationis non oportet incitari. 5. 3.

Qui omnium sermone celebrantur, & improbitatis laude conspicui sunt, incognitos quoque ad amorem propriæ familiaritatis invitant. 5. 4.

Verbis agenda non sunt, quæ melius interpretatur affectio. 5. 5.

In dubium voluntarij amoris fides non venit. 5. 6.

Litterarum nutrimentis amicitiarum cultus adolescit. 5. 8.

Non oportet preces ad hibere, cùm sola amici voluntas studium debeat acuere. 5. 22.

Pio

Pio studio præveniri nullus est pudor. 5. 28.

Revera affectio omnis impatiens est etiam justæ ac legitimæ tarditatis. 5. 30.

Amicis justa cupientibus usui esse debemus. 5. 39.

Impatienter amicorum soleo perferre dissimulum. 5. 40

Qui amanti nugas suas, & deliramenta committit, non debet formidare judicium. Commendatur enim religione, quicquid culpari potest examine. 5. 43.

Illa potius amica sunt colloquia, quæ sponte tribuuntur: at in respondente referri magis necessariam vicem, quàm deferri magis spontaneam scriptionem. 5. 44.

Bene cognitis ac probatis commendatio promta debetur, ut ad notitiam bonorum sub honestâ adstipulatione perveniant. 5. 48.

Quisquis amici famam negligit, fide lubricâ est. Nam etiam in aliorum injurijs pro existimatione amicorum sollicitari par est. 5. 54.

Officia ex debito religionis profecta jactationem recusant. 5. 64.

Maximum lucrum est, quærere familiaritatem bonorum. 5. 64. & lib. 7. Ep. 85. *Laudabilis quisque hanc solam pudoris atque honestatis mercedem exoptat, ut ad intimam familiaritatem bonorum purâ conciliatione conveniat.*

Amici opulentiores venationē mittebant dono. 5. 68.

Amicitia, quæ celebratur officijs, numquam certo fine contenta est. 5. 72.

Non ex officij parcitate amicorum religio & cura pendenda est. Plærumque enim scribendi cupidis defit occasio: nec tamen amicitiæ memoria temporali silentio consenescit. 5. 89.

Bona voluntas, quæ ex ingenio venit, non est agitanda calcaribus. 5. 94.

Amor nescit diligere. 5. 85. Sic 3. 45. Parvum est in amante judicium.

Amicitia animis non animis æstimatur. Rudis igitur non videatur eorum affectus, quorum cultus in amicos annosus est. 6. 17.

Pri-

Primi aditûs sermo commendat incognitos. 6. 24.

Vberius scribendum est, si commendentur incogniti. 6. 27.

Operæ redundantis est, cunctis nota replicare. 6. 31.

Copiosior in sensibus manet gratia, quàm sermone proferatur. 6. 48.

Quæ exmore fiunt, etiam gratuita delectant. 6. 76.

Assiduitas scriptionis multum levaminis tribuit absentibus. 7. 5.

Ea inter amicos petitionum debet esse conditio, ut præstantibus prona videantur, quæ sunt magna poscentibus. 7. 26.

Amicis honorificentiam litterarum denegare nefas: ne religionis negligentes judicemur. 7. 28.

Brevitas litterarum inculpabilis est, cùm ex injuriâ valetudinis non ex voluntate descendat. 7. 28.

Laudabilioris officij est, participare dubia cum civibus. 7. 38.

Obsolescit quadam silentij rubigine animorum fœcundus. 7. 55.

Omnia facilivicissitudine & compensatione redduntur: Contractus verò amicitię & religionis æternus est. 7. 55.

Humanitas nos hortatur opem poscentibus non negare. 7. 56.

Amicitia jugis viget. 7. 60.

Ideò amicitia comparata est, ut officiorum vicibus mutua gubernetur utilitas. 7. 62.

Nulla charitas ita plena est, ut augmentum non capiat. 7. 63.

Amicorum prospera voluptate partimur. 7. 65.

Qui sperat brevi se venturum in conspectum amicorum, solet scribendis epistolis abstinere. 7. 67.

Amici ægrè ferunt se præteriri 7. 69. *Tradiderunt memoriæ, in judicium quendam vocatum, q Articâ tenus precarium de amico cantherium mutuatus, ulterioris clivi arduа prætersset. Ita prætervectus decretum locum, commisit in amicitiam.* Lau-

Laudabilis quisque hanc solam mercedem pudoris atque honestatis exoptat, ut ad intimam familiaritatem bonorum purâ conciliatione perveniat. 7. 85.

Omnis commendatio amicis testimonium tribuit, suffragium præstat incognitis. 7. 87.

Amicitiæ parentum rectè in liberos transferuntur, ut charitas semel inita, successorb⁹ eorum velut hæreditario jure proficiat. 7. 88.

Affectum, non verba desiderant amici. 7. 97.

Pro cognitis & probatis pauca dicenda sunt. 7. 102.

Pijs contractibus amor sufficit. 7. 104.

Amor mutuus facit, ut amicis ex usu nostro agenda delegemus. 7. 106.

Præclaris moribus familiare est, opis indigos sublevare. 7. 107.

Plerumque non amicitiæ negligentiâ, sed obstrepentibus curis officia retardantur. 7. 117.

Amicorum liberis usui esse debemus. 7. 124.

Devotio non requirit excursum. 7. 129. *Liceat igitur imitari erga te parsimoniam religionum, quibus jura amicitiæ conferuntur, & officium pium brevi paginâ tamquam parvo ære persolvetur.*

Affectio animi in amicos non semper litteris æstimãda est. Religio enim fide pectoris continetur: in verborum officijs latet plærumpue simulatio. Sufficit amanti brevis & districta purgatio. 8. 11.

Amicitiarum non fuiget respectus. Religio enim magis fide animi metienda est, quàm ostentatione verborum. 8. 12.

Ex debito venit sermo, qui redditur: ex beneficio, qui sponte defertur. 8. 15.

Amicitia curiosa esse solet rerum amici. 8. 23.

Semper in rescribendo decet esse prolixum. 8. 24. *Vide* totum locum: & simile egregium de fontibus.

Familiares paginas eos oportet extendere, quibus non est necesse geminare. 8. 26.

Amici casus nos percellit. Interea à funestis cogitationib⁹ redeundum est in officia viventium. 8.28.

Ego eam dico legē litteris amicorum, ut assiduitate illorū animos probent, meum bonitate delectēt. 8.33.

Commeantibus multis fidam occasionem debet excerpere scribentis electio. 8.34.

Serò scribere amicitiæ tenacis indicium est, cujus memoria repetitis ex intervallo probatur officijs. 8.35.

Quid tam rationabile est, quàm tribuere collegæ, quod tibi quandoque bonos cupias exhibere. 8.40.

Diligentia erga amicos jugiter manet: occasionum verò raritas scripta distinguit. 8.42.

Inter cætera parentum decedentium bona, amicitiæ quoque affectanda successio est. Et fortasse studio validiore captanda familiaritatis hæreditas: quia facultates, fortuna præstat, charitas judicio fœderatur. 8.43.

Consentaneum est naturæ, ut officia inchoata, & probata coalescant. 8.43.

Rarum est in amante judicium. 8.46.

Amantes moram ferre non possunt. *Ibid.*

Dolor corporis officiorū familiariū sequestrator. 8.54.

Mos priscus, ut domo profecti litteras auspicentur. 8.56.

Plerisque persuasum est, auspicium salutationis profectis esse capiendum. 8.60. Sic 8.63. *Admonueras, cùm proximè urbe digrederer, si vellem tibi aditum scriptionis aperire, ut prior litteras iachoarē. Satisfacio voluntati tuæ, quæ observantiā prisci moris amplectitur.*

Familiarium officiorum usus inter adversa negligitur 8.73.

Amicitia vices requirit. 8.74. *Quod si pari lance reddideris, studium meum incitamento religionis acuetur.*

Plærisque amor est, undique gentium pretiosa conquirere, Me juvat studiosos sapientiæ viros in amicitiæ possessionem vocare. 9.2.

Vicissitudo testatur, quòd litteræ gratæ fuerint amicis. 9.8.

Quæ

Quædam scintilla sapientiæ est, violatum luminibus applicari. 9. 9.

Amoris signum est, vicissim desiderare, quæ præstas. 9. 26.

Inter absentes alterna epistolarum detertatio plærumque ad odia procedit. 9. 26.

Religiosa cura est, quæ amicorum liberis exhibetur: præsertim si familiaritas majoribus delata, cumuletur meritis posteriorum. 9. 34.

Solet multorum caduca & fragilis esse affectio. 9. 34.

Eos solemus diligere, qui sunt cupidi otij, & nescij ambiendi. 9. 38.

Religiosa potius, quàm invidiosa est quæstio, quæ fidem pactorum repetit. 9. 43.

Quisquis à nobis in commendationem sui litteras à nobis petit, præstat gratiam, quam se putat accipere. Antiquior enim nobis solet esse amicitiæ cultus, quàm illis præsidij impetratio. 9. 46.

Mores similium virtutũ conjunctione gaudent. 9. 47.

Ad posteros amicorũ curam transferre debemus, ne fides cum homine interijsse videatur. Aliorum namque filios hæreditario quodam jure defendimus. 9. 48.

Moris est, bene cognitis ac probatis ferre suffragium: nec personas hominum: sed vitæ merita cognitare. 9. 57.

Intervenire pro justis debitis non recusare debemus. Malitiæ est enim repudiare locum gratiæ in his, quæ ipsa postulati æquitas commendat. 9. 58.

Non novos & incognitos: sed compertos fide & antiquitate candoris amicos promti commendatores alijs insinuamus. 9. 59.

Absentia amicorum plærisque occulit merita, si testimonio præsentium deferatur. 9. 59. (9. 62.

Studia & amorem bonorum probabilis vita conciliat.

Observantiam vetus usus induxit, ut domo profecti præstent auspicium mutuæ scriptionis. 5. 63.

Religio animis potius, quàm muneribus æstimatur. 9.65.

Amicitias optimorum primi sæpe expetere solemus 9.68.

Qui suâ operâ amicitias inchoant, haud pigrè & negligenter accipiunt munus religionis oblatæ. 9.71.

Voto faventis, non exitu rei animus obligatur. 9.74.

Mutua diligentia religiosis salutationibus est excolenda. 9.76.

Amicorum consuetudo non debet carere fructu: secundùm Comicum: *Numquam te adeo, quin abs te doctior abeam.* 9.84.

Amici gaudia sua communicant cum amicis. 9.85,86.

Veræ amicitiæ hæc est ratio, ut commoda nostra mutuò gaudeamus. 9.86.

Amore sæpe fallimur in judicijs. 9.87.

Amicitiæ etsi respuit lenocinantia, & fuco óblita, & ad gratiam comparata verba: tamen cum pudore admittit judicia amicorum. 9.87. *Pudoris mei non est, ut mihi ipsi talem me esse persuadeas.*

Gratiosa est amicitia, & á severo examine in blandiores sensus caritate mutatur. 9.88.

Validior est amicitiæ causa: quàm gratiæ. 9.90.

Precariæ epistolæ postponendæ legitimis. His frequentius charitas studeat: illis non numquam præstet humanitas. 9.90.

Stili assiduitate acuitur amicitiæ diligentia. 9.91.

Plærumque officijs simulatur affectio. 9.92.

Amicitiæ sinceritas pectoris magis fidem postulat, quàm delinimenta sermonis. 9.92.

Omnia amicorum festa sunt communia. 9.106.

Amicitia muneribus conservari solet. 9.119. & 120.

Nihil magis, quàm existimationem familiarium debemus curare. 9.127.

Apud amantes jactantiæ nævus non timendus. 10.1.

Eorum famam curare decet, quos diligimus. 10.4.

Non solet ab amicis anxiè venia postulari. 10.6.

Ami-

Amicitia mutuis gaudet officijs. 10. 8.

Semper natura gaudet æqualibus, & familiare sibi est omne, quod simile est. 1. 43. & 1. 6. & 9. 47.

Cùm pares sunt aliqui culpâ & negligentiâ, dulce colludium est, ut cum altero neuter expostulet, veniam cùm dederis, impetrasti. 3. 5.

Ex naturâ venit, ut quisque moribus suis proximum diligat. 3. 66. Habet & hanc sententiam 1. 43. & 9. 47.

Virtutum similitudo concordiam facit. 3. 86. Habet eandem sententiam. 1. 43. & 1. 72.

ANIMALIVM-BRVTORVM.
Avium. Cochleæ. Equi Crocodili.

AIVNT cochleas, cùm sitiunt aeris, atque illis de cælo nihil liquitur, succo proprio victitare. 1. 33. Quæ sententia tota expressa est ex Plaut. *Capt. 1. 1. v. 12.*

Hispania dives equini pecoris. 4. 59. & 4. 60.

Crocodili quinquaginta pænè dies inediam ferre possunt. 8. 43.

Equos Curules ex Hispaniâ petebant. 7. 82. 105. 106. & 9. 12. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Est huius indulgentiæ in quibusdam avibus exemplum, ut nutrimenta senescentibus ætas prima vicissim comportet. 5. 67. Sic Aristophanes de Ciconijs.

Αλλ' ἐστὶν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος·
Παλαιὸς ἐν ταῖς τῶν πελαργῶν κύρβεσιν·
ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους
Πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων
Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Græci vocant inde ἀντιπελαργεῖν καὶ γηροβόσκειν.

ANIMI-FORTIS-HEROICI.

CORDATI viri animus non solet quolibet honorum culmine mutari. 8. 1.

Ille verè incrementis suis major est, quem sublimitas parti honoris inclinat. 9. 91.

Exultans animus gloriatur, & ostentatione sui non potest abstinere. 8. 5. *Vide etiam* 1. 7. & 37.

ANNI. TEMPORIS.

CALENDIS annus aperitur. 1. 44.

Vt ex longâ maris jactatione stabilis gressus serò reparatur: sic tempore opus est, ut tanti mali decessio locum faciat voluptati. 6. 77.

Remissa tempora, & ab negotijs publicis feriata, libris veterum ruminandis expendenda. 1. 53.

Expendendo tempore omnia ruunt in deterius. *Ibid.*

Hoc ut significarent Poëtæ confinxerunt metamorphosin ætatum. Vide lib. 1. Ovid. Met.

Fama temporum observanda. 9. 131.

Calendis munera offerebant veteres. 10. 27. & 35. *Vide.* Munerum.

ANNONÆ.

ANNONARIÆ rei boni Principes accuratam semper curam gesserunt. 10. 21.

Boni Principis est providere, ne res annonaria in graves cogatur angustias. 10. 38.

Præfectus Annonæ designatus Romæ fuit: qui rem annonariam curaret. 10. 43.

ANNVLORVM.

Vide Tit. *Epistolarum.*

ARBORVM. FRVCTVM.

VERBENA inter arbores felices habita: quæ Kall. novi anni loco strenæ data olim auctoritate Tatij

Regis.

Regis. 10. 35. Vbi vide Miscellanea Iureti.

ARROGANTIÆ. FASTVS.
Superbiæ. Ambitionis. Ostentationis. Φιλαυτίας. Iactantiæ. Insolentiæ.

NEMPE derides, quòd de me aliqua justo indulgentius prædicavi? Est hæc vera & digna reprehentio. Omnis quippe ostentatio non caret suspicione mendacij: quia quicquid assumitur, proprium non putatur. 1. 1.

Sed dicis cum pudore præstrictum, successuum suorum vitasse jactantiam. Quisquam ne cùm de se loquitur apud seipsum, erubescit? 1. 16.

Exultans quippe animus gloriatur, & ostentatione sui non potest abstinere. §. 5.

Fastus & otium fortunæ grandioris vitia. 10. 21.

Moribus potius, quàm insignibus æstimanturij, qui in publico munere. 10. 24.

In magnos animos non cadit affectata jactatio. 10. 29.

ARTIFICVM. OPERVM. STATVARIORVM. Opificum. Salinarum.

STATVARIORVM mira & insolita olim fuerunt opera. 1. 29. *Iupiter Olympius Phidiæ: bucula Myronis: Canephoræ Polycleti.*

Varia Corpora artificum in Republica oportet sint: quæ patriæ serviant. 10. 54. Vide totam Epist.

ROMÆ mancipes fuerunt Salinarum: qui Salinis præerant. 9. 105. & 10. 65.

ARTIVM. STVDIORVM. Philosophiæ. Poëtices.

SIQVID *componebant, recitabant alijs, antequam in vulgus ederent.* 1. 1. *Si quis irrepserit externus*

auditor. Huius recitationis crebra fit mentio in Epistolis Plinianis: itemque in Suetonio.

Ea quæ grata sunt lectu in Authoribus, relegi merentur, & celeriter releguntur. Sic ait Symmachus pater de Epistolâ filij sui. Quid concinnius epistolâ tuâ? Verè dicam tibi, plura legere volentibus celeriter terminata est. l. 2. & l. 32. *In epistolâ Ausonij.* Sic 4. 52. *de litteris Florentini:* Nec semel legisse suffecit: ut si quid aviditas primâ perstrinxerat, inculcaret iteratio.

Versibus solebant elogia bonorum cantari. *l.* 2.

Dictabant suos libellos, ut exscriberentur. l. 2.

Alijs emendandos tradebant. l. 2. Imò & censendos. *Ibid. & l. 3.*

Diligenter legebant omnes authores. l. 3. *Quicquid in Poëtis lepidum, apud Oratores grave, in Annalibus fidele, inter Grammaticos eruditum fuit, solus hausisti, justus hæres veterum litterarum.*

Pythagoras animas in æternitatem primus asseruit. l. 4. Plato Deos esse persuasit. Aristoteles naturam benè-loquendi in artem redegit.

Litteras longas petere est veri amoris indicium. l. 14.

Anxè alij aliorum monumenta expetebant. l. 14.

In Athenæo Professores & Rhetores sua profitebantur studia. l. 15. & 9. 83. Capitolinus in Pertinace. Lamprid. in Alex. Severo, & Gord. Sidon. Apoll. 2. 9. & 4. 8. & 9. 14.

Nihil morari debemus vulgus ignobile Philosophantium, quod Philosophiam fastu & habitu mentitur. l. 23. Vlpianus vocat hoc, simulatam Philosophiam affectare. l Et ridet atque exagitat hoc genus Philosophos multis in locis Lucianus.

Negligentia librariorum ab omni ævo culpata. l. 24. de libris Plinij. *In quibus opulenta eruditioni negligens veritatis librarius displicebit.*

Paucos nostra ætas tulit, quorum germana sapientia ad vetustatem vergeret. l. 29.

Multi

Multi Philosophiam fastu & habitu mentiuntur. 1. 29.

Emittendi operis, quod quis probat, magna est prurigo. Facilius enim est, ardentes favillas ore comprimere, quàm luculenti operis servare secretum. 1. 31.

Qui emittunt novum opus, non debent extimescere invidorum & æmulorum duros invidiæ dentes *Ibid.*

Quodam pacto societatem laudis affectat, qui aliena benedicta primus enunciat. 1. 31. Vide totam Epist.

Eapropter in Comœdijs summatem quidem gloriam scriptores tulerunt: Roscio tamen, atque Ambivio, cæteris-que actoribus fama non defuit.

Vetus est sententia: Artes honore nutriri. 1. 43.

Bonæ artes honore nutriri solent: atque hoc specimen est florentis Reipublicæ, ut disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur. 1. 79. & 1. 96.

Epigrammata & versus in lucis & amnibus componunt Poëtæ. 3. 13.

Secundo cursu probæ artes & virtutes feruntur. 3. 43.

Philosophi ornatu convenienti usi sunt. 2. 61.

Qui litteris operam dant, Camænarum florem Heliconis ructant. 4. 18.

Quisque suis delectatur studijs: Alij rei rusticæ dediti sunt; alij vino: alij natationibus: Alij studijs. Quod sic exprimit Symmachus. 4. 18. *Tetras herbas olet rusticus: vinum anhelus ructat ganeo: nantem sequitur gravedo: vos Amici Camænarum florem ructatis Heliconis.*

Dissimulari studia vera non possunt. 4. 18.

Senes sæpe redeunt ad studia juventutis. Sic ait Symmachus: *Dum filius meus Græcis litteris initiatur, ego me denuò studijs ejus velut æqualis adjunxi. Repuerascere enim nos pietas jubet, ut litterarum dulcedinem liberis nostris labor participatus insinuet.* 4. 20.

Solebant studiorum causâ peregrinari Athenas Atti-

Atticas, reliquave Gymnasia Musarum. 5.35.

Studia interdum distinguebant venationibus. 5.67.

Distinguenda est lectio juvenum, non alveolo, aut pilâ, nec trocho Attico, vel Græcis palæstris, sed alacri fatigatione, & innocentis audaciæ gaudijs. 5.68.

Mediocribus scriptis amicorum benignitas scit favere, alienorum invidia nescit ignoscere. 5.85.

Librarij libros eruditorum servabant. 5.85.

Bonæ artes stimulo præmiorum felicius incitantur. 8,30.

Senes interdum ad parvulorum studia se applicant. 8.69.

Professio bonarum artium quasi pulchritudo etiam in alieno corpore delectat. 9.33. Huc pertinet locus 1.29. Tune audeas de Philosophis judicare? licet alienas spectare virtutes. Nam & Phidiæ Olympium Iovem, & Myronis buculam, & Polycleti Canephoras, rudis ejus artis hominum pars magna mirata est. Vide seqq.

Fructus laboris est, placere melioribus: & pro industriâ atq; integritate palmâ judicij promereri. 9.42.

Scholæ sunt, quæ positis in se dant dignitatem: inquit Ambrosius. 9.55.

Nullius studium legibus obest. 9.131.

Quæstores Orationes Principum recitabant, & legebant. 10.2. Vide Suet. Aug. cap. 65. Ner. cap. 15. Tacit. lib. 16. Annal. Eosdem Candidatos Principis vocat Vlpian. l. 1. de off. Quæst. Iulianus autem Imperator solus post Iulium Cæsarem Orationes suas ipse recitavit in Senatûs Curiâ: ut testatur Epiphanius Hist. Trip. 3.1.

Romani liberis suis erudiendis ex Atticâ Præceptores poscebant: qui civitate donati post modùm. 10. 25. Vbi Celsum nominat Symmachus: qui nullum quæstum professionis affectavit. Carneades item, Clitomachus, & Zaleucus civitate donati.

Eòque

Eòque inhumanitatis notam subeunt : qui publicos magistros omni servitute premunt. Quâ de re alius dicendi campus nobis aperietur.

ASSERTIONIS. AFFIRmationis Negationis.

NOTÆ rei cessat assertio. 1. 61. & 75. & 3. 10. & 4. 59. 6. 30.

AVLÆ. AVLICORVM

DISTINCTA fuére semper officia aulica. 1. 60. Romanus familiaris meus aulicis etiam nunc paret officijs, utpote sacri administer ærarij.

Aulicorum studia plurimum obesse & prodesse possunt. 10. 61.

Aulici sæpe potentiam suam famæ Principis præferre solent. *ibid.*

Aulicos multi solent ambire : adeò ut diligentes existimationis viri pro alienis vitijs erubescant. 9. 88.

AVXILII. OPIS. SVBSIDII.

EX usu venit, ut opem desiderantes ad suffragia probata confugiant. 3. 35.

Humanitas nos hortatur opem poscentibus non negare. 7. 56.

B.

BALNEI. LAVACRI.

IN Campaniâ multæ thermæ. 6. 49. Quas picturis exornabant. 6. 49.

Balnearum magnam curam habuerunt veteres. 7. 18. *Balneum tibi nuper exstructum est, cui torris unus ad justi caloris pabulum satis facere narratur.*

Manci-

Mancipes salinarum exercebant in urbe lavâcra lignorum præbitione. *9.* 103.

BELLI. MILITIÆ VICTORIÆ. PVGNÆ.

OLIM cùm res Romana adoreæ militaris potita est, Polluces gemini apud Iuturnæ lacum prælij secunda vulgarunt. Eos quippe priscorum voluminum fides tradidit, anhelis equis, plenos sudoris & pulveris famâ belli post tergum relictâ, indicium affectasse victoriæ. 1. 95.

Sæpe senes inter tirones militare solent. 6. 53.

Rorarij levis armaturæ milites. 8. 48.

Pretia desertorum confuso errore poscuntur. *9. 66.* Vide leges sub tit. *De desertoribus.* C. de quibus etiam in Th. & Valent. Novell. de tyronibus & occultatoribus eorum. Augustinus in concione de Gestis cum Emerito. *In errante & deferente milite crimen est desertoris: character autem non est desertoris, sed Imperatoris.* Et mox, *Nescis quia desertor est de charactere damnatur, de quo militans honoratur.* Hæc Iuretus.

Milites cohortium urbanarum ad Cornicularium gradum provecti sunt. 10. 63. De Cornicularijs vide eo loco Miscell. Iur. pag. 304.

Qui sine offensione peragerent militiam, prærogativam solemnem nacti sunt. *Ibid.*

Bellorum quidem glorioso exitus fama non occulit: sed maior est victoriæ fides, quæ occulis approbatur. 10. *68.*

BENEFICIORVM. BENEFICENTIÆ.

Benignitatis. Liberalitatis. Præmij. Vide etiam *Donorum & Virtutis.*

SOLENT impatientes dilationis esse, qui sperant in se aliquid muneris conferendum. 1. 6.

Qui opibus inlaudatus juvatur, necessarium magis do-

donum, quàm justum præmium videtur adipisci. 1. 6.

Si quid in absentes benè consulas, impensu majore gaudetur. 1. 11.

Præmia & honores alunt artes. Docet id exemplis Symmachus. 1. 21.

In remunerandis beneficijs, jejuna est verborum vicissitudo. 5. 47.

Beneficia illa grata sunt, quæ apud memores collocantur. 5. 49.

Necesse est seros æstimatores beneficiorum, cùm succedant angustiæ copijs, dissimulatam gratiam collatione sentire. 6. 1.

Pænè injuriam facit benignitati, qui anxiè petit, quod præstantis natura sponte promittit. 7. 62.

Famæ & gratiæ decus beneficentiâ acquiri solet. 7. 94.

Beneficij loco exprobrare non possumus, quod ex debito deferimus. 7. 99.

Agendis gratijs par esse non potest mediocritas verborum. 7. 105.

Sæpe dum petitur beneficium, præstatur. 9. 102.

Impatiens est accepti beneficij, qui nexu properat liberari: nec videtur mutuam operam quasi amicus accipere, si erubescit ad moram gratiæ. 9. 114.

Minus grave est debitorem, quàm ingratum videri 9. 117.

Beneficijs Principum gratiæ condignæ reddi verbis nequeunt. 10. 21. *Si parva adhuc sunt dicta, munerum vestrorum imputate miraculis.*

Beneficia oblata instanter exigenda: præsertim Principum & Imperatorum. 10. 26.

Pro beneficijs si non simus solvendo, cælestibus delegamus virtutibus: h. e Deo. 10. 27.

Dilatione exspectatio nutritur. 1. 1. Sic ferè Drepanius Panegyr. *Est omne desiderium post spem impatientius.* Unde Sidonius. Apollin. 6. 12. Papam

patien-

patientem laudat, quia prius indulgentium soleret respicere causas, quàm inspicere personas. *Nullus* ait, *obest tenuitati, debilitatique, &c.*

Ausonius etiam in Paneg. Gratianum scribit solitum *spem superare, cupienda prævenire, vota præcurrere, quaque animi celeritas affectaret. beneficijs præstitis antecedere.* Et postea addit: *Præstare tibi est, quàm nobis optare velocius.*

Sed & author Panegyrici, dicti Flavienſiũ nomine, Constantium Imperatorem ita alloquitur: *Si consilium callidioris amici admittteres, esset quod fortasse reprehenderetur, nimium te facere ea, quæ sis tributurus operire, &c.* Pari denique honore Theodosium prosequitur Latinus Pacatus, cùm refert, *tam certa illius fuisse beneficia, ut tum accepta viderentur, cùm sponderet: quia vota hominum non fatigaret, nec adhiberet muneribus artem difficultatis.* Cui etiam consensisse videtur Symmachus. 10. 48. Quare gloriantur Arcadius & Honorius. 11. Cod. Theodos. de infirm. quæ sub Tyr. Vbi profitentur *sese ultrò deferre beneficia inopinantibus.*

Injurium est, maximopere flagitare, quod speres, ne quod est voluntarium, videatur extortum. 1. 36. *Eandem sententiam exprimit Symm.* 1. 41. Vereor ne me injurium putes, qui à te postulem, quod sponte præstaturus es.

Quoties parentum beneficijs obligamur, necesse est ad hæredes nexum debiti pertinere. 2. 91. *Vide etiam Tit. Parentum.*

Omnium beneficiorum, quæ tribuit potior fortuna subiectis, certa sunt tempora. 10. 28.

Aurium & oculorum fructus caducus est, largitatis æternus. 10. 29.

Gratias beneficijs Principum agere, ut officij probabilis: ita insolentis audaciæ est. Nam neque ingentibus verba conveniunt, & personam populi Romani nulla implet oratio. Sed in talibus negotijs

tijs voti magis, quàm ingenij ratio vetsatur. Nec metuenda imparis fama, dum modò fugiamus nomen ingrati. 10. 29.

Bene faciendi provincia hominum merita Deo applicat, & beneficia plus conferre videntur præstanti. 7. 46. Alludit ad illud: Nullâ re propius ad Deum accedere possunt homines, quàm veritate, justitiâ, & beneficentiâ: ut & Cicero est pro Ligario sub finem. Homines ad Deum nullâ re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando. Deinde ad Ethicum principium respicit: Præstantius & nobilius esse bēefacere aliis, quam ipsum bēficio affici. De quo etiam in medio Aristotelis disputatio. lib. 4. Eth.

Pro benefactis sola boni animi merces exoptanda est. 7. 52. & 9. 115. & 4. 7.

Quid tam rationabile est, quàm tribuere Collegæ, quod tibi quandoq; bonos cupias exhibere. 8. 49.

BENEVOLENTIÆ. Vide *AMICITIÆ.*

BLANDITIARVM. ASSENTATIONIS. Vide etiam *Veritatis.*

CASSA fide sunt, qui jugiter blandiuntur. 1. 57.

Blanditiæ longiores corrumpūt veri dignitatem. 1. 28.

Relinquamus verborum blanditias novis inter se amicis. Amor fictus in delinimenta verborum summittitur. 4. 42.

Præfectum decet fidem præferre blanditijs. 10. 24.

Ea rerū omnium ratio atq; natura est, utq; humanis sensib⁹ blandiuntur, nequeant afferre fastidiū. 2. 56.

BONORVM. DIVITIARVM. OPVM. Possessionum Hæreditatis.

POSSESSIONES aliæ hæreditate obtingūt: aliæ lege. 1. 6.

Deos precabātur, ut datis opib⁹ longùm fruerentur.

Bona mobilia à prædio distinguuntur. 5, 54. (1. 6.

In possessionibus vindicta mandabatur sæpe. 6. 11.

Quæ jure ac legibus sunt relicta, alienari impetratione non possunt. 9. 127.

Opu-

Opulentia semper bonis infirma temporibus. 10. 28.
Hæreditatibus ab intestato secùndum tabulas cedebat bonorum possessio. 80. 35.

C.

CALAMITATIS Vide *Ægritudinis.*

CALVMNIÆ. CONTVMELIÆ. Injuriæ. Obtrectationum. Offensionum. Vide etiam *Patientiæ.*

DVRA commotio est, q̃ gignit injuria: sed mollire debet dolorem medicina patientiæ. 6. 22.
Adversùm calumnias, vel affectatas aliorum insidias nos defendere potest testimonium fidelitatis in officio. 2. 27.
Injuriæ æquo animo ferendæ. 2. 28.
Quidam malunt ingenio, quàm moribus convitium fieri. 4. 27.
Ingenia humana prompta ad arguendum esse, omnibus liquet. 4. 28.
Facile accusatur desertus auxilio. 2. 28.
Calumnia falsis Syngraphis alijs insidiari solet. 5. 63.
Exclusis malorum susurris constantiam servare decet sanctis moribus. 7. 100.
Stabilitas animi rumoribus falsis non potest mutari: cùm benè conscius vitæ, nihil in se maledicis licere sermonibus debeat æstimare. Despuenda igitur si qua inculcata sunt mendacia. Jam dudum genus est artis ad alendas vires discordiæ suæ, sollicitare metum potiorum. 7. 128.
Iusta ratio sapientem non potest offendere. 9. 112.
Æquo animo ferenda æmulorum facta improba, & ingratorum fœda decreta. 9. 115.
Nullius tam vehemens nequitia esse debet, ut motu nostro digna sit. In solâ conscientia est fructus & ratio virtutis. 9. 115.

Iudi-

Iudicio bonorum contenti esse debēt, qui calumnijs afficiuntur, exemplo Antigenidæ fidicinis, qui indignatus concinentium turbam, sibi & Musis cantum ciebat: vel secundùm Heraclium Philosophū, qui summam laudis arbitrabatur, placere uni, si esset optimus, qui probaret. 9. 115.

Si quid obtrectantium murmur ingesserit, 4. provocandum est ad judicium bonorum. 10. 41.

Constantia munit innocentiam. 10. 41.

Injurijs cedendum, quas boni quiq; præsumunt pro vigore sæculi vindicandas. 10. 43.

Innocentiæ cōscientia testem Deum provocat. 10. 54.

Injuria illata servis: infertur & Domino. 10. 41.

Eò processit insimulatio, ut vos quoq; ipsos Auctores honoris mei quadam reprehensione perstringat.

CIVITATIS. REIPVBLICÆ. VRbis. Romæ.

PORTA Flaminia Romæ. 2. 24.

Roma populorum omnium parens. 3. 11.

Roma optimorum civium mater. 3. 12.

Civis Romanus de septem montibus vir dicitur. 2. 9.

In civitate habenda ratio annonæ: rei scilicet frumētariæ, olei. 4. 18.

Roma commune Imperij caput. 4. 28.

Natali Vrbis ludos exercebant. 6. 40.

Civitas omnes felix, quæ gubernatorem bonum nacta. 7. 81.

Latina Via Romæ. 9. 69.

Sicut affecta diuturno morbo corpora sæviorem medicinam ferre non possunt: ita Curia numero & paupertate tenuata, duritiâ immodicæ emendationis exstinguitur. 10. 14.

Republicâ salvâ & incolumi vivere libet: natum esse non pœnitet: & omnia spectant ad salutem. 10. 14. Contra fit, si Respublica periclitetur.

Romani ludorum appetentissimi fuerunt. 10. 26.

Roma urbs cælo & sideribus accepta. 10. 29.
Roma vrbs æterna. 10. 34.
Roma vrbs cana. Cives Romani, Plebs Martia. 10. 21.
Republicâ salvâ à paupertate nulli discrimen esse solet 10. 21. & 28. In Senatu ordo retinebitur: nec ostentabit opulentia, semper bonis infirma temporibus. Vide etiam Tit. *Paupertatis.*
Irritamentum superbiæ Roma non patiebatur: memor scilicet bonorum parentum: quos Tarquinij fastus, & ipsius Camilli currus offendit. 10. 24. Vide totam Epist.
Respublica male constituta est, si ambitio, luxus, & divitiæ primas obtineant. 10. 28.
Interest Rempublicâ emendatam ad posteros propagare. 10. 28.
Romæ erat vallis Murcia, ubi Circenses editi sunt; sic dicta, quia quidam vicinum montem Murcium appellatum volunt. Alij quòd fanum Veneris verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus Murtetis fuisset. Inde mutatâ litterâ Murciam appellatum. Alij Murciam à Murcio, quod est murcidũ, dictam volunt: Pars à Deâ Murciâ dicit. 10. 29. Vide Servium Daniel. ad lib. 8. Æneid. Virg. Vide etiam Miscellan. Iureti ad locum Symmachi.
In Republicâ Romanâ omnium artium fuerunt Corpora, ex constitutione Alex. Severi, teste Lamprid. 10. 14. *Corporati negotiatores.* Vide totam illam Epistol.
Cives Romani jugi obsequio immunitatis nomen emerunt. *Ibid.*
Interest Reip. publica lavacra inibi esse. 10. 60.
Cùm Respublica de singulis constet, quod ab eâ proficiscitur, sit rursus proprium singularum. 10. 61.
Varios Custodes vrbibus, cunctis Mens divina distribuit. 10. 61.
Roma Arx terrarum. 10. 41.

Mœnia vrbis Romæ cæteris omnibus longè præstantissima. 10. 41. Ad quem locum Vide Miscell. Jureti.

COMOEDIARVM. FABVLARVM. Ludorum Spectaculorum. Theatri. Tragœdiæ. Gladiatorum.

ETIAM actores fabularum laudem merentur, non minus atque ipsi scriptores. 1. 3. *In Comœdijs summatem quidem gloriam scriptores tulerunt: Roscio tamen atque Ambivio, cæterisque actoribus, fama non defuit.*

Cothurno vtebantur Tragici: & structurarum pegmata. *1. 89.*

In theatris Vrsi comparabantur: Gladiatores compositi. 2. *46.*

Solebant Senatores in editionibus ludorum sumtibus juvari à Principibus. 2. *46.*

Leonum coëmtio, quibus utebantur in spectaculis non nisi veniâ petitâ è Principe fiebat. 2. 46. Vbi per feras Lybicas, Leones intelliguntur.

Servi cùm intelligerent parari se spectaculo sanguinolento, sibi fauces effregerunt: ne ludibrio scil. insanientis populi exponerentur, & misero cruciatu spectatorum oculos explerent. 2. *46.* Sic apud Senecam 10. 11. Germanus quidam, cùm ad matutina spectacula pararetur, & fortè secessisset, ad ventrem exonerandum, lignum, quod ibi ad emundanda obscæna adhærente spongiâ positum erat, totum in gulam farcit, sibique præclusis faucibus spiritum elidit. Et paulò post narrat, alium circumactu rotæ cervicem fregisse: sicque parati pœnam spectaculi effugisse. Corn. Tacitus lib. 15. Annal. refert, Epicharim vinclo fasciæ, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto indidisse cervicem: & spiritum expressisse corporis pondere connisam, ut cruciatus, ad quos

trahebatur, vitaret. Sic Valerius Max. l. 9. cap. 12. refert de Herennio Siculo, qui cùm in carcerem duceretur, postem illiso capite in ipso ignominiæ aditu concidit.

Vrsi, Leones, Catuli, in Gladiatorum muneribus adhibiti. 2. 76.

Caveæ ferreæ quoque erant. 2. 77.

Munera: & Editio propriè de Gladiatorum exhibitione dicuntur. 2. 77.

Principes ob editionem Ludorum ab subditis laudantur. 2. 29.

Amphitheatrica spectacula edita in honorem natalis Principis. 4. 8. & 12.

Leopardorum carsus caveam etiam implevit. 4. 12.

In curuli certamine generosos equos Hispaniæ usurpabant. 4. 60.

Senatores dabant Munera gladiatoria. 5. 62.

Aurigas ante ludos jungendis equis erudire solebant. 6. 42.

Crocodilos exhibebant quoque theatrali spectaculo. 6. 43.

In Amphitheatris populus ludos poscebat. 6. 33. & 6. 34.

Apparatum novum vestium ad ludos præparabant. 6. 40.

Circenses ludos Consules edebant. 7. 4, 7, 8.

In Hispaniâ equi Curules emti. 7. 82.

Equos Curules ex Hispaniâ perebant. 7. 105. 106. & 9. 12.

Ad Editionem Muneris ex Italiâ Vrsos petebant. 7. 121.

Prætores Ludos edebant. 9. 12, 15, 16, 18, 19, 20, 21. 22. 23, 24. 24. Varia animalia passim anquirebant *Ibid.*

Vrsos in spectaculis exhibebant. 9. 117.

Ludis prætorijs Addaces, & Pygargi exhibiti. 9. 125.

Ludos edebant novi Consules. 9. 130.

Præto-

Prætores novi ludos edebant, in quibus crocodilos: & peregrina animalia exhibita. 9. 132.

Magnis negotijs, itidem ut magnis Comœdijs edecumati apponuntur actores. 10. 2.

Non idem honor in pronunciandis fabulis Publio Pollioni, qui Ambivio fuit, neque par Æsopo & Roscio fama processit. 10. 2.

Quæstores novi Ludos edebant. 10. 3.

Africanus populus valde delectabatur ludis & spectaculis publicis. 10. 4. Ad ea illos cohortantur Valens, Gratian. & Valent. lib. 3. de scenicis Cod. Theod. Item Arcad. & Honor. l. 145. de Decurion. Cod. Theod.

Ludos intermitti ægrè ferebant: duabus de causis; una, quòd Ludi censebantur res sacræ, & placandis Dijs institutæ. Altera, Quia populus tali voluptate facilius continebatur in officio: eòque ijs habendis sumptus legibus præscripti fuerunt. 10. 4. Vide inibi Miscell. Iureti.

Vrsis instruebant Editionem spectaculorum. 10. 10. & 13. 15. 20.

In spectaculis crocodilos emittebant. 10. 19.

Curules ac scenicas voluptates Romani cives ab Imperatoribus expetebant frequenter, & instanter. 10. 26.

Senatores ambitiosè edebant olim Ludos. 10. 28.

In Circēsi spectaculo adhibitę urnæ, in quas agitatorum nomina conjecta, ut sortis ordine equorum quadrigæ decurrerent. 10. 29. *Atque illam quadrigarum distributionem, in quâ sibi cùm fortunatior videretur, cui electionem mox urna tribuebat.* Ibi vide Miscellanea Iureti.

Honor edendi Munera non concedebatur mulieribꝰ 10. 43. Vid. l. 17. de Prætor. & Quæst. Cod. Theodos.

Populus Romanus summum honorem judicabat, si ovantes equorum dorsa gestarent: & triumphantes currus inveheret. 10. 21.

COMITATVS. PEREGRINationis. Itineris.

COMITATUS frontes hominum aperit, mentes tegit. *Auſon.* 1.32.

COMMENDATIONIS. Vide plura *Amicitiæ*: & *Laudis*.

QUI ſuâ fiduciâ deſeruntur, epiſtolas in uſum commendationis accipiunt. 1.19.

CONCORDIÆ.

TACITA concordia inſtar odiorum eſt. 3.17.

CONFESSIONIS. *Veritatis.*

QUIS pudor eſt, vinci poſt confeſſionem? 3.15.
Brevis eſt aſſertio veritatis. 7.16.
Veritas non vult verbis juvari. 9.7.
Majore fiduciâ adſumus veritati, cùm allegationes aliorum audimus, 9.55.
Quantum veritas eſt bonum: cuius ſpecies & imago mirabilis eſt! 10.07.

CONSANGVINITATIS. Vide Tit. *Amicitiæ.*

CONSCIENTIÆ.

SOLUM conſcientiæ bonæ præmium ſatisfacere poteſt magna præſtantibus. 4.8.

CONSILII. DELIBERATIONIS.

IN rem amici ſponte conſulere decet: nec operiri petitionem. 1.22.
Vtile eſt in publicam proferre notitiam, quod velis eſſe correctum, ut denunciatione futuri periculi ad conſulendum cunctorum cura moveatur. 4.74.

CON-

CONSVETVDINIS.
Moris.

CONSUETUDINIS amor magnus est. 10. 61.

Æquum est, quicquid omnes colunt, unum putari. 10. 61.

Suus cuique mos, suus cuique ritus est. 10. 61.

CONTRACTVVM.
Pactionis.

VOX legum ac juris est: Bonæ fidei contractum non posse rescindi. 2. 87.

Aperta est improbitas eorum, qui reducunt in quæstionem pactionibus terminata, & per impatientiam quietis, finem jurgij secunda lite commutant. 7. 109.

CONVIVII. CIBORVM. VIctûs. Escæ. Potûs. Alimenti. Nutritionis. Nutrimenti.

PARVIS nutrimentis, quamquam à morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promovemur. 1. 23. Quem locum expressit Symmachus ex Demosth. Olynth. 3. ἴσως ἂν ἴσως, Ἄνδρες Αθηναῖοι, τέλειόντι καὶ μέγα κτήσεσθε ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσιν παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐκτίθησιν, οὔτε ἀποθνήσκειν ἐᾷ, καὶ ταῦτα ἂν νέμεσθε ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτε ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ, ἀλλ' ἐστι ταῦτα τὴν ἑκάστου ῥαθυμίαν ὑμῶν ἐπαυξάνοντα. Lucianus, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, aulicos clientes exagitans, qui tenui diariâ illecti aureas compedes volentes gestant: ἐπεὶ δὲ ὡς ὁ καλὸς πυρήτωρ, ἔφη, τοῖς

τῶν νοσούντων σιτίοις ἐοικότα λαμβάνουσι, τις ἔτι μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς τοῦτο κακῶς βεβουλεύεσθαι δοκεῖν αὐτοὺς, ἀεὶ μενούσης ὁμοίας αὐτοῖς τῆς ὑποθέσεως τοῦ βίου. Hieronym. Comm. in 4. cap. Daniel. *Decem panis unciæ diurnæ, & aquæ tertiæ Sextarij pars, anima magis trahitur, quàm sustentatur. Qui cibus & potus, juxta inclytum Oratorem Demosth. non vires tribuit, sed mortem prohibet.* Seneca Epist. 81. & 18. *Liberaliora sunt alimenta carceris. Sepositos ad capital supplicium non tam angustè, qui occisurus est, pascit.* Sallust. lib. 3. Hist. *Vt illis exiguitate mors prohibetur, sic neque. &c.* Vide Observat. Schotti. 3. 24.

Convictum paramus agrestibus holusculis partum: Quia Luxuries offendit Deam sobriam h. e. Minervam. 5. 85.

CORRECTIONVM. Vide Tit. *Admonitionum.*

CREDITORVM. DEBITI.
Æris alieni. Solutionis.

IMPROBI debitores, qui adhuc alieno ære depressi cupiunt secundo nexu fænoris obligari. 2. 56.

Dignum est, compensari prolixo gaudio seram solutionem. 5. 10.

Minus grave est debitorem, quàm ingratum videri. 9. 117.

CVLTVS. VESTIVM.
Habitûs.

ATHENIENSES *pallâ usi: Romani togâ.* 1. 1. *Attica palla tegit socerum, toga picta parentem.*

Fibulâ usi castrenses & militares. 1. 1. *At mihi castrensem quòd mordet fibula vestem.*

Philosophiam multi fastu & habitu mentiuntur. 1. 29.

Philo-

Philosophi peculiari ornatu utebantur. 2. 61.
Odi in parvo corpore longa velamina. Illa vestis decenter indutui est, quæ non trahit pulverem, nec in humum demissa calcatur. 3. 10.
Hyemi apta vestimenta sumebant, tametsi non ad cultum essent. 3. 25.
Alba velamina non segmentati amictûs fidem vestiant. 4. 42.

D.

DEBITI. Vide Tit: *CREditorum*

DEORVM. PROVIDENTIÆ. Religionis. Pietatis. Sacerdotij. Vestalium Episcopatûs;

VULTU sæpe læditur pietas. 1. 34.
Etiam gentiles successum rerum suarum Providentiæ divinæ adscripserunt. 2. 6. & 2. 7.
Deûm-Matris festa diligenter celebrabant. 2. 34.
Virgines Vestales monumentum viris bene meritis statuerunt. 2. 36.
Si optata nobis non contingant, in providentiâ Dei acquiescendum. 2. 45, 46.
Erit in arbitrio Fortunæ ratum facere. 6. 70.
Religio veterum exemplum facere solet. 10. 61.
Necesse fuit perire omnibus, quod Religionibus negatur. 10. 61.
Honoravit lex parentum Vestales Virgines, ac ministros Deorum victu modico, justisque privilegijs. 10. 6.
Omnia Deo plena sunt, nec ullus perfidis locus. 10. 61.
Plurimùm valet ad metum delinquendi etiam præsentiâ Religionis urgeri. 10. 61.
Longa ætas auctoritatem Religioni facit: servanda est tot sæculis fides: & sequendi sunt nobis paren-

tes, qui secuti sunt feliciter suos. 10. 61.

In eligendo Episcopo Dei omnipotentis exspectandum est judicium 10. 71.

Quæcumque Deo auctore fiunt, meritò divino pietatis Principum judicio firmantur. 10 83.

Multi opinantur nihil curare cælestes: præsertim afflictos homines. A quâ opinione dissentit Symmachus. 8. 6.

In honore Numinum litationi addebant donarium. 8. 26.

Dij salutis præsides. 8. 70.

Victoria pro Deâ colebatur. 10. 21.

Dea Strenua, quæ faceret strenuum. 10. 25.

Eius sacellum fuit in regione Vrbis, cui nomen Templum Pacis: teste Sexto Rufo de regionibus Vrb.

Gentiles solebant suorum Deorum honori pateras consecrare.. 10. 35. Vide Liv. l 6. Plin. l. 34 cap. 8. Ambrosius de Virgin. l. 2. *Vt neque omnes, qui dicuntur Dij, retrahere potuerint pateras, quas tenebant.* In veteribus quoque nummis Deorum effigies sculptæ, dexterâ pateram gestantes. Quod divinitatis symbolum.

DESIDERII. CVPIDITATIS.

GRAVIS est sitis bonarum rerum, cui sola fruendi assiduitas medicinam facit. 3, 46.

Nullum desiderium ad secunda progreditur, si priora displiceant. 4. 64.

Reverâ ita naturâ paratum est, ut expetiti diu officij querela decedat, si potiamur optato. 4. 65.

DILATIONIS. PROCRASTINATIONIS.

IUCUNDA dilatio est, quæ simul bona pluria restituit. 3. 24.

DILI-

DILIGENTIÆ. INDVSTRIÆ. Sedulitatis. Negligentiæ.

EARERUM est natura, ut quæ præter industriam negliguntur, ignoscenda dicantur. 1. 16. De hac sententiâ vide Aristotelem. l. 3. Ethic.

Nemo belli notus, aut domi clarus, exsortem præmij sensit industriam. 1. 43. Ita cùm dignis fructus tribuitur, eandem capescentibus spes paratur. *Ibid.*

DOMVS. Vide Tit. *ÆDIVM.*

DONORVM. MVNERVM. MVNIficentiæ. Beneficentiæ. Liberalitatis. Sportularum. Strenarum.

LUXUS in privatis negotijs arguendus, in publicis magnificentia probanda. Symm. ex Tullio. 4. 60.

Insitum est bonis mentibus, ut quæ copiosè ab alijs optamus adipisci, ea ipsi largiter deferamus. 3. 61.

Qui ab alio poscit officia, sui quoque studij frequentem operam pollicetur. 3. 64.

In muneribus amicorum non sunt damna casuum cogitanda: quin immò ea in acceptum summa referenda est, quæ ab offerente processit. 5. 56.

Dypticum & apophoreticum munus offerebant ijs, qui Editioni spectaculorum interessent. *Ibid.*

Inepta est munificentia, quæ præstatur indignis. 5. 59.

Religiosum atq; votivum est, ut à Quæstoribus Candidatis dona solemnia potissimis offerantur. 7. 76. *Offero igitur vobis eburneum dypticum: & cantstellum argenteum librarum duarum.*

In adjectis donis mensura non quæritur. 8. 26.

Munera non semper pretio aut mole æstimanda, sed amore pendentis. 9. 93. & 104. & 107.

Munera quæstoribus novis oblata: dyptica & apophoretica. 9. 119.

Mune-

Munera cùm amicitiæ deferuntur, pertinet id ad charitatis confessionem: ut deberi sibi hæc animus sumentis agnoscat. 9. 119. & 120.

Honorem novum adepti, sportulas amicis dabant, h. e. varia dona. 9. 134. Ad quem locum vide Miscellan. Iureti.

Principibus Kall. anni munera offerebant. 10. 27. & 35.

Idipsum quoque faciebant præfecti Vrb. nomine Pop. Romani. 10. 35.

Decennalibus Imperatoribus: & exactione lustri senatus Romanus offerebat multas auri libras. 2. 57. & l. 10. 35. & Ep. 50. Vide Miscell. Iureti ad l. 2. Ep. 57. pag. 73.

Calendas Auspices anni impertiendis strenis dicavit antiquitas. 10. 27. & 35. Quam Epistolam vide: ubi etymon strenarum exprimitur, quod apud nullum alium Authorem legas.

Munera non ad certum tempus alligata. 10. 27.

Principes decet munificentia: & felix est sæculum: quod tales Principes alit. 10. 27.

Amantium largitio, non deterit vires offerentium. 10. 38.

Imperatoribus munera Senatus offerebat ex publico ærario. *Ibid.*

E.

EBRIETATIS. VINI. Luxús.

VINA nova calce & prælo subigebantur. 3. 23. Plærique nova musta defæcant. *Ibid.*

Anhelus ganeo ructat vinum. 4. 18.

Luxuries offendit Deam sobriam: h. e. Minervam. 5. 85.

Læstrigonum populos ventri & gulæ usque ad feritatis invidiam legimus obsecutos. 8. 23.

Nullus est in luxuriâ crimen locorum. 8. 23.

EDV-

EDVCATIONIS. PARENtum. Filiorum.

INIURII *sunt filij, qui summo jure cum parentibus contendunt.* l. 1. Ep. 1. & Ibid. *Prater aquum censent, qui inter dispares obsequium par requirunt.*

Parentum studia ex beneficio proficiscuntur: liberorum ex debito 1. 1.

Parentibus non ad lancem neque ad dimensum verba tribuenda sunt. 1. 1.

Etsi plerumque vera est apud parentes filiorum prædicatio, nescio quo tamen pacto detrimentum meriti sui patitur, dum personarum spectare gratiam judicatur. l. 1. Ep. 15. Αἶνος γὰρ ἀφ' αἵματος ἐσὶν ἄπιστος, inquit Nazianzenus in carmine Nicocl. ad filium.

Parentibus nihil satis est, & efficacior quibusdam videtur petitionis iteratio. 2. 42.

Quotiens parentum beneficijs obligamur, necesse est ad hæredes nexum debiti pervenire. l. 2. Ep. 91. *Cuius ego officijs devinctus, filio opto persolvere, quod de parente contraxi.* Sic & alibi Symmachus Isocraticam exprimit sententiam de continuandâ parentum amicitiâ in liberos. Vt lib. 7. Ep. 88. *Amicitiæ parentum reflexè in liberos transferuntur, ut charitas semel inita successoribus eorum hæreditario jure proficiat.* Sic l. 6. Ep. 4. & l. 8. Ep. 43. *Inter cætera parentum decedentium bona &c.* & l. 9. Ep. 48. Isocrates ad Demonicum: πρέπει τὸς παῖδας, ὥσπερ τῆς ὐσίας, ὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. Et l. 9. Ep. 62. *Solent patres avari esse bonis, nec ulla filiorum bona putare esse profecta desiderio, & cum probitate potiorum.*

Nata soboles primo parentes dulcedine hilarant, mox pij metus brevem gratiam fugant. 4. 34.

Parentes sæpe se accommodant ad studia liberorum: ut insinuent liberis dulcedinem laborum. 4. 20.

Divi-

Divina miseratio pias aures applicat votis parentum: h. e. *Deus exaudit vota parentum.*

Parentum solicitudo omnia solet trutinare. 9. 7.

Futuri generi moribus æstimantur. 9. 7.

In Iudicis jubentur esse tutelam, qui à parentibus deseruntur. 9. 48.

Scio Patres avaros esse voti, nec ulla filiorum bona putare perfecta, desiderio & cupiditate potiore. 9. 62.

Inter præcipua negotiorum sæpe curatum est, ut erudiendis nobilibus Præceptores ex Atticâ poscerentur. 10. 25. *Vide etiam Plin.* l. 35. cap. 11.

Parentes sæpe coluntur ob liberos frugi. 10. 29.

ELOQVENTIÆ. RHETORUM. Oratorum. Rabularum forensium.

RABULÆ forenses eloquentiâ suâ abuti solent. Suis nempe in illo forensi pulvere, quàm rara cognatio sit facundi oris, & boni pectoris: dum aut modestum ingenium verecundiâ contrahitur, aut successu eloquens insolescit. Plærumq; enim in mercedem ornamenta linguæ corrumpunt. 1. 43.

Res maximæ magnos hiatus oris requirunt. 3. 47.

EPISTOLARVM. LITTERARUM. Vide etiam Tit. *Amicitia.*

LITTERARUM silentium amicis molestum. 1. 34.

Silentium litterarum compensatur geminâ scriptione. 1. 42.

Eiusmodi officia litterarum medicinam quondam infortunij, & mœroris afferunt. 1. 54.

Breves litteræ demunt fastidium lectionis. 1. 56.

Copiosi sunt in scribendo, qui abundè seduli sunt. *Ibi.*

Hortatio epistolaris invitatrix est religionis amicitiæ. 1. 58.

Iners desuetudo oblimat ingenium. 1. 59.

Solet

Solet generalem salutationem familiaris sermo præmittere. 2. 17.

Epistolarum apographa servabant: & amicis relegenda dabant, antequam vulgarent. 2. 12.

Annulo obsignabant litteras. 2. 12.

In annulis non integra nomina expressa: sed litteræ tantùm aliquot, unde nomen posset intellegi. l. 2. Ep. 12. Vide ibi Notas Iureti prolixè.

Brevitas litterarum commendabilis. 3. 1.

Rectè valeo. hoc scribendi debet esse principium, quod maximè expetunt vota lecturi. 3. 40.

Vt desideranti prolixitas grata est: ita displicere non poterit brevitas occupato. 3. 57.

Magnis negocijs plura verba conveniunt. Senes autem fastidiunt litteras. Nobis, inquit Symmach. idem sit linguæ modus, qui fortunæ est. Mallem Aborigenum more, dictionem salutis æternæ ligno aut corticibus scribere. Ægyptus papyri volumina bibliothecis foroque texuerit. Sufficit aliquando celebrandæ amicitiæ: Si vales, bene est. 4. 28.

Scribendi brevitas magis fastidio, quàm officio proxima est. 1. 45.

Nolo litteras de summo ore stillantes: illas pero, quæ arescere nesciunt: quæ ex intimo pectoris fonte promuntur. *Ibid.*

Brevitas Spartana laudi quondam fuit. *Ibid.*

Atticis tantum decus à facundiâ fuit, ut videantur Lacones metu collationis in diversum studium destinasse. *Ibid.*

Abstinendum epistolis, quæ sunt instar edicti. 5. 50.

Forma vetustatis fuit, in scribendis litteris, ut nomina præponerent epistolis, nullâ adiectione titulorum. 2. 35. Sic idem aliquoties huius moris meminit: ut l. 3. 44. & l. 4. 30. Redeamus quin ergò ad infucatos nominum titulos &c.

Hunc scribendi morem superstitio vetusta constituit, ut

ut ad peregrina digressi, priorem sibi locum vendicent cum amicis colloquendi. 3. 3. Repetit hanc sententiam alijs subinde verbis. Vt 4. 23. & 5. 30. & 70. 73. & l. 7. 75. & 8. 56. & 60. 63. & l. 5. 14.

Viva vox sui assiduitate vim mali frangit: solatia litterarum cum lectione finiuntur. 3. 6.

Non sunt litteræ ad amicum felle objurgationis imbuendæ, ne animum ejus contrahant amara sermonum. 3. 17.

Ideò affabra rerum natura vel industria litteras peperit, ut numquam muta esset affectio: & si quando absumus, ut linguæ operam fũgerentur signa verborum. 3. 17. Æmulatur Ciceronem l. 2. Ep. 14. ad Curionem: & l. 1. ad Q. fratrem.

In stili caudices, aut tiliæ pugillares scribebant. 4. 34. Vide Electa Plautina.

Sericis voluminibus Achemenio more infundebant litteras. 4. 34.

Brevem decet esse sermonem, quo reditus judicatur 5. 17.

Fastidiosa est salutatio, quæ nudo sermonæ defertur. 5. 21.

Litteræ Spartanâ brevitate succinctæ. 5. 37.

Nihil durius sumas, quàm orationis placitæ citum transitum. 5. 50.

Salutatio etsi non explet officium, tamen contestatur affectum. 5. 51.

Vetere instituto iucrebuit, ut ingressi iter, prælibent primitias scriptionis. 5. 73.

Promptè favendũ est honesta cupientibus, ut probabiles volũtates alieno etiam juventur adnisu. 5. 75.

Plenum religionis officium est, cùm sponte votum amicorum antevenimus. 5. 82.

Livor non finit fateri, quod cogit veritas judicare. 6. 1.

Litteras sæpe dictabant: & tantum subscribebant. 6. 14.

Dictio

Dictio salutis litterario debetur exordio. 6.37.
Prima voluptas est, sciscitari, quem statum sanitatis habeat amicus. 6.40.
Litterarum vicissitudine frequenti, sarcite solemus præsentiæ voluptatem. 6.51.
Decet loqui exultantius juvenalem calorem. 7.9. *Scintillare acuminibus atque sententijs epistolas tuas gaudeo. Sed volo: ut in alijs materijs aculeis orationis utaris: huic autem generi scriptionis maturum aliquid & Comicum misceas: quod tibi & Rhetorem tuum credo præcipere. Nam ut in vestitu hominum, cateroque vitæ cultu, loco ac tempori apta sumuntur: ita ingeniorum varietas in familiaribus scriptis negligentiam quandam debet imitari: in forensibus verò quatere arma facundia.*
Brevitas litterarum inculpabilis est, cùm ex injuriâ valetudinis, non ex voluntate descendit. 7.28.
Qui sperat brevi se in conspectum amicorum venturum, solet scribendis epistolis abstinere. 7.67.
Benefaciendi provincia, hominum merita Deo applicat. 7.46.
Beneficia plus conferunt præstanti. 7.46.
Litteræ plurimum opis atque adjumenti impertiunt ad confirmationem sanitatis. Valetudo enim scriptorum assiduitate refovetur. 7.71.
Solatijs litterarum damna absentiæ sarcienda sunt. 8.14.
Moris est, ut munus litterarum à proficiscentibus inchoet. 7.75.
Litteræ amicorum agrorum fructibus comparantur. 8.44. *Nam ut illorum proventus non fallit temporis sui debitum: ita fidem nostræ expectationis annuus amici sermo non decipit.*
Frequentes litteræ omnem casum solantur. 8.64.
Vicissitudo testatur: quòd litteræ nostræ gratæ fuerint. 9.8. (9.15.
Exemplum diligentiæ nos in vicissitudinem provocat.

Est in litteris & sanitatis & amoris indicium. 9. 24.
Bonæ amicitiæ jactationes refutant. 9. 25.
Assiduæ scriptionis nullum potest esse fastidium. 9. 53.
Litteris salutem præferre solemne est. 10. 9.
In negotijs tempore ac judicatione finitis, cessare æquum est longæ orationis excursum, ne sine argumento rerum loquacitas morosa displiceat. 10. 58.

EXCVSATIONIS.

IUSTA ratio sapientem non potest offendere. 9. 112.
Solus benignè creditur advocasse, qui excusatione non læditur. 9. 112.

EXEMPLORVM.

SPES sæpe alitur exemplis, & placiturum esse præsumimus, quod alijs jam placuisse gaudemus. 3. 7.
Exemplorum magna vis. 4. 8. (10. 32.
Exempla honoris alieni sunt stimulus ad virtutem.
Exemplum sæpe facere solet Religio veterum. 10. 61.
Corrigit sequentem lapsus prioris: & de reprehensione antecedentis exempli pascitur emendatio. 10. 61.
Author est bonorum sequentium, qui relinquit exemplum. 9. 75.

EXSPECTATIONIS.

Spei. Moræ.

EXSPECTATIO semper est onerosa. Nam etsi dignos respicit, periculo tamen proxima est, dum amplius sibi pollicetur. 3. 43.

F.

FABVLARVM. Vide Tit. *COMOEDIARVM.*

FACINORIS. SCELERIS. CRIMINIS.

Peccati. Remissionis.

FACINUS ubi admissum est, debet expiari. 9. 129. Vide leg. ult. de noxa act. l. 6. *Si cui crimen.*

Car-

Crimina morte solent terminari. 9. 131. & 10. 54. Vide infra Tit. *Panarum.*

Ambo sibi invicem remittere debent, quod ambo deliquerunt. 4. 54.

Sera est emendatio senectutis. 10. 61.

FAMÆ. EXISTIMATIONIS. Laudis. Gloriæ.

FAMA nihil ignorari de conspicuis viris patitur. 1. 102.

Vetustas prodiga laudis, Apellem, Zeuxim, vel horum similes voluminum honore dignata est. 2. 2.

Non pluris apud nos valere debent divitiæ, quàm fama. l. 2. Ep. 30. *Bonum de me judicium parentis publici, conservatoris mei, cuivis antepono patrimonio.*

Etiam suspicione criminis decet vacare Senatorem. 2. 75.

Fama optimo cuique pretiosa est. 3. 69.

Rectè factorum conscientia, famam nostram nutrit: ut suffragia bonorum nesciat invidere. 7. 58.

Famæ & gratiæ decus benficentiâ acquiri solet. 7. 94. *Honor militia vestra dandis beneficijs enitescit.*

Careret fama magnorum virorũ celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset. 8. 22.

Alexandrum, sicuti loquuntur Historiæ, gravis momordit invidia, quòd Achilli fortissimo ævi sui Homerum præconem fortuna tribuisset. 9. 72.

Famam Vestalium violare, grande fuit nefas. 9. 108.

Fama juvatur aliorum commendationibus. 9. 110.

Fama ad posteros propagatur monumentis librorum 9. 110.

Nihil magis, quàm existimationem familiarium debemus curare. 9. 127.

Nullius fama sub teste Virtutis succumbet invidiæ. 10. 1.

Non omnes par sequitur fama. 10. 2. Vide ibi exempla.

Eorum famam curare decet, quos diligimus. 10. 4. & 5. 54. Quisquis amici negligit famam, fidelubricâ est.

FAMILIARITATIS. Vide Tit. *Amicitia.*

FAMIS. INEDIÆ.

CROCODILI quinquaginta fermè dies inediam ferre possunt. 6. 43.

FASTIDII. TÆDII. Nausea.

EX fastidio nascitur cura compendij. 1. 50.

Ea rerum omnium ratio atque natura est, ut quæ humanis sensibus blandiuntur, nequeant efferre fastidium. 2. 56.

FAVORIS. Vide Tit. *AMICITIÆ.*

FELICITATIS. FORTVNÆ. Prosperæ.

CÙM insolita & insperata felicitas alicui contigisset, *novum fatum* dicebatur à veteribus. l. 1. Ep. 13. Pacatus Paneg. *Nullam majorem Principum felicitatem esse crediderim, quam fecisse felicem, & intercessisse inopia, & fortunam sicisse, & dedisse homini novum fatum.* Juvenal. Sat. 7. *Exemplanovorum fatorum transi.*

Perfectis, atque elatis in cumulum bonis nihil adijci potest. 1. 22.

Falsò creditur, judicij nesciam esse fortunam. 1. 38.

Fortunæ licentia interdum optimos decolorat. 1. 40.

Præmia non reposcunt, quæ solet minor exspectare fortuna. 2. 20.

Fors versat humana: nec semper ex voto destinata succedunt. 2. 57.

Quid Fortunam deceat, agnosco, cum quâ nimis con-

contumaciter agit, qui accepto vulnere statim miser esse dissimulat. 9. 113.

Minimæ fortunæ homines extra vitia plebeia censendi sæpe sunt. 10. 16.

FERIARVM. FESTORVM.

VESTALE festum adsiduè coluerunt Romani: adeò ut si peregre abessent, domum properarent. 2. 59.

Feriarum requie laboris fastidium tergetur. 3. 23.

Omnia amicorum festa sunt communia. 9. 106.

FIDEI. FIDELITATIS. FIDVCIÆ. *Credulitatis: & contrar.*

FIDEM plærique verbo ostentant, opere deserunt: quod genus nulli rei est, nisi ad loquendum. 1. 37. Vide etiam. 4. 30.

Amor fiduciam nutrit. 1. 37.

Cassâ fide sunt, qui jugiter blandiuntur, *Ibid.*

Non est fas malâ fide recuperare, quod bonâ fide possis sumere. 2. 60.

Vox juris ac legum est, bonæ fidei contractum non posse rescindi. 2. 87.

Fiducia de simplici affectione surgens, genus est virtutis. 3. 29.

FLVVIORVM. FONTIVM. PVTEI.

MOSELLÆ laudem persequitur Symm. *lib. 1. Ep. 14. Ægyptio Melone, sive Nilo maiorem, frigidiorem Scythico Tanai, clariorem Fucino.* Vide plura ibi.

Duos meatus replere uno fonte difficile est: uni alveo abundè influunt duplicata principia. 8. 24.

In potu fontium ideo maior est sitis, quia sapor dulcior. 8. 62.

FORI. IVDICIORVM. IVRIS. ACTIONUM. Accusationum. Appellationum. Curia. Defensionis. Causidicina. Causarum. Causidicorum. Iustitia. Controversia. Legum.

CONVENIEBANT *alios lege, quos desimili facto accusabant.* Ep. 1. l. 1. *Egote nostri vatis exemplo quasi quadam lege convenio.*

In forensi pulvere rara est cognatio facundi oris & boni pectoris, dum aut modestum ingenium verecundia contrahit, aut successu eloquens insolescit. 1. 43.

Quid sint Refutatorij, vide Lexicon Symmachianum. 2. 30. & 10. 52. Vide etiam Cujac. Observ. l. 22. cap. 33. & Miscell. Jureti pag. 61.

Non debet justitia judicis inultum esse sinere, qui exemplo gravissimum sit, nisi ausus aliorum vehemens pœna represserit. 2. 33.

Vir justus in alienis quoque judicatorum iniquitate mordetur. 2. 30.

Ratio quidem semper habenda justitiæ, sed circa nobiles probabilesque personas, plus debet esse moderaminis, ut perspiciatur in discretio ne judicium. 9. 40.

Actiones Senatorum ad præfectum Vrbis deferebantur. 2. 75. Vide Tit. *Magistratus.*

Nihil est controversiæ, ubi eadem partium jura sunt. 3. 5.

Iudex & inferior magistratus venerari potius, quàm interpretari debet divina oracula. 10. 50.

Causidicorum sæpe sunt improvidi lapsus. 9. 31.

Causidicinæ erant tyrones, & candidati. 9. 32.

Difficilis est exitus veterum jurgiorum. Res enim multis agitata judicijs, & actionum varietate & cognoscentium motu, & personarum mutationibus implicatur. 10. 39.

Cognitorem, Symmachus Iudicem vocat. 10. 39. & alibi. Vide Lexicon Symmach.

Agenti

Agentii in rebus, Excerpta dabantur. 10. 44. Agentium enim munus erat : Principum litteras deferre, & vicissim Acta publica, litterasque magistratuum referre. Loca παράλληλα ex nostro, vide Lex. Symmach. *Agens.*

Difficile est, ut bona causa sit, cuius actio in jus alterius desperatione transfertur. *10. 52.* Vide de his qui potentium nomina in lite prætendunt Cod. Theodos.

Si Relationes, opiniones, sententiæ & gesta Judicij imperfecta aut falsa viderentur, à parte litigante scripta quædam justituebantur, quorum serie exponebatur Judicis in juria in judicando aut consultando. Dicebantur autem *Refutatorij* l. 2. Ep. 30. & l. 10. Ep. 52.

Apparitor nunciator debebat assistere suis notarijs: alioquin puniebatur, si in fraudem alicuius proferebat indicium. l. 10. Ep. 51. Vide l. 6. ad Sc. Turpilian. D.

In causis appellationum, boni Judices malunt jus potestatis infringere, quàm interpretationum dubia sustinere. 10. 53. Sic supra l. 10. Ep. *48.*
In causis, quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non possunt.

Absentibus atque ignorantibus inter alios Gesta nocere non possunt. *10. 54.* Vide Tit. Cod. *Res inter alios acta vel judicata, non nocet.*

Neque comminatio ad hæredes proficisci potest. *Ibid*

Nemo absens, & inauditus damnari potest. 10. 54. pag. *432.* sub finem.

Nullius studio absolvendi sunt debitores, ut implicentur innoxij. *10. 54.*

Non fuerit jus, ut una familia novo opprimatur exemplo. 10. 54.

Non licet longâ comperendinatione differri, justitiæ ac legibus amica decreta. *10. 56.*

In negotijs tempore ac judicatione finitis cessare æquum est longę orationis excursum. 10. 58.

Facit plærumque ratio, aut fortuna causarum, ut in controversijs alter æquitate, alter jure nitatur. 10. 59.

In judicijs quis esset dies fatalis, explicat Cuiac lib. 12. cap. 4. & l. 16. cap. 7. ex Symmacho. l. 10. Ep. 59.

De appellationum pœnâ, vide Symm. l. 2. Ep. 30. Et inibi Miscell. Jureti pag. 61.

Vnum remedium convenit rebus ambiguis, fortunâ curiosi luctaminis angustissimis legum arbitrijs reservari. 10. 59.

Vrbium populorumque luctamina, quoniam sunt majora privatis, judicio augustiore censenda sunt. 10. 60.

Executorum prava interpretatio, dum supplicantibus favet, plærumque jussa corrumpit. 10. 62.

Quæ secundùm leges judicantur, præsumimus bonis placitura Principibus. 10. 62.

Provisum est, ne quis temere in alieni capitis discrimen irrueret, ni sc idem prius pœnæ sponsione vinciret. 10. 70. Nam si accusator non probasset, pœnam eandem non patiebatur. l. 8. de accus. & inscript. C. & l. 9. & 11. eod. Tit. Cod. Theod.

Alia est conditio magistratuum, quorum corruptæ videntur esse sententiæ, si sint legibus mitiores: alia Dominorum Principum potestas, quos decet acrimoniam severi juris inflectere. 10. 70. Vide eo loci Jureti Miscell. pag. 309.

Quæcumque subitò, nullo opinante, proveniunt: nec ad culpam Judicis referri possunt, & populum rationis ignarum insperatâ novitate perturbant. 10. 78.

FORMÆ. PVLCHRITVDINIS.

PULCHRITUDO etiam in alieno corpore delectat. 9. 33.

FOR.

FORTVNÆ et *VICISSI-tudinis rerum.*

Vide Tit. *HOMINIS.*

FRATRVM. COGNATORVM. Affinitatis.

FRATRUM negotia cognoscere, pia & honesta curatio est. 2.3.

G.

GAVDII. LÆTITIÆ. HILARI-tatis. Vide etiam Tit. *Hominis.* Et *Voluptatis.*

SOLET facunda esse lætitia, & angustias clausi pectoris aspernata gestire. 1.13.

Difficilis est patientia gaudiorum. l. 1. Ep. 38. & l. 1. 31. & l. 8. 5. & l. 3. 21.

Lætitia loquax res est, atque ostentatrix sui. 1.37.

Revera quotus quisque homini dies lætus est, sua tantum secunda numeranti? Latius gaudet, qui & alterius bonis pascitur. 3.24.

Exultans animus gloriatur & ostentatione sui non potest abstinere. 8.5.

Gaudij nostri attestatio non nimis prolixa esse debet, ne adulationis suspicio devenustet judicij veritatem. 8.30.

Gaudia, quibus pauci fruuntur, angusta sunt. 9.85.

Gaudia ob commune bonum solebant amicis communicare. 9.85. & 9.86.

Magnitudo stuporis locum multis plausibus non relinquit. 10. 21. Claud. lib. de bell. Gild.

——— *manifestaque gaudia differt*
Dum stupet, & tanto cunctatur credere voto.

Petrus Chrysologus Serm. 82. *Vota gaudia, & cùm data fuerint, vix creduntur: optata cùm prævenium, dant stuporem.*

GLADIATORVM. Vide *Comœdiarum.*

H.

HÆREDITATIS. TRIBVtorum. Testamentorum.

FÆMINÆ pro parte hæreditariâ tenebantur solvere tributa : ex constitutione Theodos. l. 17. de Prætor. & Quæstor. l. 10. Ep. 50. Vbi vocantur. *Oblativæ functiones* : & *Oblativa munera.*

Capiunt legata liberti : servis testamentorum justa commoda non negantur. 10. 61.

Quis non familiarissimum quemque signandis adhibet : cùm extrema conduntur. 10. 62.

Non fero signatorem, cui pars bonorum magno defertur. *Ibid.*

HOMINIS & PARTIVM EIVS. ANIMI. Fortunæ. Humanitatis.

HIS vicibus humana variantur, ut defectui succedat ubertas. 1. 23. Sic Ambrosius Ep. ad Valentin. Augustum, contra Relationem Symm. *Quis tam novus humanis usibus, us vices stupeat annorum?* Vide etiam Pindar. Nem. Od. Ult. & Aristotel. l. 2. Rhetor. ubi docet ubertatem succedere sterilitati & contra.

Vultu sæpe læditur pietas. 1. 34.

Non frustra prædicant : mentes homjnum nitere liquido die, coactâ nube flaccescere. 1. 37.

DI boni ! quàm nihil homini tutum est atque exploratum. 1. 48.

Sic nati sumus, ut sæpius adversa fungamur. 1. 48.

Fugiunt voluptates, & bonæ cuiusque rei tam brevis usus, quàm levis sensus est. 1. 48.

Sententia est Virgiliana :

Optima

Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit ———

Homines Promethei manu ficti. 4. 33.

Hanc omnibus humanis gaudijs legem natura dixit, ut curæ voluptatem sequantur. Natæ subolis primus parentes dies hilarat, mox pij metus brevem gratiam fugant. Honor in exordijs lætus est, dehinc animos laborum æstus ingreditur. 4. 34.

Hanc sententiam ita extulit Apul. l. 4. Florid. *Verum verbum est profectò, quod aiunt: nihil homini tam prosperum diuinitus datum, quin et tandem admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplissimâ quaq; lætitiâ subsit quapiam vel parua querimonia, conjugatione quadam mellis & fellis.* Et gravissimè Boëtius l. 3. de Consol. Philos. metro 7. *Habet omnis hoc voluptas, stimulis agit fruentes, apiumque par volantum: ubi grata mella fudit, fugit, & nimiù tenaci ferit ictu corda morsum.*

Nihil homini tutum est. 6. 28.

Verum est, nequire hominem cuncta pariter vota amica sortiri. 6. 67.

Nihil hominibus æternum est. Volvunt mortalia vices crebræ, & omnium rerum fuga vivitur. 8. 27.

Statius Cæcilius Comicus inquit: Homo homini Deus est, si suum officium sciat. 9. 114.

Homo homini inter lucere debet, & animum quasi gestare primore fronte. 10. 21. Cicero ad Q. fratrem. *Multis simulationũ involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur unius cuiusque natura: frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur.*

Falsò creditur, nesciam judicij esse fortunam. illa verò & præteritorum memor, & præsentium diligens, & prudens futuri, tibi rependit, quicquid cæteris præstitit. 6. 38.

Fortunæ licentia interdum optimos decolorat. 6. 40.

Fortunæ difficultatem, quæ cursum vitæ ejus exasperat, adminiculo tuo sperat posse removeri. 5. 48.

Inter

Inter prima numerandum est dona Fortunæ, si optimis quibusque jungamur. 2.39.

Fors versat humana, nec semper ex voto destinata succedunt. 2.57.

Cùm nimium alicui est Fortunæ vulnus, frigent verba solantium, neque aures applicat consilijs surdus ex injuriâ animus: neque cuiusquam tam delenifica & suada facundia est, ut cicatricem vulneri possit obducere. 3.6.

Fastus & otium Fortunæ grandioris vitia sunt. 10.21.

Adversa, quæ cum pluribus proferimus, more ingenij humani habent aliquod de societate solatium: quę verò speciatim alicui casus durus adiecit, altius imprimi solent. 8.27.

Contra fortuita virtute atque ratione animus est armandus: spes quoque assumenda est meliorum. Sępe titubantia in solidum reverterunt. 8.27.

Tacenda sunt damna Fortunæ, ne sera consolatio scindat præteriti cicatricem doloris. 9.54.

Scimus humanitatis hanc esse rationem, ut parùm probatis, & ante discordibus, ad vicem doloris, quem mors incutere solet, reverentiam saltim silentij deferamus. 3.88. Sententia expressa de præcepto Solonis: τὸς τεθνηκότας μὴ κακῶς, λέγειν. Et Homer.

Οὐχ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

HONORIS. MAGISTRATVS. Dignitatis. Præfectura. Censorum. Prætorum. Quæstorum. Consulum. Senatorum. Vide etiam Tit. *Iudiciorum.* & *Principis.*

HONORES *magistratûs in fastis adnotabantur.* 1.1. *Fasces pictura tacet; tu respice fastos.* Vide ibi plura.

Difficile

Difficile factu est, ut honor angustis rebus addatur. l. 4.

Censorum notio fuit, spectare opera, quæ locassent. l. 12.

Virtutis individuus comes Honor. l. 21.

Sæpe iter ad capessendos magistratus litteris promovetur. l. 21.

Honor etiam alit virtutem, & artes. Quod exemplis ostendit Symmachus. l. 21.

An est aliquid tenacius gloria? quæ laudem adijcit voluptati. l. 42.

Vetus est sententia: Artes honore nutriri. *l. 43.* Nemo enim belli notus, aut domi clarus exsortem præmij sensit industriam. *Ibid.* Vide etiam l. 1. Ep. 96. & l. 8. Ep. 30. infra.

Senatorum causæ à Præfectis Vrbis cognoscebantur. l. 2. Ep. 75. Vide Tit. *Magistratus.*

Senatores par est carere suspicione. l. 75.

Nullus tam cumulatus honor est, quàm palma dicendi. l. 96.

Sæpe in honoribus exhibendis exemplum vitandum est, ne res justo orta principio, brevi ad indignos per ambitum perveniat. l. 36.

Honor alit virtutem, & probitatem. l. 1. Ep. 60. Vide Tit. *Virtutis.*

Dignum est honores benemeritis tribuere. l. 2. Ep. 62. & l. 2. Ep. 64. *Spero actutum virtutes tuas fascibus munerandas.*

Præfecturæ urbanæ proprium negotium fuit, jura senatorum tueri. l. 2. Ep. 75. Idem liquet etiam l. 10. Ep. 24. Et in jure Civili l. ult. Cod. Theod. de jurisd. om. jud. ubi nominatim cavetur, Præfectum Vrbis non posse cognoscere de causa criminali Senatoris, nisi adhibuerit in consilium quinq; Senatores non electos, sed sorte ductos, ne de capite atque innocentia alterius judicio electi judicent. Item. l. 13. cod. Cod. Theod. de accus. Ostendit etiam quinquevi-

quevivali judicio finiri apud Præfectum vrbi crimẽ inſtitutum adverſus Senatorem, vetatque ſpectatos judices ſponte delectos judices adhibe i : ſed tantum ſorte ductos. Vide etiam Caſſiodor. l. 4. Var. Ep. 22. ubi Theodoricus Rex jubet Argolicum præfectum vrbi quinque Senatoribus adhibitis de crimine Baſilij atque Prætextati cogneſcere, qui artis ſiniſtræ; hoc eſt, magicæ, rei deferebantur,

Gloriam aucupabantur publicorum munerũ exhibitione aut dimiſſione donatione mancipiorum. 2. 78.

Ad dignitatem aliquam promoti, dyptica & apophoreta offerebant. 2. 81. Non tantum ijs, quorum beneficio obtinebant: verùm etiam amicis. *Ibid.*

Summis imperij moderatoribus pia & decora ſuadentes, initia ſunt boni ſæculi. 4. 7.

Optimos gubernatores mediocriter etiam remigum manus iuvat. *Ibid.*

Viros politicos, cùm honores ambiunt, oportet pauliſper cenſuram vitæ ſuæ, gravitatemque animi ad populares aures inflectere. 4. 58. Similiter Cicero de Orat. Craſſum inducit loquentem : *Equidem cùm peterem magiſtratus, ſolebam in prenſando dimittere à me Scævolam : cùm essta dicerem, me velle eſſe ineptum, id erat petere blandius : quod niſi ineptè fieret, bene non putaſſet fieri.*

Maius quiddam eſt, honorem reſtituere, quàm dediſſe. 4. 7.

Magnæ vrbis magiſtratibus anguſti animi non conveniunt : ſed magnificentia. 4. 60.

Senatores dabant munera gladiatoria. 5. 62.

Ad res magnas obeundas requiritur præcipua dignitas. 5. 63.

Leges honoribus digniores. 5. 66.

Novi conſules creati, triumphum agebant, ludos edebant. 6. 40. *Itaque palmatâ amictus & conſularu inſignu ornatu fracto crure ſublatus eſt.*

Conſu-

Consules Ludos Circenses edebant. 7. 4.

Catones & Atilios vomis & stiva ad Consulares misit secures. 7. 15.

Quæstores suis Candidatis dona solemnia offerebant. 7. 76.

Ob honores publicos gratulabantur amicis. 7. 51.

Beatus: qui honorum emeritus, otiatur. 7. 113.

Quolibet honorum culmine animus bonorum non mutatur: quicquid enim benemeritis honestatis accedit, id solutum magis videtur esse, quàm præstitum. 8. 1.

Præmiorum stimulo bonæ artes felicius incitantur. 8. 30.

Kalendis Ianuarij Præturæ faces sortiebantur. 8. 71. 72. Ad quam dignitatem amicos quoque invitabant. *Ibid.*

Præturam capescentes, Ludos edebant, equos Curules ex Hispania parabant. 9. 12.

Senatorum est fidem promissi servare. 9. 43.

Per primi honoris auspicia in uberiore gloriam felicis tendendi conatus: ut ad celsiores gradus januam pandamus. 9. 67.

Honores consecuti gaudium suum solebant amicis communicare. 9. 85. 86.

Virtus durioribus negotiis enitescit, & aspernatur declivem facilitatem, maximoque sudore arduum laudis adnititur. 9. 86. Sic Claudianus:

—— *Vile decus, quod non erexit prævius horror.*
Ingentes geminat discrimina magna triumphos.

Diligentes existimationis viri pro alienis vitiis erubescunt, dum ambiuntur. 9. 88.

Ille verè incrementis suis maior est, quem sublimitas parti honoris inclinat. 9. 91.

Consulatus annalis fuit honor. Symmachus ideò *annalem trabeam* vocat. 9. 112. Seneca l. 1. de Ira cap. ult. *annuum honorem*. Cyprian. l. 2. Ep. 4. *annuum dignitatem*. Tertull. l. de Patient. *unius anni volaticum*

ticum gaudium. Lactant. l. 4. cap. 10. Cuius rei rationem ponunt, ne diuturnitate potestatis, insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, qui scirent se post annum fore privatos.

Trabea sæculo Symmachiano fuit vestis Consulum. 9. 112. Quod & ex aliis Authoribus constat. Amimian. Marcell. l. 25. & 29. Pacat. Panegyr. Theodos. Inde Trabeatæ imagines Consulis Eutropij. Et Trabeata nobilitas Anitiæ virginis. Vide Iuretum ad prædictum locum Symmachi.

Honore aliorum gaudemus. 9. 111.

Ita natura comparatum est, ut omnes sibi delatum decus iudicent, quod dignus acceperit. 9. 112.

Jucundum est, amicorum honoribus interesse. 9. 113.

Quæstoribus novis munera dabantur: dyptica, & apophoretica. 9. 119.

Consulatus ordinarius distinguebatur ab honorariis, & suffectis, qui minoris erant dignitatis. 9. 130. Seneca l. 3. de Ira cap. 31. *Dedit duodecim fasces, sed non fecit ordinarium consulem.*

Ludos dabant novi Consules. 9. 130.

Prætores novi ludos edebant, in quibus crocodilos: & peregrina animalia exhibita. 9. 125, & 132.

Mos erat Consulibus, adepta dignitate, amicis & fautoribus præcipuis, honoris gratia Sportulas impertiri, tamquam solemnia officii novi libamenta: præcipuè autem præsentibus: & quandoque tamen etiam absentibus 9. 134.

Ad quem locum vide Iureti Miscellanea.

Amplissimę potestates malis artib. possidētur sępe 10. 2

Quæstores Orationes Principum recitabant 10. 2. Vide Tit. *Artium.*

Quæstores novi edebant ludos. 10. 3.

Plus sollicitudinis habet magistratus, qui ex iudicio, quā qui ex gratia venit. Ille enim ut meritis datus, spem sui debet æquare: iste ut per beneficium quæsitus, à periculo præstationis alienus est. 10. 22.

Magistra-

Magistratum seu publicam curam non affectare, prudentis est. 10. 22. & 23

Bonos mores favor Principũ facit, semperque de moribus Principum virtutes judicum fluunt. 10. 22

Si Rectoribus desit integer vigor, & justa conscientia, hominis culpa est, non sæculi. 10. 22

Honorẽ suum boni cõmendant auctorib. suis. 10. 22

Amabile est præesse civibus: sed placere difficile. lib. 10 epist. 23

In bonis magistratibus majorem gloriam quærit temporum fama, quàm judicum.

Præfectum seu Magistratũ decet fidem præferre blanditiis. 10. 24

Præfectum Vrbis seu magistratũ decet vitare ambitionem insolitam. libr. 10. epistol. 24. Vide totam epistol.

Præfecti Vrbis carpento vehebantur per urbem. lib. 10 epist. 24

Sæculo Symmachi omnes honorati, seu ciuilium, seu militarium dignitatum, intra urbem sacratissimi nominis utebantur vehiculis dignitatis suæ, hoc est, carrucis: ex constitutione Gratiani, Valentin. & Theodosii. libr. 10. epist. 24. Vbi vide Miscellanea Lureti.

Degenerem Populus Romanus Præfecturam existimat, quæ posteriora traxit exempla. 10. 24

Antiquior esse debet magistratui salus civium, quàm salutatio. 1. 61

Magistratus bonus in alios sit temperatus, in se severus: sine contemtu facilis, sine terrore verendus. 10. 32 Sic Cato apud Sallustium de seipso: Qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem, haud facilè alterius libidinis malefacta condonabam.

Meliùs Reipublicæ consulitur, si magistratus eligantur inviti. 10. 37. Sententia hæc est Platonis, quam is cùm alibi inculcat, tùm potissimùm Polit. Ethic.

lib.2. περιμάχητον τὸ ἄρχειν γιγνόμενον οἰκεῖος ὢν καὶ ἔνδον· ὁ τοιοῦτος πόλεμος αὐτοὺς τε ἀπόλυσι, καὶ τὴν ἄλλην πόλιν, ἀλλὰ μὲν τοι δεῖ γε μὴ ἐραστὰς τοῦ ἄρχειν ἰέναι ἐπ' αὐτὸ, εἰ δὲ μὴ οἱ ἐρασταὶ. &c.

Moribus potiùs, quàm insignibus æstimantur ii, qui in publico munere versantur. *10.24.* Vid. tot. Ep.

Senatus Reipublicæ honoris testimonio dicitur antiquum obtinere. *10.21 & 28*

Senatores olim ad ambitionem & fœdam jactationē edebant ludos. 10.28

Parentes sæpè coluntur ob liberos frugi.
10.29

Modestiæ est refugere magistratum.
10.30

Principis est optimos eligere.
10.30

Nimis arduum est, similes subrogare in locum defunctorum. *10.30,31.*
Vide Tit. *Mortis.*

Ornamentis bonorum incitatur imitatio: & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni.
10.32

Honor etiam invitum sequitur.
Ibid.

Illustrior laus est, de cœlesti profecta judicio, hoc est, magistratûs, aut Principis.
Ibid.

Abierit cum homine præmium: sed judicium post hominem perseverat.
Ibid.

Casibus adversus gloriam nihil licet.
Ibid.

Præfectus Vrbis olim Imperatori offerebat Kall. novi anni strenas aureas, nomine totius Populi Romani
10.35

Ad præfecturam urbanam civilium rerum summa pertinebat. *10.37*

Ad

Ad magistratum optimi quique adhibendi. *Ibid.*

Bonorum virorum vena fecunda est. *Ibid.*

Præfectus Vrbis carpento per civitatem vectus. 10.40

Qui summi loci judices decolorant, sacri testimonii facilitatem videntur incessere. 10.41

Sine ambitu magistratum occupare decet. Quod se fecisse gloriatur Symmachus. 10.41

Officia quædam erant intramurana. 10.37

Præfectura urbana cæteris superior Romæ. 10.43

Præfectus Vrbis Vicarium habuit, qui Vicariam sedem adiret. 10.43

Præfectus Vrbis habebat Adjutorem Vrbani officii. 10.43

Diligentia debet inesse omnibus judicibus. 10.43

Censuales fuerunt in officio Præfecti Vrbi Romæ. 4.8. & 10.43

Senatorum fuga non temerè credenda est. 10.45

Ad Præfecti Vrbis officium spectat, jacturam pecuniæ non tacere. 10.45

Præfecti Vrbis fuit, cognoscere de pretio monetæ: & solidi: adeoque totum Collectariorum corpus dirigere solitus fuit. 10.49.

Omnes qui ad amplissimos honorum gradus favore Principum provehuntur, summo studio eniti debent, ut famam sæculi suggestionum veritate tueãtur. 10.54

Fides sola in officio munit imperium, *Ibid.*

Non est boni magistratûs famæ incerta sectari. 10.54

Omnes, qui ad ampliſſimos honorum gradus favore Principum provehuntur, ſummo ſtudio eniti debent, ut famam ſæculi ſuggeſtionum veritate tueantur. Quod enim genus gratiæ beneficiis Principum rependendæ fortuna impar inveniet, ſi fidem deſerat, quæ ſola munit imperium? 10.54

Qui officio magiſtratus funguntur: odii & invidiæ obnoxii. 10.54.pag.412

In rebus dubiis ad magiſtratûs ſalubre judicium convolandum. 10.60

Plus apud magiſtratum juſtitia valere debet, quàm licentia, 10.61

Nihil tàm familiare eſt legibus, quàm magiſtratûs decreta. 10.62

Certa officia ſunt omnium poteſtatum. Præfecturæ urbanæ proprium negotium eſt, ſenatorum jura tutari. 10.69

Magiſtratus ſunt juris publici conditores. libr.10. epiſtol.70

I.

INCESTVS. STVPRI. Adulterij.

INCESTUS Veſtaliũ ſeveriſſimè punitus.9.128 & 129

INFELICITATIS. INFORTVNII. Fortunæ adverſæ.

SIC nati ſumus, ut ſæpiùs adverſa fungamur. 1. 46. Vide Tit. *Hominis.*

Graviùs ferimus adverſæ, quæ non videmus. Ea quippe eſt rerum natura, ut quicquid ab altero cognoſcitur, aſperius & majus habeatur. 2.7

Integer animus putat innocentiam ſuam minui, ſi periculis ſuorum deſit. 2.7

Spes ſemper rerum adverſarum patientiam ſuadet. lib. 2. Ep. 37 & 52.

Memo-

Memoriã malorum sæpè joci vetustate frangimus. 3. 39
Plærumque Fors disposita conturbat. 7. 39
Angusta fortuna non admittit magnum animum. 7. 46
Animus adversis fortunæ ingens solet reducere valentiam corporis & vigoris serenum. 8. 31
Tacenda sunt damna fortunæ, ne sera consolatio scindat præteriti doloris cicatricem. 9. 54
Fastus & otium, fortunæ grandioris vitia. 10. 21

INGENII. NATVRÆ.
Indolis.

PLENUM ingenio pectus noscitur. 1. 15

INIVRIÆ. Vide *CALVMNIÆ.*

INVIDIÆ. LIVORIS.
Æmulationis. Odij.

INVIDIA non potest ferre favorem, & benevolentiam. *Libr. 2. Epist. 31. Theodosii Domini nostri erga me favor fecit, ut aliquid interim moliretur invidia.*
Conscientia rectè-factorum famam nutrit, ut suffragia bonorum nesciat invidere. 7. 58
Solet bonis livor obstrepere. 9. 97
Nullius fama sub teste Virtutis succumbet invidiæ. lib. 10 ep. 1
Scio quidem naturæ humanæ vitio, probitatem subjacere livori. Sed miror eò progressas insidias æmulorum, ut crudo insontis fama peteretur. libr. 10. epist. 41
Invidia semper comes magnæ virtutis. 10. 54
Privata odia adversum leges non sunt exercenda. 33. Ibid.

IOCORVM. FACETIARUM.

MEMORIAM malorum sæpè joci venustate frangimus. lib. 3. epist. 39

IVDICII. PRÆIVDICII.

LICET alienas spectare virtutes: adeoque & judicare licet, tametsi non æquè gnaro earumdem artium. lib.1.ep.29. *Sic hominum pars magna Olympium Iovem Phidiæ, Buculam Myronis, Canephoras Polycleti mirata est: Intelligendi natura indulgentiùs patet. Alioqui præclara rerum paucis probarentur, si boni cujusque sensus, etiam ad impares non veniret.*

Neque enim meo præjudicio debet astringi, cujus exspecto judicium. 1.41

IVRAMENTI. IVRISIVRANDI.

JURARE solebant per Genios Imperatorum. 10. 54. *Testor Custodem Numinis vestri Deum.* Vbi vide Miscell. Jureti, pag. 292.

LABORIS. INDVSTRIÆ, Diligentiæ.

FERIARUM requie laboris fastidium tergetur. lib.3.ep.23

Famulatus est quidam, si cedentibus viribus recusemus uti laborum vacatione, quam præstat senectus. lib.5.ep.68

Fructus laboris est, placere melioribus, & pro industriâ animi integritate palmam judicij promereri. Libr.9 Epistol.42. Sic libr.7.epistol.85. *Laudabilis quisq; hanc solam mercedem pudoris atque honestatis exoptat, ut ad intimam familiaritatem bonorum purâ conciliatione conveniat.* Et libr.5.epist.64

LAV-

LAVDIS. GLORIÆ. OSTENTATIONIS.

IACTANTIÆ. PANEGYRICI. TESTIMONIJ. Commendationis. Vide etiam Titulum *Amicitiæ*.

LAVS *propria ostentationi non absimilis.* Libr.1.Epistol.1. *Derides, quòd de me aliqua justo indulgentius prædicavi. Est hæc vera & digna reprehensio. Omnis quippe ostentatio non caret suspicione mendacij. Quia quicquid assumitur, proprium non putatur.*

Iactantia avara laudis multùm decoquit de pudore. Lib.1.Epist 1

Modestiæ causâ propriam laudem defugimus. Lib 1.Epist.1

Laudari à laudato viro rara est merces ingenii. 1.3

Filii parentibus non sine suspicione adulationis commendantur,& laudantur. lib.1.epist.25

Verecundia gloriosum testimonium non fert: tametsi laudibus omnes gaudeamus. 4.52

Laudis & testimonii honestamentum præoptandum est muneribus. Nam qui opibus illaudatus juvatur, necessarium magis donum, quàm justum præmium videtur adipisci. 1.3

Pro cognitis pauca dicenda sunt. libr.7.epistol.102. Vide etiam libr.9.epistol.94. Et libr.9.epistol 61. Efficaciùs studia & amorem bonorum probabilis vita conciliat homini, quàm commendationes. Vide etiam 1.62,94. Et 3.47

Amici amari malunt, quàm suspici. 4. 42. Vide suprà Titulum *Amicitiæ*.

Qui plura prædicat de eo, à quo ipse prior laudatus est, mutuum scabere videtur, 1.31. Et libr.1.ep.10.

Is, qui laudatorem suum vicissim laudat, fœneratam gratiam videtur referre.

Prolixo testimonio suspicionem laudatoris incurrimus. 1.43

Ita meminisse oportet gloriæ alterius, ne verecundiæ oblitus existimeris. 1.55

Laudentur incogniti, ut eorum merita non occultò sita, testimonii splendor irradiet. 1.94

Commendario præstare debet incognitis. libr.2.epistol.9. Vide etiam libr.5.epistol.58 & 3.47 & 6.27 & lib.7.ep.102

Bonum judicium hominum de nobis, cuivis antetponendum est patrimonio. 2. 30. Eadem est Solonis sententia in Proverbiis.

Non est dignum gaudere, si qua laus ex alterius errore proveniat. 2.55

Supervacaneum est, commendare conspicuos: ut si in sole positis facem præferas. lib.3.epistol 48. Hanc sententiam repetit aliquoties: ut libr.3.epistol.91. Probitate & honore pollentibus viris nihil addit aliena oratio. Et lib.9.epist.62 & lib 1.epist.62 & 94 Et lib.2.epistol.2 & 9. Et lib.3.epistol.34,66,87. Et libr.1.epistol.62. Et lib.4.epistol.59

Verus & maximus laudis profectus est, quoties sequentibus priora sequuntur. Sententia est Platonica: τὸ νικᾶν αὐτὸν πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη: τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν, ἀφ' ἑαυτῆ πάντων αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. *lib.1.de Legg.*

Laudem perennem pia facta conciliant. libr.4.ep.67 & l 7.epist.103

Qui omnium ore celebrantur, & probitatis laude conspicui sunt, incognitos quosque ad amorem propriæ familiaritatis invitant. libr.5.epistol.5

Omnis commendatio amici testimonium tribuit, suffragium præstat incognitis. 7.86

Etiam

Etiam is laudem meretur: qui alienos labores promovet, & evulgat. 1. 31
Magnæ parti hominum ab hoc morbo nulla cautio est. 1, 37
Principum laudes civiles & bellicas panegyricis scriptis prosequebantur. 2. 13.
Res magnæ & insperatæ in secreto se esse non patiuntur 2. 38.
Verus & maximus laudis profectus est, quoties sequentibus priora vincuntur. 4. 59
Ubi rerum magnitudo est: ibi opus est laudatoribus multis; ut numerum impleat onus debiti. 7, 104.
Etiam laudatores impares aliorum virtutes prædicare possunt. Nam & Homerum à dissimilib⁹ notinus prædicari. Careret quippe fama magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset. 8. 22.
Præmium laudis honestate consequimur. 8. 68.
Laudari ab laudato viro, vetus dictum est. 9. 110
Heraclius Philosophus summam laudis arbitrabatur, placere uni, si esset optimus, qui probaret. 9. 115.
Qui se invicem laudant, Mutuum scabere mulos, putantur. Quod amici trepidè faciunt. 10. 1.
Nullius fama sub teste virtutis succumbet invidiæ. 10. 1.

LEGATIONIS. STVDIORVM.

Lectione veterum Authorum solemus solari nostram solitudinem. 3. 50.

LEGATIONIS.

Legatio multùm sollicitudinis habet. 7. 54.

LEGVM. PRIVILEGIORVM. IMMVNITATVM.

Decemviri tabulas legum suarum condiderunt antiquis verbis. 3. 44.
Leges honoribus digniores. 5. 66.
Legum sanitas plærumque ab ipsis corrumpitur, quibus curanda mandatur. 9. 116.

Solæ leges, quæ in bonum commune procedunt, numquam patiuntur occasum. 10. 28.
Privata odia adversùm leges exercenda non sunt. 10. 54.
Lex parentum Ministros Deorum justis semper privilegijs honoravit. 10. 61.

LIBERORVM. Vide Tit. *PARENTVM.*

LIBERALITATIS. Vide *DONORVM.*

LITTERARVM. Vide *EPISTOLARVM.*

LOCORVM. REGIONVM.

FIT plærumq; ut ex bonis accidentibus honor & voluptas locorũ crescat, & amoris signa præferat. 4. 20.
Hispania dives equini pecoris. 4. 59. & 4. 60. & 7. 37.
Sint licet plures hominum sententiæ, quæ maritimis montana postponant: ego tameu, *inquit Symmachus* vitandis æstibus magis judico nemorosa, quàm cultu aperta congruere.
Natura regionum suis meritis, non nostris quæstibus æstimanda est. 7. 37.
Magna venustas Campaniæ Regionis 9. 45.

LOQVACITATIS.

Sine argumento rerum loquacitas morosa est. 10. 58
Vitium senile verbositas 8. 48.

LVDORVM. Vide Tit. *COMOEDIÆ*

LVXVS. Vide Tit. *EBRIETATIS.*

M.

MATRIMONII. CONIVGII. NVPTIARVM.

SPORTULAS offerebant in nuptijs. 3. 24. 4. 14. & 4. 55.
In nuptijs munisma auro cusum offerebant. 4. 55.

Faces

Faces in Nuptijs adhibitæ. 7. 19.

Postridie nuptias apud novum maritum cænabatur, & quasi reficiebatur potatio. Unde Repotia dicta. 7. 19. Vide Festum. Et Cuiac. lib. 16. Observ. cap. 29. Turneb. Adv. lib. 3. cap. 6.

Nuptiale festum amicorum curiosè celebrarunt. 7. 19.

Fides & pacta matrimonij servanda, nec temere mutanda. 9. 43.

Novos nuptos sportulis prosequebantur. 9. 93. & 106. & 107. Vide paulò ante.

Ad nuptias invitabant amicorum potissimos. 9. 167.

Nuptialibus votis rarò solebant abesse amici. 10. 6.

Filiam fratris sui filio copulare, multis fuisse concessum, manifesta testantur exempla. 10. 11.

METVS. TIMORIS. TREPIDATIONIS.

HOMINUM supervacua est trepidatio. 3. 36.

MILITIÆ. Vide Tit. *BELLI.*

MISERIÆ. Vide Tit. *ÆGRITVDINIS*

MÆRORIS. Vide Tit. *ÆGRITVDINIS.*

MONETARIÆ-REI.

COLLECTARII & numularij Romæ: qui monetariam curabant. Et hi in tutelâ Præfecti urbis. 10. 49.

MONITIONVM. Vide Tit. *ADMONITIONUM.*

MONVMENTORVM. MEMORIÆ.

MONUMENTA *memoriæ causa locabantur in prædijs conditorum suorum: quæ picturis & versibus exornabantur.* 1. 1. *Ibi* (in Lucrinâ sede) *Acyndino conditori, eiusq; maioribus ἐμμετρα verba libavi, & picturæ licentiam, quæ vestitum disparem singulis tribuit, in rationem coegi.* Vide etiam Epist. 2. lib. 1.

MORBO-

MORBORVM. INVALETVDINIS. VVLnerum. Medicina. Medicorum. Febrium. Podagra. Valetudinis. Sanitatis. Doloris. Ægritudinis.

VULNERA intempestivè contrectata crudescunt. *1.* 100.

Omnis internus dolor corporis hyemali crescit injuriâ. *Ibid.*

In dolore aut morbis constituti fanum Dei tutelaris accesserunt. 2.32.

Humor sæpe pectus obsidet, qui importunam tussim ciet. 2.48.

Animus plerumque spe & gaudio morbum levare solet. *2.* 79.

Febres incertæ deterunt vires corporis. 3. 38. (39.

Hyemis injuria plærumq; sollicitat sanitatis fidem. 3.

Sanitas sæpe opem cæli clementioris exspectat. *3.39.*

Quam sententiam illustrat simili 6.77.

Ætas declivis in senium obnoxia morbis. *4.32. Valemus, quantum ætas admittit declivis in senium.*

Animus æger bonum sanitatis ignorat. *4.* 74.

Reliquiæ longæ ægritudinis armentali lacte depelluntur. *6.* 17.

Valetudo etiam jejunijs sauciatur. *6.* 29.

Præsentia hebetantur incommoda, si cui dolor major accesserit. *6.45.*

Animus morbo corporis occupatus rebus alienis curam nescit intendere. *6.47.*

Purgatorio medicamento alvum vacuamus, ut fervor oculorum cum cæteto onere decedat. *6.64*

Sanguinis emissione venæ juvantur. Ibidem.

Febrium noxa brevibus intervallis mansionum minui solet. *7.*32.

Valetudo scriptorum assiduitate refovetur. 7.71.

Valetudo percutitur seu insalubribus aquis: seu æris mutatione 7.74.

Medicorum curatione, & abstinentiâ, valetudo recuperatur. *8.*3.

Animus

Animus adversis fortunæ ingens solet reducere valentiam corporis, & vigoris serenum. 8. 31.

Humor noxius articulis illapsus, affligit valdè 8. 46.

Non licet celare morbos, nihil prosunt figmenta sollicitis. 8. 47

Dolor corporis officiorum familiarium sequestrator. 8. 54.

Vigiliæ nocturnæ, causa morborum. 8. 58.

Imbecillitas corporis testatur insomnes curas. 9. 42.

Solent qui medicinam callent, cùm jam forti usu in magisterium provehuntur, ac fiunt artis emeriti, proximis imperare, & feriatâ manu curationem juvare præceptis. 10. 1.

Morborum ferax est otium. 10. 5.

Affecta diuturno morbo corpora sæviorem medicinam ferre non possunt. 10. 14.

Symmachus contra podagram usus calidâ arenâ. 8. 46. Vide prolixè de hac volutatione in arenâ calidâ Isaaci Casauboni Animadversiones in Sueton. lib. 2. 158.

Collegium Medicorum Romæ: ad quod summates alijs decedentibus acciti fuerunt. 10. 47. Valentiniani Constitutio voluit, ut tot essent Medici in urbe: quot Regiones urbis.

MORTIS. OBITVS. FVNERIS. SEPVLCHRI.

OBITUM nostrorum exempla invicti animi solantur. 3. 6. Vide Tit. *Ægritudnis.*

Qui bene moriuntur, summum sui desiderium, magnumque civib. gratum relinquunt dolorem. 10. 30

Memoriam benemeritorum populus defiet: adeò ut ferias faciat publicarum lætitiarum. 10. 30. & 31. Immò cum ipsâ Fortunâ expostulare solent: quòd sibi Principum beneficium sustulisset. *Ibid.*

Etiam collegæ impatienter ferunt obitûs eorum: quibus cum Rem publicam gubernarunt: adeò ut vacationem muneris petere soleant. *Ibid.* Sa-

Satis habet testimonij post fata, qui bene vixit. Dolor enim omnium mortem celebrem facit. 10. 31. Vivit enim in memoriâ & amore cunctorum: atque hoc uno punit invidiam, quòd tantum ei mors ad gloriam contulit, ut huic quoque fortunæ livor debeat invidere. 10. 32. *Ibid.*

Memoriam benemeritorum statuarum diuturnitate solebant oculis posterorum tradere: non quòd illi præmia terrena desiderent, qui gaudia corporis etjam cùm homines agerent, ut caduca calcarunt: sed quia ornamentis bonorum incitatur imitatio: & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum, ut rusticis adhuc sæculis, optimi quique civium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur. 10. 32. Vide totam epistolam.

CONTINVITATIS.

MOTUS. *συνεχείας.*

Omne quod in cursu est, viget. 7. 67. Vide etiam Tit. *ACTIONVM.*

MVNERVM. Vide Tit. *DONORVM.*

MVSICES.

Achilles ægri animi curas fidibus resolvit. 3. 74.

N.

NATALIS. NATIVITATIS. GENII.

DIE natali munera mittebant. 1. 11. *Cùm jam filiæ nostræ dies natalis appeteret, commodùm aderant, quæ muneri miseratis.*

Natali Principis offerebantur equi: item vestes holosericæ: ut & Amphitheatrica spectacula. 4. 8.

Festivitatem natalitiam hilariter habebant. 6. 2.

Natali Urbis ludos exercebant. 6. 40.

Natalitia munera mittebant. 6. 48.

Natalem diem cùm curâ agebant: convivijs celebrabant. 6. 80, 81.

Singulorum Genij credebantur esse Dij. 10. 54. *Testor Custodem Numinis vestri Deum.* h. e. Genium Imperatoris. Ubi vide Miscell. Jureti pag. 292.

Ut

Uranimæ nascentibus: ita populis fatales Genij dividuntur. 10. 61.

NATATIONIS. FLVMINIS.

NANTEM sequitur gravedo. 4. 18.

NEGOTIORVM.

NEGOTIA in præsentiâ rectius & tutius curantur, quàm absentiâ. 9 6. Vide Tit. *Actionum. & Præsentiæ.*

NOBILITATIS.

VIRTUS præferenda nobilitati fortunæ. 3. 3.

Circa nobiles probabilesque personas plus debet esse moderaminis, ut perspiciatur in discretione judicium. 9. 40.

Nobilium liberi Philosophis traditi. 10. 25.

NVNCII.

FIT plærumque ut levia rerum, portitor festivus exorner. 1. 90.

NVPTIARVM. Vide Tit. *MATRIMONII.*

OBIVRGATIONVM. Vide Tit. *ADMONITIONUM.*

OBSEQVII.

PRÆTER æquum faciunt, qui inter impares par obsequium requirunt. 1.

OCCASIONIS.

OCCASIONEM arripere, prudentis est. 1. 7.

OECONOMICÆ-REI.

BONUM patrem familias decet sæpe invisere sua prædia, suos agros. 1. 5.

OFFENSIONVM. Vide Tit. *CALVMNIÆ*

OFFICIORVM. BENEVOLENTIÆ. AMICITIÆ. Studij. Salutationis. Vide etiam *Beneficiorum.*

SEDULITAS, quæ non compensatur, onerosa est. 1. 3

Beneficia parentum etiam ad hæredes transeunt. 2. 91

Revera ita Naturâ paratum est, ut expetiti diu officij querela decedat, si potiamur optato. 4. 65.

Et temporum clementiæ congruit, & sancto ingenio familiare est, opis indigos sublevare. 4. 67.

Pecu-

Pecuniarum causas usque ad detrimentum amicitiarum non oportet extendi. 4. 71.
Bonis familiare est, studia benigna cumulare, quorum gratiam sentiunt non perire. 4. 72.
Officia pietatis præferenda officijs lætitiæ. 5. 5.
Quæ ex more fiunt, etiam gratuita delectant. 6. 76.
Officia familiaria plæraque noctu, vel primâ luce celebrare solebant. 8. 41. Vide Isaaci Casauboni Animadv. ad Sueton. pag. 134.
Date operam bonæ valetudini, & alloquio crebriori: quæ cùm petimus, sedulò pollicemur. 1. 5.
Qui ab alio poscit officia, sui quoque studij frequentem operam pollicetur. 3. 64.
Officia si plærumque deseras, occupatio est: si semper, oblivionis crimen putes. 3. 18.
Fas non est, læta officia obire lugentes, ne eorum tristitudo aliorum hilaritatem contrahat. 3. 21. & 9. 113.
Non pereunt officia delata sapientibus. 3. 68.
Inter castrenses curas loci officia otiosa non habent. 3. 70.
Ea rerum natura est, ut officiorum diligentia fructu vicissitudinis incalescat. 3. 71.
Spontanea officia stimulo exhortationis non oportet invitari. 5. 3. & 1. 97. & 2. 26, 88.

OPIFICVM. Vide Tit. ARTIFICVM.

OPINIONIS. SENTENTIÆ.

OPINIONUM talium; quæ sine authore prodeunt. nulla nobis curatio esse debet. 1. 49.

OPTIONIS. ELECTIONIS.

Rerum bonarum difficilis est electio. 4. 51.
Dubia est optio, cùm de similibus judicatur. 10. 21.

ORACVLORVM.

NON vides Oracula olim locuta desijsse, nec ullas in antro

antro Cumano litteras legi, Dodonam loquì frondibus, nec de spiraculis Delphicis ullum carmen audiri? 4. 33.

Nemo prudens humanis verbis corrupit oracula. 10 21

OTII. QVIETIS. REQVIETIS. Vide etiam *Secessûs.*

NON *minus otij, quàm negotij est præstanda ratio.* 1. 1. Ubi Symmachus expressit Catonis præceptũ, quod ex initio Originum eius refertur. Ad quod etiam Justinus in Præfatione operis sui allusit. *Simul*, inquit, *ut & otij mei, cuius & Cato reddendam operam putat, apud te ratio constaret.* Vide & Columellam extremo l. 2. Sic verò Cato dicto loco: *Clarorum virorum atq; magnorum, non minus otij, quàm negotij rationem exstare oportet.* Autor Tullius pro Plancio. Sed & Ennodius Ticinensis in dictione Epiphanij. *Si reddenda est*, ait, *de otioso sermone ratio, non minus de otioso silentio.* Galba tamen cùm in desidiam conversus esset, dicere solebat, *neminem cogi rationem sui otij reddere.* Sueton. Galb. cap. 9.

Neque minus residem facit remissio animi, quàm occupatio. 1. 47.

Urbanarum rerum festi ingentem animum solitudine domabant. 1. 47.

Præstat macerati otio civitatis, quàm pericula ruris incidere. 2. 22.

Alia otij, alia negocij signa sunt. 4. 18.

Felix materia est, suadere otium. 6. 61.

Morborum ferax est otium. 10. 5.

Fastus & otium fortunæ grandioris vitia 10. 21.

P.

PARENTVM. LIBERORVM. FILIORVM.

PARENTIBUS non ad lancem, nec ad dimensum verba sunt tribuenda 1. 1.

Et si plærumque vera est apud parentes filiorum prædicatio, nescio quo tantum pacto detrimentum

meriti sui patitur, dum personarum spectare gratiam judicatur. 1. 19. Αἶνος γὰρ ἀφ' αἵματος ἐσὶν ἄπις, ut ait Nazianzenus in carmine Nicoclis ad filium.

Quoties parentum beneficijs obligamur, necesse est ad hæredes nexum debiti pertinere. 2. 91. Sic eandem Isocratis sententiam de continuandâ parentũ amicitiâ, & inter liberos, habet 7. 88. & 8. 43. & 9. 18.

Natæ soboles primo parentes die hilarant, mox pij metus brevem gratiam fugant. 4. 34.

Parentum amicitiæ rectè in liberos transferuntur, ut charitas semel inita, successoribus eorum hæreditario jure proficiat. 7. 88.

Inter cætera parentum decedentium bona, amicitiæ quoque affectanda successio est. 8. 43. Isocrates ad Demon. πρέπει τὺς παῖδας ὥσπερ τῆς ὐσίας, ὕτω κὴ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν.

Contra morem parentum nil licet. 10. 61.

Solent patres avari esse voti, nec ulla filiorum bona putare perfecta, desiderio & cupiditate potiore. 9. 62.

Filij unici semper chariores habentur. 5. 68. Vbi vide prolixè Notas Jureti.

PARSIMONIÆ.

PARSIMONIA homini familiaris & cognata sapientia, & adversis fortunæ animus ingentior. 8. 31.

Odi parsimoniam verborum bonorum. 1. 45.

PATIENTIÆ. IMPATIENTIÆ.

ÆQUUS animus maiore pretio munerandus. Indignius enim læditur, quem religio non permittit offendi. 3. 18.

Injuriæ dolorem mollire debet medicina Patientiæ. 6. 22.

Impa-

Impatientia Græcis delitijs congruens. 8. 41.

Patientia viro digno assumenda: & quæ mutari nequeunt, non sunt lugenda. 9. 123.

PATRIÆ.

NUMQUAM est securus amor patriæ: & quamvis magna remedia conquirat, semper illud putat imminere, quod timuit. 1. 61.

Reditus ac recursus in patriam semper omnibus gratus est. 2. 52.

Patria in rebus angustis vel opem bonorum, vel societatem requirit. Neque enim præsentiam nostram sola prospera eius exspectant. 7. 38.

Patriam deserere impium est, & crudele. 6. 18.

Præ cunctis voluptatibus patria cuique sua diligenda est. 8. 65. ὡς οὐδὲν γλυκίον τῆς πατρίδος ἐστὶν ἑκάστῳ! inquit Homerus.

PAVPERTATIS. EGESTATIS.

NIHIL magna dignitas á paupere petit. Sit fortasse plærisque ipsa inopia gravis: habet tamen alieni oneris exceptionem. 4. 61.

Validior est omnibus vacationum remedijs exhausta fortuna 4. 61.

Angusta fortuna non admittit magnum animum. 7. 46

Pauperes Rep. salvâ sub bonis Principibus solent sæpe emergere. 10. 21. & 28. Sic Claudianus laudat Stiliconem, quòd illius beneficio pauperes tunc temporis inciperent honoribus claresceere, cùm felicibus ingenijs iter aperiretur. Vide etiã Sidon. Apol. 8. 7.

PEREGRINATIONIS.

Peregre advenientib⁹ omnia humanitatis officia præstari solent. 1. 3. Beneventum me recepi. Ibi summo cultu omnium plausuque susceptus tanto honore celebrabar.

Peregrinatio multum difficultatis habet. 7. 54. & 8. 31.

Peregrinatio instar morbi est.

Peregrinatio senio est. 2. 17.

Iter facturi Deos precabantur, ne impediretur. 1. 9.
Pietas sæpe durum iter vincit. 1. 9.
Peregrinationis injuria desiderat quietem. 3. 45.
Otium interdū solebant mutare peregrinatione. 3. 63
Peregrinatio multum difficultatis circumfert. 7. 54.
Peregrinatio instar morbi est. 8. 31.

PERICVLI.

PLÆRUMQUE utile est, in publicam proferre notitiā, quod velis esse correctum, ut denunciatione futuri periculi ad consulendum cunctorum cura moveatur. 4. 74.

PETITIONVM. FLAGITATIONVM. Postulationum. Supplicationum.

INIURIUM est, magno pere flagitare, quod speres: ne quod est voluntarium, videatur extortum. 1. 36.
Præfato opus est, si ardua postulentur: pronis ac facilibus admoveri ambitum non oportet. 6. 3.
Talia sunt poscenda, quæ nec intervenientis petitionem, nec præstantis judicium decolorent. 9. 51.
Non difficile credimus impetrari, quod á legum parentibus postulatur. 10. 40.
Ea inter amicos petitionum debet esse conditio, ut præstantibus prona videantur, quæ sunt magna poscentibus. 7. 26.

PHILOSOPHIÆ. Vide Tit. *ARTIS.*

PLENITVDINIS. CVMVLI.

CUMULUM sibi addi plena patiuntur. 2. 15.

POENARVM. SVPPLICIORVM. Impunitatis.

POENA vehemens ausus alios nefarios comprimit exemplo. 2. 33.
Gravium noxarum pœna finevitæ solvitur. 10. 54. & lib. 9. 131. Videl. ult. ad lul. maiest. D. & l. 1. & 2. si reus vel accus. mortuus sit. C.

Mori-

Moribus scævis familiare atque cognatum est, armare spiritus impunitatis exemplo. 10. 51.

Exempla pœnarum plurimùm faciunt ad emendationem. 10. 61

PRÆDIORVM. Vide Tit. *AGRICVLTVRÆ.*

PRÆSENTIÆ.

PRÆSENTIA dominorum in agris colendis multum facit. *7. 66.*

Etiam actiones quæcunque in præsentiâ tutius curantur, quàm in absentiâ. 9. 6. Vide locum integrum: Item Electa nostra Plautina Tit. *Præsentiæ personæ.*

PRINCIPIS IMPERATORIS. Vide etiam *Magistratús.*

PRINCIPEM vel natura, vel tempora commendant. 1. 13. *Hic in laude est natura Principis, ibi prisca munus ætatis.* Vide ibidem exempla Principum.

Angustius est regenti sibi, quàm subditis modum ponere. 2. 13.

Principes ob editionem ludorum ab subditis laudantur. 2. 29.

Principes debent esse parentes publici, & conservatores, omnium Domini. 2. 30.

Principes æterni & divini dicebantur ferè post mortem: non tamen semper id observatum. 2. 31.

Principis est virtus maxima, nosse suos. Sic solēne fuit Theodosio in suos exercere censuram, morumque agere delectum, & singulos, & novos semper expendere, nec consuetudini condonare judicium. Idem per immensum requirit venas bonorum, nullo sque avidius trahit, quàm nihil desiderantes. 3. 81

Summis imperij moderatorib⁹ pia & decora suadentes, instrumenta sunt boni sæculi. 4. 7.

Optimos gubernatores haud mediocriter etiam remigum manus juvat. 4. 7.

Boni consiliarij Principibus benefaciendi addunt calorem. 4. 12.

Principis est, medicinam facere Reipub. 10. 2.
Interest serenissimorum temporum gloriæ, ut sicuti omnibus in hac vitâ positis ac locatis communis est cæli spiritus, lux diei, ita clementiam maximi Principis sentiant vota & facta cunctorum. 9. 1.
Principum Orationes recitabant Quæstores. 10. 2. Vide Tit. *Artium.*
Principum laus, nostrum est officium. 10.
Principes, Imperatores, olim facundi fuerunt. Sic de Gratiano noster inquit 10. 11. *Nos humi reptamus, socco magis idonei, quàm cothurno, postquam facundia res esse cœpit imperij: Musis in Palatio loca lautia data.* Cornel. Tacit⁹ lib 12. Ann. observat ex ijs, qui rerũ potiti sunt, primum Neronem alienæ facundiæ (Senecæ) egu isse. Aurel. Victor Constantium Imp. laudat, quòd solâ vi facundiæ suæ Vetranium dejecisset Imperio, & illius exercitum eloquentiâ dissipasset. Vide etiam Mamert. Panegyr. de Juliano.
Nemo prudens humanis verbis corrupit oracula. *h.e.* nullæ gratiæ satis agi possunt Imperatorib⁹. 10. 21.
Principis est, sibi vota populi conciliare. 10. 21. *Non sunt avara vota, quæ sæculi excitavit humanitas. Libamina publici in Vos amoris accipite.*
Liberalitas Principum excitat studia populi. 10. 21. *Magna sumenda maiora præsumimus.*
Principi gratiæ agi non satis possunt. 10. 21.
Principes eloquentiæ & artibus liberalibus olim operam dabant. 10. 21.
Principes fastum & otium, fortunæ grandioris vitia fugiebant. 10. 21.
Imperatores nihil temere præstant. 10. 23. (23.
Justũ est, Principib. pro solo honore gratias agere. 10.
Principum liberi Philosophis dati. 10. 25.
Principũ promissa quasi debita rectè repetuntur. 10 26
Nusquam maior spes est. quàm in bonorum Principum sponsione. 10. 26.
Principes decet liberalitas. 10. 27.

Princi-

Principes & magistratum amare, omnibus rebus est præstantius. 10.27.
Bonos Principes decet lætitiam cęterorum proprijs anteferre solatijs. 10.29
Principes benefici arcana omnium pectorum possident. 10.29.
Principes coluntur, quorum liberi ad bonum publicum nati. *Ibid.* Vide locum pag. 401.
Principum munera semper exspectari solent. *Ibid.*
Principes in imperio posteris debent dare exemplum. 10.29.
Bonis Principibus bene-parta libamus. 10.29. & 35.
Publicum de optimo Principe judicium, non est muneribus æstimandum. 10.33.
Munera aut opes Imperatorum in publico amore sita esse debent. *Ibid.* (*Ibid.*
Imperatoribus senatus munera offerebat ex ærario.
Principis juvenis gratia cum ætate debet adolescere. 10.34.
Boni Principis est, providere, ne res annonaria in graves angustias cogatur. 10.38.
Itemq; ut securitas Reip. inter præcipua, & prima curet. *Ibid.*
Posterioribus temporibus cùm Româ utplurimùm abessent Principes, institutum est, ut quot-mensib⁹ Senatûs, & Populi Acta ad Imperatorem mitterentur ex Urbe. 10.44. Ubi Casaub. pro *scripta*, conjecit legendum: *sacram potestatem*. Vide Animadv. ad Sueton. pag. 128.
Parentes generis humani magis justitiâ, quàm invidiâ commoveri solent. 10.43.
Venerari potius, quàm interpretari Oracula divina consuevimus. 10.50.
Stratores erant Principib⁹, qui adscendentib⁹ equum frena tenebant, & operâ juvabant. 10.58. De ijs exstat Tit. in Cod.
Principes exempla prædecessorum suorum in usum trahere solent.

PROMISSIONVM. POLLICITATIONVM

ITERARE promissum, fallaciæ meditatio est. 1. 13.
Promissa solent repeti. 10. 15.
Maneat stabilitas promissionum, nec fidem voluntatis mutatio devenustet. 9. 43.

PROVIDENTIÆ. Vide Tit. *DEORVM.*

PVDORIS. VERECVNDIÆ.

NEMO facile cùm de se apud seipsum loquitur, erubescit. 1. 16. (1. 90.
Quorum mens honesta est, eorum imbecilla frons est.
Non convenit honestati virginum obsequia in vitos: *h. e.* monumentum eis locare. 2. 36.
Tardiores habet processus verecundia, quæ facit, ut intra merita sui honoris hærear. 4. 37.
Apud verecundas aures simplicitas efficacior est, & libentius pudor annuit, quod cum fiduciâ postulatur. 9. 25.
Virtuti cognatus pudor. 10. 1.

PRVDENTIÆ. SAPIENTIÆ.

PAUCOS nostra ætas tulit, quorũ germana sapientia ad vetustatem pervenerit. 1. 29. Quod Symachus de suo sæculo, id haud scio, an de nostro multò verius dici queat, quo hominum plærique ῥητορέυουσι μᾶλλον ἢ γνησίως φιλοσοφοῦνται. Quod jã olim conquestus est de nostræ ætatis Philosophis, insignis Philosophorum *Iacobus Scheckius.*

Q.

QVERELÆ. EXPOSTVLATIONIS.
Conquestionis.

DILEIS est querela, quæ nascitur ex indulgẽtiâ. 1 5.
Accõmodatior est oratio humana querelę, quàm gratiæ. 3. 20.
Qui alteri culpæ ducit officij negligentiam, pollicetur de se operam promptiorem. 3. 20

Sum

Sum quidē silentii tui vehementer impatiens: Quod genus querelæ amantibus familiare est. 1.82
Gratiosa est expostulatio, quæ requirit officium. 2.54
Facit tenerior affectio, ut sit querela prolixior. Mollis est animus diligentis, & ad omnem sensum argutus: si negligentiùs tractes, citò marcet, ut rosa: si duriùs teneas, livet ut lilia. 1.34
Conquestiones semper ad arguēdum paratæ sunt. 9.42 Sic idem lib. 3. ep. 20. Et lib. 4. ep. 28

REGIONVM. Vide Tit. *LOCORVM.*

REIPVBLICÆ. Vide Tit. *CIVITATIS.*

RELIGIONIS, CVLTÛS DEORVM.

Sacerdotum.

CONVENIT inter sacerdotes, ut in custodiam civium publico obsequio traderemus curā Deorū. 1.46
Religio magis ad conscientiam, quàm ad gloriam est referenda. 3 6
Indignus lædit, quem Religio non permittit offendi. lib. 3. ep. 18
In pectoribus sedes est Religionis, levamen desiderii ex ore proficiscitur. 4.50
Dissentiendum est ab illâ opinione, nihil curare cœlestes. 8.6
Justitia pios respicit. 8.31
Religio magis fide animi metienda est, quàm ostentatione verborum. 8.12. Et 7 104. Et 4.42
Ostenta publico nomine piari necesse erat. 1.49
Honori Numinum datur, cornua sacrare cervorum, & aprinos dentes liminibus affigere. 5.68
Fama Vestalium sanctè custodiebatur. 9.108
Vestalib. certi anni definiti: ante quos Vestali secreto non licebat decedere. 9.108
Vestalium incestus severissimè punitus olim. 9 118, 129

REPREHENSIONVM. Vide Tit. *ADMONITIONVM.*

REVERENTIÆ. OBSERVANTIÆ. OBSEQVII.

INTER dispares non debet esse par obsequium. 1. 1.

Benignitas superioris, nisi cultu teneatur, amittitur. libr. 1. epistol. 46.

RVMORIS. FAMÆ.

FAMÆ justa narranti, statim creditur. 1. 38.

Sed mihi opinionum talium, quæ sine auctore prodeunt, nulla curatio est. libr. 1. epist. 49.

Vera res est, famam esse velocem. *libr. 3. epist. 44. Sed dissentio Mantuano, qui eam putat in malis debere numerari. Nam quid hâc præclarius, cùm latis nuncijs rigat aures, & mentes bonorum?*

De rebus liquidis atque manifestis, rectiùs natura, quàm fama consulitur *6. 1.*

Fama supra verum de absentibus solet loqui. *6. 16.*

Magis adversa creduntur. *6. 20.*

Quamdiu jactata rumoribus temerè differuntur, curarum vacui esse debemus. *6. 35.*

Nuncii sæpè mentiuntur: atque à vero dissentiunt rumores. 6. 47.

Video famam rerum urbanarum nequaquam posse cohiberi: quæ, ut fieri amat, in majus præsentia nunciabit. Tanta rumoris est licentia. *6. 65.*

Periculosum est, aurem rumoribus præbere. *10. 1.*

Fama nihil potest reticere. *9. 98.*

Omnia, quæ sine auctore jactantur, incerta sunt. Igitur rumori non semper credendum. *9. 108.*

QUID famâ potest esse velociùs? 10. *31.*

Non est boni magistratûs, famæ incerta sectari. *10. 54.*

Non est viri prudentis, famæ incerta sectari. *10. 54.*

RVSTICORVM. Vide Tit. *AGRICVLTVRÆ.*

S.

SATIETATIS.

DIFFICILIS est satietas bonarum rerum: & tunc maximè animos jucunda quæque sollicitant, cùm videntur explere. libr. 4. epist. 16.

Quis

Quis optet satietatem, nisi rerum bonarum? 7. 6.
Satietatem adferre solet copiarum longus usus. 7. 35.
Mutatione castiganda est satietas. 7. 56. Et lib. 4 ep. 63 μεταβολὴ γὰρ πάντων γλυκύ.
Habent sæpè voluptates satietatem. 7. 31. Sic eleganter Drepanius Panegyr. *Nam ita feret, ut copiam sequatur satietas, vicinumq; habeant promissa fastidium. Eandem sententiam legas etiam ap. Pind. & alibi.*

SECESSUS.

Animi causâ extra Vrbem secedebant quietioris vitæ gratiâ. Sic lib 1. ep. 1. *Baulos Lucrinâ sede mutavimus.* Et lib. 1. ep. 5. *Interea loci de Prænestinâ secessione silu isti.* Et lib. 3. ep. 50. *Aut olim tamen Vrbem rure mutaveram, ut æstus mihi Prænestino algido frangeretur.* Et lib. 7. epist. 35. *Animum meum Campani littoris commemoratione sollicitas: sed nobis quoque in Prænestino rure degentibus non minus voluptatum suppetit.* Et lib. 9. ep. 83. *Ruri cum parentibus otiabar, ut algore prænestini diversorij flagrantiam torridæ æstatis excluderem.* Sic August. ap. Tranquill. c. 72. *Ex secessib. præcipuè frequentavit maritima, insulasq; Campaniæ, aut proxima urbi oppida, Lanuvinũ, Prænestæ: &c.* Facit & mentionẽ Capitol. in Ant. Plin. lib. 3. ep. 15. aliiq;.
Baiis remotis arbitris otiabar. lib. 1. ep. 3.
Jamdiu vestri cupiunt Lucrina tacita, & liquida Bajana; & Puteoli adhuc celebres, & Bauli magnum silentes. lib. 1. epist. 8.
In Bajanum sinum secedebant. 2. 26.
Ex Vrbe secedebant in rus. lib 3. ep. 1. 3. 4.
In proxima Vrbis secedebant. 5. 73. & 5. 77. & 5. 91.
Modò absessu, modò reditu variabant locorum distinctionem. 6. 61. Et 6. 62. *Sæpè urbanam commorationem proximo ruve distinguimus.*
Post Tybürtem secessionem Romæ otia lenta produximus. lib. 6. epist. 70.
Symmachus secessit modò in Baulos, modò in Gaurana Nicomachi: modò in Lucrinum: & ubivis secius fuit. libr. 8. epist. 23.
Nullus est in luxuriâ crimen locorum. 8. 23.

Est

Est familiare mœrentibus, animi curas migratione discutere. 9.69

Ruri otiabantur crebrò. 9.83

SENTENTIÆ. IVDICII.

MINVS est alienam sententiam spernere, quàm à propriâ discrepare. 2.91

SENVM. SENECTVTIS.

SENES lenti ad capessendum laborem fiunt. 3.13

Senes aliqui promti etiam ad labores. Nullam Nestor tertio ævi sui seculo militiæ vacationem poposcit: nec Achilli excusavit ętatis suæ frigus Phœnix monitor. 3.13

Nihil senecta ætas putat sibi tractandum pensiùs rebus domesticis. 2.34

Vitium senile verbositas. 8.48

Temperantia præsidium senectutis. 3.16

Contrà in Cat. majore Cicero ait: Libidinosam & intemperantem adolescentiam effeminatum corpus tradere senectuti. (7.20

Hesiodũ, ferunt, posito senio in virides annos rediisse.

Senectutem fovebant nonunquam rusticatione. 8.69.

Alludit ad illud Poëtæ veteris apud Cicer. in Caton. Serunt arbores, quæ alteri sæculo prosint.

Senectus plurimùm decoquit firmitatis. 9.83

Sera & contumeliosa est emendatio senectutis. 10. 61.

Contrà Ambrosius: Nulla ætas ad perdiscendum fera est. Erubescat senectus, quæ emendare se non potest.

ORATIONIS. SERMONIS. VOCIS. Litterarum. Epistolarum.

CÙM desunt digna memoratu, succinctâ brevitate loquendum est, & in defectu rerum, nihil opus est indulgere verbis. 1.15

Oratio publicata res libera est. 1. 31. Alludit ad illud Horatii: *semel emissum volat irrevocabile verbum.*

Bre-

Brevem necesse est esse sermonem, qui properanti repentè committitur. 2.68

Accommodatior est querelæ oratio humana, quàm gratiæ. 3.20

Sermo omissus amicitiæ negligentiam videtur arguere. 4.27

Sermo inter amicos mutuus, & litterarum liberalis collatio, Tarentinas aut Siculas voluptates anteit. lib. 7. ep. 15

Ex debito venit sermo, qui redditur ex beneficio, qui promtè defertur. 8.15

Odi parsimoniam verborum bonorum. 1.45. Scribendi quippe brevitas magis fastidio, quàm officio proxima est. *Ibid.*

Brevitas Spartana laudi quondam fuit: sed ego Romanis legibus tecum ago: & si ita vis, Atticis: quibus tãtũ decus à facundiâ fuit, ut mihi videãtur Lacónes metu collationis in diversum studia destinasse. 1.45

In majore lucro officia honesta, quàm ocia muta ponenda sunt. 1.46

Natura rerum est, ut qui balbutiunt, plus loquantur: affectant enim copiam pudore defectûs. 1.76

Quid juvat indulgere verbis, cùm rẽ licet experiri. 2.2

Rebus potius, quàm verbis spectatur affectio. 3.28

Eandem sententiam habet etiam 3.46.

Gravis est sitis bonarum rerum, cui sola fruendi assiduitas medicinam facit. Sic 4.16. Difficilis est satietas bonarum rerum.

In re apertâ piget esse prolixũ. 4.40. Causam repetit 1.61

Loquax est copia, quæ in re usitatâ atque solemni verborum redundat eluvie. 2.69

Quid agat, quò se vertat, ubi immoretur cassa rebus oratio? *Ibid.* Vbi & simile vide de vestimentis.

Symmachus veteris dictionis studiosissimus. Quod ipse de se plurib. exponit lib. 3. ep 11. Sic lib. 3. ep. 44. *Concedo*, inquit, *in leges tuas, & ἀρχαϊσμὸν scribendi non invitus affecto.* Et paulò pòst: *Si tibi vetustatis tantum*

tantus est amor, pari studio in verba prisca redeamus, quibus Salij canunt, & Augures avem consulunt, & Decemviri Tabulas condiderunt. De recto usu sermonis antiqui, vide quę commentatus est ad Legg. Decemvirales doctissimus Jureconsultus, Cunradus Rittershusius. cap. 5. pag. 12.

Laus est ingenii, cùm desideratur ubertas. 3. 10.

Verba rebus faciliora. 4. 7.

Arduum est; ut unius sermo compensęt, quod tantorum affectio contraxit. 4. 7.

Si nobis scribenda sit forensis oratio, Jovem, Deosq; cæteros, Catonis legę præsamur, ne nobis vitio detur, vel negligentia antiquitatis, vel inscientia? Atqui præstat Tullium sequi, qui ignorata majoribus usurpat exordia. 3. 44.

SERVORVM.

SERVIS omnia dătur ad lancē, aut ad dimensum. Alludit Symmachus lib. 1. ep. 1. *Parentib. non ad lancē, neq; ad dimensum verba tribuēda sunt.* Vide El. Plaut.

Servos solebant donare publicis negotiis conficiendis. 2. 78.

Servi plærumque fugaces. 4. 48. *Rebellem servum sibi poscit adduci: ad cujus investigationem, nec præcepti cœlestis auctoritas, nec Africani Comitis vigor potuit pervenire: siquidem facinoris audacis conscius imminentem pœnam latebrarum vitavit effugio.* Et lib. 10, epistol. 18. *Plurimi de familiâ domûs meæ fugâ elapsi: servili nequitia negare perfugium.* Sic Juno apud Apul. lib. 6. Legibus, quæ servos alienos profugos, invitis Dominis, vetant suscipi, prohibeor. Vide in hanc rem Legg. sub Tit. de serv. fugit. & Tit. ad Legg. Fab. ae Plagiar. ff. *Nullus autem servus fugit à Domino, sciens nusquam sibi latendi locum fore,* ut ait Justinianus l. 12. de agric. & cens. c. Vide quæ notavi in Electis Plautinis Titul. *Servorum.*

Servis

Servis familiaris est improbitas. 68.
Servi callidi. 6. 78. *Ego servili circumscriptus strophâ.* Callidus Vernula.
Hæc est natura servorum, ut adire renuant profuturos, dum culpam suam metuunt deprehendi. 9. 53.
Capiunt legata liberti: servis cestamentorum justa commoda non negantur. 10. 61.
Melior est servitus, quæ hominibus impenditur. *Ibid.*

SILENTII. TACITVRNITATIS.

TACITA concordia, instar odiorum est. 3. 17.
Justa non tacenda. 9. 131.
Solet vastum silentium hominibus stupor subitus imperare. 2. 57.
Obsolescere solet animorum fœdus quâdam silentii rubigine. 7. 55. Sic Græci: ἡ ἀπροσηγορία διαλύεται τὰς φιλίας.

SODALITATIS. Vide Tit. *AMICITIÆ.*

SOLVTIONIS. Vide Tit. *CREDITORVM.*

SPECTACVLORVM. Vide Tit. *COMOEDIÆ.*

SPEI. EXSPECTATIONIS. DILATIONIS.

PROCRASTINATIONIS. Vide Tit. *Beneficiorum.*

INJURIUM est, maximoperè flagitare quod speres. lib. 1. ep. 36. & 1. 41.
Spes semper rerum adversarum patientiam suadet. 2. 37. & 52. *Spes in adversis animos alere solet.*
Solet plærumque animus spe & gaudio morbum levare. lib. 2. ep. 79.
Exspectatio bonis semper onerosa est. Nam etsi dignos respicit; periculo tamen est proxima, dum amplius sibi pollicetur. 3. 43.
Minus molesta sunt, quæ perveniendi spem proximam pollicentur. 4. 69.
Re magis quàm spe tuti esse debemus. 10. 38.

STATVARIORVM. Vide Tit. *ARTIFICVM.*

STVDIORVM. Vide Tit. *ARTIVM.*

SVMTVVM.

PAR sumtus est, semel solida collocare: & sæpè integrare cadentia. 6.70

T.

TÆDII. Vide Tit. *FASTIDII.*

TEMPORIS. Vide Tit. *ANNI.*

TESTAMENTI. Vide etiam *HÆREDITATIS.*

VOLUNTAS morientis sancta esse solet: nec facilè mutatur. 10.11

TESTIMONII.

RES quæ ad omnes pertinet, nunquam uno teste contenta est. 1.55

THEATRI. Vide Tit. *COMOEDIÆ.*

TRAGOEDIÆ. Vide Tit. *COMOEDIÆ.*

TRIVMPHI. VICTORIÆ. OVATIONIS.

OVANTES equis insidebãt: triumphantes curribus. 10.21. Vide etiam Servium ad lib. 4. Aen. Virg.

Triumphos & publicos ludos Populus Romanus ambitiosè expetebat. 10.21

Victoria Romanis pro Deâ colebatur. *Ibid.*

Imperatores per triumphos gloriam mundi affectabant. 10.29. Vide locum de triumphis Pompeji, Theodos. & Arcad.

TVTORVM. TVTELÆ. ORPHANORVM.

TUTELÆ munus, grave est onus, immò injuria quædam: quam duobus privilegiis amoliri quidam á se possunt: & maturitate ævi, & numero filiorum. 1.77

Plærumque multiformis est perfidia tutorum: in varias se frequenter artes vertit. 7.65

Parvulis, & parentum suffragio destitutis, benignitas & misericordia debetur. 7.116

V.

V.

VALETVDINIS.

VALETUDINIS restitutionem Deo tribuebant. *4. 54.*

Rusticis voluptatibus, venatione, sanitatem juvabant. *5. 68.*

Auxilio temperantiæ valetudo reparatur. Quia non solùm sanitati commodat, verùm etiam ad testimonium prudentiæ pertinet noxijs abstinere. *6. 4.*

Post incommodum grave, valetudo otio & quiete refoveri solet. *6. 15.*

Abstinentia noxiorum ad sanitatem conducit. *6. 58.*

VECTIGALIS. TRIBVTI. Vide etiam *Hæreditatis.*

VECTIGAL aurarium pendebatur sacro ærario à provincialibus negotiatoribus. *10. 21.*

VEHICVLORVM.

VEHICULA publica habebantur Romæ, quibus ad Impp. res publicæ delatæ. *10. 44.* Vide Suet. Aug. cap. 49.

Præfecti urbis vehiculis usi, cùm in publicum prodirent. *10. 24.* Vide totam Epist.

VENATIONIS. CANVM.

VENATIONIS aut Canibus non delectabatur Symmachus, neque primævâ ætate, neque senectâ. *4. 18. Non curavi Amyclæos aut Molossos alere.*

Juvenalis industriæ est, excire saltibus feras: & liberalia studia sylvestri voluptate distinguere. *5. 67 & 68.* Interea recuso sententiam Sallustij, (*Catil.* cap. *4.*) qui rem venaticam vile ducit officium. *Ibid.* Vide notas Iureti.

Ut honori Numinum datur, cornua sacrare cervorum, & aprinos dentes liminibus affigere: ita amicorum cultui dedicantur libamenta sylvarum. *5. 68.*

Olim Consules, Prætores, alijque melioris fortunæ homines, venaticæ artis studiosissimi. *9. 28.*

VENEFICII.

QUIS Colchus aut Thessalus cantu aut manu has offensiones levasset? 7. 19.

VERECVNDIÆ. INVERECVNDIÆ. Pudicitia. Pudoris.

TARDIORES habet processus Verecundia, quæ facit, ut iatra merita honoris sui aliquis maneat 4. 37.

Inverecundum est, rapere gratiam alieni laboris. 4. 41. Sic Terentius ait: hoc esse hominis, qui salem habet, labore alieno magno partam gloriam in se transferre.

VERITATIS. Vide etiam *Blanditiarum.*

BREVIS est assertio Veritatis. 7. 16.

Non vult Veritas verbis juvari. 9. 7.

Æquitas non vult multis verbis adjuvari. 5. 63. Sententia est Euripidis. Pindari, & aliorum. ἁπλῆς ὁ λόγος ἀληθείας. Εὐόνυμον ἐς δίκαν τρία ἔπεα διαχέσει.

Quantum Veritatis est bonum, cuius spes & imago mirabilis est? 10. 27.

VETVSTATIS. ANTIQVITATIS.

CONTRA morem parentum nil licet. 10. 61.

VICISSITVDINIS. VITÆ-HVMANÆ. Vide Tit. *HOMINIS.*

HIS vicibus humana variantur, ut defectui succedat ubertas. 1. 23.

Cùm hominem agimus, gaudia huius corporis ut caduca calcamus. 10. 12.

VIRTVTIS. PROBITATIS. HONESTATIS. Morum. Verecundiæ. Vide etiam Tit. *Honoris.*

VIRTUTEM sequitur honor 1. 21. *Benè ac sapienter maio-*

maiores nostri, ut sunt alia statis illius Ædes Honori atq; Virtuti gemellâ facie junctim locarunt: commenti, quod in te videmus: ibi esse præmia Honoris, ubi sunt merita Virtutis.

Cur gemellas junctim dicat, & non commune, docet Valerius Maximus *l. 1.* Voluisse quidem Marcellum uno eodemque templo utrumque Numen consecrare: sed religionem Pontificum impeditum, mutasse suum consilium. Quâ de re plura vide ibidem.

Qui bonæ frugis est, in publicum commodum vindicatur. 1. 58.

Instrumenta probitatis usu honoris excoluntur. Dignitas honoris promiscua sæpè est cum pluribus: honestas æqua cum paucis. 1. 60.

Virtus suâ luce conspicua, aversatur auxilium commendationis alienæ. 2. 65.

Virtus præferenda nobilitati fortunæ 3. 3.

Facile probitas delata ad virtutum arbitros placet. 3. 29.

Secundo cursu probè artes & virtutes feruntur. 3. 43.

Innocentium magna raritas. 4. 40.

Sibi quisque habet, quidquid spei & laudi ducitur. 6. 3.

Justitiæ & innocentiæ deferri numquam satis potest: cùm illis reverentia religionis opponitur. 6 29.

Magna prærogativa est, placuisse sapienti. 7. 125.

Fructus laboris est, placere melioribus: & pro industriâ atque integritate palmam judicij promereri. 9. 42.

Probitas hominum de testibus æstimatur. 9. 51.

Virtus durioribus negocijs enitescit, & aspernatur declivem facilitatem, maximoque sudore arduum laudis adnititur. 9. 86.

Virtuti cognatus pudor. 10. 1.

Hoc est specimen animi continentis, sibi negare, quod alijs deferatur: & lætitiam cæterorum proprijs anteferre solatijs. 10. 29.

Si parcè morum eius decora attingam, liventi similis æstimabor, si justè persequar, ero proximus blandienti. *1. 19.*

Plus laudis in moribus habere debemus, magisque probitati conspicui esse, quàm fortunæ muneribus gloriari. *3. 3.*

Malo ut ingenio convitium, quàm moribus meis facias. *4. 27. Ratio huius sententiæ ex Ethicis est petenda, quia mores ipsi nobis fingimus: ingenium est à naturâ: ait Aristoteles. lib. 10. Polit. cap. 8.*

Tunc audeas de Philosophis judicare? licet alienas spectare virtutes. *1. 29.* Vide totum locum.

Est hoc familiare virtuti, detrimenta exercitij sensibus admovere. Nam & Achillem vatum maximus refert, ægrum animi curas fidibus resolvisse. *3. 74.*

Probitate morum mediocritas vincenda est. *4. 37.* Sic lib. *1. 14.* Malo Laconicæ studere brevitati, quàm multijugis paginis infantiæ meæ maciem publicare.

Ornamentis bonorum incitatur imitatio: & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni *10. 32.*

Virtus etiam post mortem vivit. *10. 32.* Vide totam Epist. & Tit. *Honoris.*

Bonorum virorum vena fecunda est. *10. 37.*

VITIORVM.

PLURES vitijs communibus favent. *3. 11.*

Vitia crescunt cum tempore. *3. 13.*

VOCIS.

APTIUS est negotijs intimandis vivæ vocis indicium. *3. 31.*

VOLVPTATIS. Vide etiam *GAVDII.* & *HONORIS*

HÆC est natura bonarum rerum, ut illis forti prolixius velis: nec quicquam durius, sumas, quàm orationis placitæ citum transitum. *5. 50.*

Habent sæpè voluptates satietatem. *7. 31.*

VOTI.

VOTI. PROVIDENTIÆ. OPTATORVM.

DEOS precabantur iter facturi, ne impediretur profectio. 1. 9.

Ferunt Socratem, si quando excidit cupitis, aut destinatis, id sibi utile, quod evenerat, æstimasse. Nam meriti sui securus interpres, ea conjectabat esse meliora, quæ casus dabat, quàm quæ animus appetebat. 2. 46.

Fors versat humana, nec semper ex voto destinata succedunt. 2. 57.

Solatijs leniendus est animus, quoties protelantur optata. 6. 6.

Verum est, nequire hominem cuncta pariter voto amica sortiri 6. 67.

Habent etiam solatia locum, quoties fraudamur optatis. 9. 69.

VRBIS. Vide Tit. *CIVITATIS.*

VVLGI.

OPINIO vulgi temerè judicat 4. 8.

FINIS.

INDEX
TITVLORVM IN HIS ELECTIS comprehensorum.

A.

ACTIONVM 5 & 54
Accusationum 54
Admonitionum 5
Ædificiorum 5
Ædium 5
Ægrimoniæ 6
Ægritudinis 6 & 76
Æmulationis 69
Æris-alieni 40
Ærumnarum 6
Affinitatis 8 & 57
Affirmationis 27
Afflictionum 6
Agricolarum 8
Agricolturæ 8
Agrorum 8
Alimenti 39
Animi fortis, heroici 21
Animalium-brutorum 21
Animi 58
Anni 22
Annonæ 22
Antiquitatis 98
Ambitionis 23
Amicitiæ 8 & 79
Amicorum 8
Appellationum 54
Arborum 21
Arrogantiæ 23
Artificum 23
Artium 23
Assentationis 31
Assertionis 27
Aulæ 27
Aulicorum 27
Avium 21
Auxilij 27

B.

B.

Balnei 27
Belli 18
Beneficentiæ 28 & 42
Beneficiorum. 28
Benevolentiæ 8 & 79
Benignitatis 28
Blanditiarum 31
Bonorum 31
Brutorum-animalium 21

C.

Calamitatis 6
Calumniæ 32
Canum 97
Cauſarum 54
Cauſidicinæ 54
Cauſidicorum 54
Cenſuræ 60
Ciborum 39.
Civitatis 33
Cochleæ 21
Cognationum 8
Cognatorum 57
Comitatûs 38
Commendationis 8 & 38 & 71
Comœdiarum 35
Concordiæ 38
Confeſſionis 38
Conſcientiæ 38
Conſilij 38
Conſulum 60
Conſuetudinis 8 & 38
Continuitatis 78
Contractuum 38
Controverſiæ 54
Contumeliæ 32
Conjugij 74
Converſationis 8
Convivij 39
Conqueſtionis 88
Correctionum 5
Creditorum 40
Credulitatis 53
Criminis 50
Crocodili 21
Cultûs 40
Cultûs Deorum 89
Cumuli 84
Cupiditatis 42
Curiæ 54

D.

Debiti 40
Defenſionis 54
Deliberationis 38
Deorum 41
Deorum cultûs 89
Deſiderij 42
Dignitatis 60
Diligentiæ 42 & 70
Dilationis 42 & 95
Divitiarum 31
Doloris 76
Domûs 5
Donorum 42

E.

Ebrietatis 44
Educationis 45

Egestatis 83
Electionis 80
Eloquentiæ 46
Epistolarum 46 & 92
Episcopatûs 41
Equorum 21
Escæ 34
Excusationis 50
Exemplorum 50
Existimationis 51
Expostulationis 88
Exspectationis 50 & 95

F.

Fabularum 35
Facetiarum 69
Facinoris 50
Factorum 5
Famæ 51 & 90
Famis 52
Familiaritatis 8
Fastidij 52
Fastûs 23
Favoris 8
Febrium 76
Felicitatis 52
Feriarum 53
Festorum 53
Fidei 53
Fidelitatis 53
Fiduciæ 53
Filiorum 45 & 81
Flagitationum 84
Fluvij 79
Fluviorum 53
Fontium 53
Fori 54
Forium 5
Formæ 56
Fortunæ 58
Fortunæ-prosperæ 52
Fortunæ adversæ 68
Fratrum 57
Fructuum 22
Funeris 77
Filiorum 81

G.

Gaudij 57
Genij 78
Gladiatorum 35
Gloriæ 51 & 71
Gratiæ 8

H.

Habitûs 40
Hæreditatis 58
Hilaritatis 57
Hominis & partium-ejus 58
Honestatis 99
Honoris 60
Humanitatis 58

I.

Iactantiæ 23 & 72
Immunitatum 75
Impatientiæ 82
Imperatoris 85
Indolis 69
Industriæ 70 & 42

Ine-

Inedia 52
Infelicitatis 68
Infortunij 6 & 88
Ingenij 69
Injuria 32
Insolentia 23
Invaletudinis 76
Inverecundia 98
Invidia 69
Incestus 68
Iocorum 69
Itineris 38
Iudiciorum 54
Iudicij 92 & 70
Iuramenti 70
Iuris 54
Iurisiurandi 70
Iustitia 54

L.

Laboris 70
Lavacri 27
Laudis 51 & 71
Latitia 57
Lectionis 73
Legationis 73
Legum 54 & 73
Liberalitatis 28 & 42
Liberorum 81
Litterarum 46 & 92
Livoris 69
Locorum 74
Loquacitatis 74
Ludorum 35
Luxus 44

M.

Magistratus 60
Mœroris 6
Matrimonij 74
Medicina 76
Medicorum 76
Memoria 75
Metus 75
Militia 28
Miseria 6
Monetaria-rei 75
Monitionum 5
Monumentorum 75
Musices 78
Morborum 76
Mora 50
Moris 38
Morum 99
Mortis 77
Motus 78
Munerum 42
Munificentia 42

N.

Natationis 79
Nativitatis 78
Natura 69
Natalis 28
Nausea 52
Negationis 27
Negotiorum 5
Negligentia 42
Nuncij 79
Nuptiarum 74
Nutritionis 39
Nutrimenti 39

O.

O.

Objurgationum 5
Obsequij 79 & 90
Observantia 90
Obtûs 77
Obtrectationum 32
Occasionis 79
Odij 69
Oeconomica rei 79
Offensionum 32
Officiorum 79
Operum 23
Opificum 23
Opinionis 80
Opis 27
Optatorum 101
Optionis 80
Opum 31
Orationis 92 & 96
Oratorum 46
Orphanorum 96
Ostentationis 23 & 71
Ostij 5
Otij 81

P.

Pactionis 38
Panegyrici 71
Parentum 45 & 81
Parsimonia 82
Patientia 82
Patria 83
Paupertatis 83
Peccati 50
Peregrinationis 38 & 83
Periculi 84
Petitionum 84
Philosophia 23
φιλαυτία 23
Pietatis 41
Plenitudinis 84
Podagra 76
Poëtices 23
Pollicitationum 87
Possessionum 31
Postulationum 84
Potûs 39
Prædiorum 8
Præfectura 60
Præjudicij 70
Præmij 28
Præsentia 85
Prætorum 60
Principis 85
Privilegiorum 73
Probitatis 99
Procrastinationis 95 & 42
Promissionum 87
Providentia 41 & 101
Prudentia 88
Pudicitia 98
Pudoris 88 & 98
Pugna 28
Pulchritudinis 56
Putei 53

Q.

Querela 88
Quæstorum 60
Quietis 81

R.

Rabularum forensium 46
Rhetorum 46
Regionum 74
Rei rustica 8
Rei monetaria 75
Rei œconomica 79
Reipublica 33
Religionis 89 & 41
Remissionis 50
Reprehensionum 5
Requietis 81
Reverentia 90
Roma Vrbis 33
Rumoris 90
Rusticorum 8
Rustica-rei 8

S.

Sacerdotij 41
Sacerdotum 89
Salinarum 23
Salutationis 79
Sanitatis 76
Sapientia 88
Satietatis 90
Sceleris 50
Secessus 91
Sedulitatis 42
Senatorum 6
Senectutis 92
Sententia 80 & 92
Senum 92
Sepulchri 77
Sermonis 92
Servorum 94
Silentij 95
Sodalitatis 8
Solutionis 40
Spectaculorum 35
Spei 95 & 56
Sportularum 42
Statuariorum 23
Strenarum 42
Studij 79
Studiorum 73 & 23
Subsidij 27
Sumtuum 96
Superbia 23
Supplicationum 84
Συνεχείας 78

T.

Taciturnitatis 95
Tædij 52
Theatri 35
Temporis 22
Testamenti 96
Testamentorum 58
Testimonij 71 & 96
Timoris 75
Tragœdia 35
Trepidationis 75
Tributi 97
Tributorum 58
Tristitia 6
Triumphi 96
Tutela 95
Tutorum 96

V.

Valetudinis 76 & 97

Vectigalis 97
Vehiculorum 97
Venationis 97
Veneficij 98
Verecundia 88. 98. & 99.
Veritatis 38. & 98
Veſtilium 41
Veſtium. 40
Vetuſtatis 98
Victoria 28. & 96
Victus 39. & 44
Viciſſitudinis 98
Villicorum 8
Villarum 8.
Virtutis 59
Vitæ humanæ 98
Vitiorum 100
Vocis 92. & 100
Voluptatis 100
Voti 101.
Vrbis Romæ 33
Vulgi 101
Vulnerum. 76.

FINIS.

CALLIGRAPHIA SYMMACHIANA:

In quâ omnes Phrases, & Formulæ elegantiores, quotquot exstant in gravissimo Authore

Q. AVRELIO SYMMACHO Præf. Vrb.

In gratiam & usum Philologiæ studiosorum: inprimis eorum, qui Principibus ab Epistolis esse cupiunt, per certos Titulos LOCORUM COMMUNIUM *colliguntur, ac disponuntur,*

Studio & operâ

JOH. PHILIPPI PAREI.

NEAPOLI NEMETUM
Impensis JOH. CAROLI UNCKELII
Librarij Francofurtensis:
Excudebat Heinricus Starckius.

ANNO ∞ IↃ C XVII.

Majorum prosapiâ Nobilissimis, Florentissimisq; Fratribus

FRIDERICO-ALBERTO } *Ab*
PLEICHARDO-ALBERTO } HELMSTADT.

Illustris ac Strenui Herois

DN. PLEICHARDI AB HELMSTADT:

Dynastæ in Hensingen &c. Equitis Aurati: Ductoris Exercitûs Serenissimi DN. ELECTORIS Palatini Consiliarij: nec non Pro Principis Neapolitani

FILIIS, AD OMNIA SUMMA NATIS:

Ætatis, omniumque Virtutum Heroicarum incrementa precatur

JOH. PHILIPPUS PAREUS.

GRÆCORUM fortissimum Heroa Achillen parentes ab ipsis jncunabulis educandũ tradiderunt Chironi Thessalo: qui & bellicis artib.& Musices facultate eum informaret. Prudẽtissimo sane consilio. Neque enim existimarunt satis esse, benè natum esse, nisi & natalium splendorem variarum virtutum quasi gemmis radiantem expolirent. Idem secuti sunt nobiles olim Romani, qui filios suos in gymnasticâ pariter & Musicâ succrescere voluerunt, antequam ad culmẽ veręGloriæ adspirarent. Laudabile hoc propositum commendavit omnibus Principibus Imperij Romani Imperator Augustissimus Karolus IV. in suâ Chryso-Bullâ: ubi salutariter sanxit, ut naturaliter cognito jam Theotonico idiomate, incipiendo à septimo ætatis anno in GRAMMATICA (peritiam Linguæ Latinæ intelligens) Italicâ ac Slavicâ linguis instruendos curarent. Quid aliud constituisse dicemus Philippum Macedoniæ Regem? qui cùm filio auctus esset Alexandro (qui postea Magnus cognominatus fuit) gratulari sibi magnopere

cœpit, quòd eius nativitas in tempora Aristotelis incidisset: à quo in omni sapientiâ posset institui. Atque id ipsum est, quod Symmachus noster ait lib. x. Epist. xxv. *Inter præcipua negotiorum sæpe curatum est, ut erudiendis nobilibus Philosophi præceptores ex Atticâ poscerentur.*

Certè, Generosæ spei Fratres, vos dum intueor, video Magnum vestrum Parentem suo quoque exemplo institutum illud majorum admodùm comprobare, dum florem vestræ ætatis in bonis literis ac linguâ inprimis Latinâ addiscendâ versari voluit: eâque fini vos informandos tradidit doctissimo & humanissimo viro Dn. Ludovico Schlechtio, cuius præceptis institutisq; quotidiè abundatis. Macti este hac indole! Ita voveo ego, Aeternum Numen comprecatus, ut in laudes Magnanimi Parentis vestri crescatis. Hunc meumaffectum testari volui Calligraphiâ hac ê præclarissimi viri Q. Aureli Symmachi Consulis Romani, & Præfecti Vrbis Epistolis depromptâ. Confido autem opellam hancce studijs vestris haud incommodam futuram, quippe cùm summis Imperatorib. Romanis Theodosio, Valentiniano, & Arcadio Symmachianum eloquium maximè semper arriserit. Sic igitur, florentissimi Fratres, Præfecti Vrbis Filij generosi, Aurelij Symmachi Præfecti Vrbis flores istos Romanæ facundiæ, blando vultu accipite, mihique indolis ac gentilitiæ famæ vestræ studiosissimo favete. Scripsi Neapoli Nemétum. Anno Gratiæ ∞ IↃ. C. XVII. Ipso die Natali meo XXIV. Maij.

CAL-

CALLIGRAPHIA SYMMACHIANA.

A.

ABEUNDI. Abscedendi. Abscessûs. Discedendi. Eundi. Exeundi. Itineris. Migrandi. Proficiscendi. Secedendi. Secessûs. Peregrinandi.

AVLOS Lucrinâ sede mutavimus. Lib. 1. Epist. 1.
Ac primò Neapolim, dehinc brevi intervallo Beneventum me recepi. 1. 3.
Baianum sinum rursus accessi. 1. 3.
Quàm vellem delirijs vestris improvisus obrepere. 1. 5.
Tollite gradum. 1. 8.
Contendere viam. Ibid.
Quoquò versum pedem gratumq; contulero. 1. 10.
Capessere, iter Appiæ. 1. 11.
Iter adornare. 1. 20.
Itiones longas & mansiones asperas vitare. 1. 20.
Baias concesseratis. 1. 48.
Amplissimo ordini censendi autoritas derogatur. 1. 79.
Nisi iter apricis diebus & auris salubribus egeris. 1. 100.
Celerem alicui reditum suadere. 2. 7.
Capuam paramus excurrere. 2. 26.
Spe bonæ valetudinis mari vicina delegimus. 2. 55.

Vos Appiam Dijs auſpicijs inchoate, eâ dimenſione, ut iter noſtrum proximis veſtigijs urgeatis. 2. 3.
Præparare alicui via inſtrumenta. 2. 17.
Tibi peregrinationem ſenio eſſe, invitus audivi. Ibid.
Brevi iter in Aſiam ſecundis auſpicijs ordietur. 2. 24.
Redire in patriam deſiderio & amore remanentium. 2. 26.
Sedem domina communis Parentis quaſi fanum aliquod Dei ſalutaris acceſſi. 2. 32.
Tu in diei unius iter promoves. 2. 34.
Nos & patriam poſt tergum relinquit. Ibid.
Iter in patriam Dijs auſpicibus ordiemur. 2. 50.
Cras igitur viam nobis, diſce, relegendam. Ibid.
Iter imbecillis grave gracilitatis ſuæ oblitus intravit. 2. 17.
Deſtinare diem cœptando itineri. 2. 51.
Diu abeſſe domo decreveram. 2. 5.
Comitatum viſere atq; adire. 2. 83.
In conſpectum tuum alacer occurrit. Ibid
Facilè traxiſſet fratrem noſtrum Elpidium ad proficiſcendum affectio. 2. 85.
Ad peregrina digredi. 3. 3.
Te adornare optatu reditum nunciaſti. 3. 14.
Accurrere perniciter. 3. 23.
Adeſto impiger. Ibid.
Ad patrium larem venire. 3. 25.
Cùm iter in patriam relegere cœpimus. 3. 62.
Olim Vrbem rure mutaveram 3. 05.
Cùm tu Romam commodùm repetis. 3. 50.
Ego paulò poſt longiùs abire paro. 3. 55.
Ocium patriæ lætâ peregrinatione mutavi. 3. 63.
Ad deſtinata pervenimus. 3. 62.
Ruri hucſq; obverſatus, poſtquam me ad urbanam ſedem recepi, &c 3. 2.
Cùm ad Africam reditum Paregorius cliens noſter inſtrueret. 3. 76.
Iter expediſti. 3. 83.
Viam carpere. Ibid.
Oram Campaniæ acceſſeram. 4. 21.

Fors fuat, an quis tantùm viæ ob rem privatam mihi ignoratus arripiat. 4. 28.
Tu non ijsdem sedibus commoraris: dum aut Treviros civicâ religione, aut quinq; provincias ocij voluptate commutas. 4. 30.
Citeriore Galliâ imperatum sibi à socero iter te procul agente respondit. 4. 47.
Filij nostri Nemesij pia ad larem patremq; properatio desideravit, &c. 4. 56.
Qui cùm vicina itinera perstrinxeris, flectere ad nos habenas longum putasti. 4. 61.
Longùm peregrinari. 4. 62:
Quod superest itineris, spero præstatâ Dei veniâ sine labore peragendum. 4. 69.
Præfatâ ope Dei in Lucanos saltus vela facimus. 5. 13.
Vrbe digressus es. 5. 30.
Superaret mihi plurimùm viæ. 5. 28.
Votum mihi non defuit itineris ordiendi sed tarda evocatio perveniendi tempus arctavit. 5. 34.
Relinquere urbem. 5. 40.
Ad peregrina discedere. 5. 70.
Cùm ad proxima urbi digrederer. 5. 73.
Ingressi iter. Ibid.
Hinc Puteolos mox petemus. 5. 93.
Quibus properandi causas, inopia urbis adiecit. 6. 2.
Recursum sine justi temporis expectatione moliti sunt. Ibid.
Quod iter ad proxima urbi prædia distuliſtis. 6. 6.
Vrbe discessit inconsultis atq; ignorantibus nobis. 6. 8.
Irerus. 6. 11.
Nunc illis proficiscendi attulit causam medicorum coactu imperata coactio. 6. 17.
Stabias ire desiderant. Ibid.
Filiam meam vexari itinere non oportet. 6. 15.
Festinatio eius iumentorum adminiculis iuvetur. 6. 15.
Peregrinationis amara sustinere. 6. 21.
Itinere privato aliquid prævenire. 6. 29.
Peragrare ubiq; littora. 6. 33.

Interea ad Formianum littus iter promoves, & Romam citius excurre. 6. 36.

Suadeo igitur maturè iter instruas. Ibid.

Desiderio vestro urbe digressius est. 6. 41.

Iter ad vos inchoare cœpissem. Ibid.

Iubeat sanctitas vestra diligentissimos scrutatores usq; Salernitanum littus accedere. 6. 42.

Stomachi tui imbecillitatem, quam esse imparem scribis itineri promovendo. 6. 59.

Domo proficisci. 6. 60.

Vt possumus, modò abscessu, modò reditu, variamus locorum distinctionem. 6. 61.

Latus, quò itur ad balneas. 6. 66.

Ipsi multis obstantibus curis, iter ad vos nequimus arripere. 6. 74.

Partim iter placuit ad minuendum laborem. 6. 75.

Fuit animus Fundos præterire, si vos Formias accessisse diciissem. Ibid.

Itineris ulterioris ambiguus. 6. 76.

Ad ulteriora contendere. 6. 78.

Iter ad nostra relegemus. 7. 4.

Huius epistolæ portitores lento itinere mulos reduces prosequentur. 7. 5.

Cursim præterire. 7. 10.

Tandem sextum Kal. Martias Mediolanum per Ticini longinqua perveni. 7. 13.

Si te superbum Tibur explavit, Laurentibus sylvis amæna commuta. 7. 15.

Ordiri iter. 7. 17.

Aut unquam Formias vicinâ urbe, longinquiore mutavimus. 7. 18.

Proximè de Formiano sinu regressus in larem Cœlium, jam diu te abesse comperi. 7. Ibid.

Vrbanas res Vaticano, in quantum licèt, declino. 7. 21.

Expeditius visum est, ut à te potiùs gratiam continuandi itineris poscremus. 7. 24.

Erit optio tua intendere iter, an relegere. 7. 24.

Spero

Spero locorum mutatione processurum aliquid optatis. 7. 32.

Relegere iter, & in conspectum vestrum tandem redire meditamur. 7. Ibid.

Ergò potiùs remetiri ad nos viam muneratâ conditione deberes ad satietatem, &c. 7. 35.

Quod à me invitus abscesseris. 7. 37.

Ne tuum iter in Campaniâ longinqua sequeremur. 7. 38.

Festinato itinere, ut Romam revisas hortor, & postulo, reddasque nobis jucunditatem præsentiæ tuæ. 7. 39.

Relegere iter. 7. 40.

Dum opportunitas ætatis invitat, iter festinus usurpa, ut longa absentiæ tuæ damna tandem optato reditu sarciantur. Ibid.

Libertate cœli gressum reformans. 7. 43.

Ulterioris clivi ardui præteriisset. 7. 69.

Prætervectus decretum locum. Ibid.

Legere iter optamus ab Idus Octobris. 7. 74.

Itinerum recusat incerta. 7. 81.

Familiaribus meis ad Hispaniæ longinqua pergentibus, suffragia digneris adnuere. 7. 82.

Illi divinus affatus longæ peregrinationis gratum fecit. 7. 83.

Per valetudinem non posse proficisci. 7. 89.

Laborem peregrinationis fecit optabilem. 7. 114.

Athanasius peregrinationis injuriam justo dolore suscepit. 7. 120.

Præstabit cœlestium favor, ut mandatis patriæ absoluti, iter felix ad ludorum nostrorum solemne relegatis. 8. 14.

Obsessam à morbo conjugem, vacuo secessu, & intutâ ablegatione macerare. 8. 19.

Dehinc mutationis vicinorum totum hunc mensem producere; atq; ita, si Dij juverint voluntatem, relegere Appiam potero molestiæ accessu hyemis. 8. 2.

Quorum cupiens urbe nostrâ processeram. 8. 23.

Nec fuit operæ, mox ulteriùs progredi Ibid.

Illorum arbitratu dehinc legi oram, quæ Formias & Cumanum littus interiacet. Ibid.

Nunc mutuis invitationibus, aut in Baulos, aut in Nicomachi Gaurana migramus. Ibid.

Relegere ad vos iter avidissimè studeo. 8. 25.

Dehinc, si benè destinata Dij iuverint, Capuano itinere, venerabilem nobis Romam, laremq; petemus. 8. 27.

Celebri itinere villa præstringitur. 7. 15.

In ipsa itur ferarum cubilia plano ac patulo accessu. Ibid.

Peregrinatio morbi instar est. 8. 31.

Siciliam recto itinere petere. 8 42.

Venturum te ad Campaniam filij mei assertione cognoveram. 8. 55.

Cælestibus advocatis iter paramus ordiri. 8. 58.

A vobis spe sociandi itineris retentatur. 8. 57.

Iter Capuam promovemus. 8. 61.

Cùm proximè urbe digrederer. 8. 63.

Offenderat bonos, quòd immaturè antè discesseras. 8. 64.

Relegere urbi propinqua meditamur. 8. 70.

Qui refovendi patrimonij mei gratiâ laboriosam peregrinandi necessitatem recepit. 9. 10.

Hispanias longinquâ sede mutasti. 9. 23.

Si tibi suppetit facultas itineris celeriter ad Campaniam promovendi. 9. 29.

Sæpè urbanam commorationem proximo rure distinguimus. 9. 62.

Relegere ad suos iter. 9. 44.

Vereor, ne te diu ab orbe protermines. 9. 69.

Mox agrum Laurentem petiturus. Ibid.

Animi curas migratione discutere. Ibid.

Nihil valetudini tuæ labore itineris deminutum. 9. 73.

Vtrum peracto itinere ad destinata pervenisses. Ibid.

Emenso itinere. 9. 101.

Transire Capuam. 9. 111.

Neapolis mutatâ sede suscepit. Ibid.

Galliarum longinqua paucis diebus penetrarem. 9. 112.

Exime

Exime itineris apparatum. Ibid.
Purgat absentiam meam longus itineris tractus. 10. 3.
Vbi opportunitas veris moliverit itinerum difficultatem. 10. 10.

Abrumpendi. *Vide plura* Brevitatis.

HÆC *de rebus domesticis satis dicta sint.* 6. 21.
Sed de his hactenus. Ibid.
Satis dictum est. 7. 105.
Non ibo longius. 128.
De hoc satis dictum puto. 8. 42.
Sed de hoc satis verborum est. 9. 121.

Absentiæ. Abesse.

NOS *qui consulatui tuo variâ occupatione defuimus.* 1. 103.
Et certè haud multum itineris interiacet. 3. 13.
Intervallo maris atq; terrarum distinemur. 3. 24.
Qui procul degimus. 3. 59.
Quos à proprio lare peregrinatio longa disterminat. 4. 23.
Ego huius tadio amore ocij abesse plusculum cupio. 5. 18.
Fraudari nos, conqueror, societate tuorum consiliorum. 5. 20.
Procul degere 5. 69.
Longo à vobis itinere discernimur. 6. 1.
Paucis à patriâ diebus afuimus. 6. 66.
Nimium hactenus afuisti. 7. 36.
Multo itinere discernimur. 8. 21.
Abesse longùm. 8. 65.
Longinqua absentia tua desideratum mihi negavit officium. 9. 107.
Diuturnam minaris absentiam. 9. 126.

ABSCEDENDI. *Vide tit.* Abeundi.

Abſtinentiæ. *Vide* Temperantiæ.

Abundantiæ. *Vide* Eloquentiæ.

ACCEDENDI. Adveniendi. Adventandi. Adventûs. Appellendi. Appropinquandi. Perveniendi. Conveniendi.

CAPVAM multo imbre pervenimus. 2. 3.

Hic triduum commorati ad levandũ laborem, Terracinam prius, & poſtridiè Formias continuato petivimus excurſu. 2. 3.

Si tuus adventus adriſerit. 4. 13.

Adventum ſuum properè nunciare. 4. 10.

In commune imperij caput undiq; gentium convenitur. 4. 28.

Quàm vellem, compenſares adventu veniam ſuperiorem! atq; unâ viâ & Senatui deferres officium voluntarium, & conſuli debitum ſolveres. 4. 31.

Ad Idus Novembres recurrere ad conſpectum veſtrum paramus. 4. 52.

Formianum littus acceſſi. 5. 93.

Ad ſuburbana mitigatis autumni æſtibus concedam. 5. 97.

Neq; temporis ratio patitur, ut communem patriam mœſtus ingrediar. Ibid.

Properè petit Lucanos ac Brutios honore cogente, nihilominùs in conſpectum tuum flexo itinere geſtit excurrere. 6. 25.

Campaniam fœliciter venire. 6. 42.

Rus Vaticanum, quod veſtro prædio coharet, acceſſimus. 6. 58.

Vir

Vt cuncta præcelsus mox cum præsidijs validissimis affore nunciatur. 7. 13.
Sextum Kall. Martias Mediolanum multo anfractu circumvectus intravi. 7. 14.
Asserebat epistola perlator imminere excursum tuum calcibus suis. 7. 24.
Ad Neapolitanam provectus oram Ibid.
Quin ergò ad nos gradum promoves? 7. 36.
Redeundum nobis properè est. Ibid.
Nondum Neapolitanum littus accessimus. 7. 36.
Mediolanum profectus hæc scribo. 7. 72.
Pervenimus, sed venisse jam pœnitet. Vbi primum solum Baiani littoris contigi, &c. 7. 73.
Prænunciatur tuus adventus. 8. 57.
Filia mea dimissura in conspectum tuum. 9. 14.
Filiam meam proximè Roma suscepit. 9. 14.
Cùm urbis vicina contingeret. 10. 56.
Ad urbem pariter cum populo remeare. 10. 73.
Vrbem ingredi Ibid.
Vt intra diem sextum Iduum Februarij Ravennatem civitatem præsentiam suam maturare non differant. 10. 75.

Acceptum ferre. *Vide* Gratias agere.

Accipiendi.

FORS *fuat, an hæc maturè in manus tuas scripta sint ventura.* 1. 39.
Vbi illa in manus tuas venerint. 1. 44.
Si in manus tuas venerit. 1. 86.
Quæ ubi in manus tuas venerint. 3. 38.
Ais in manus tuas scripta nostra venisse. 4. 30.
Si in manus meas venerint monumenta Gestorum. 6. 12.
Iamdudum litteras meas in manus tuas credo perlatas. 7. 89.

Credo

Credo in manus vestras per milites Vicarianos delata, quæ scripseram. 6. 6.
In tuas manus veniet causa mei pignoris. 7. 65.
Credo alias litteras meas in manus amabilitatis tuæ antè venturas. 7. 5.

Accusandi, Accusationis. Deferendi. *Vide plura* Judicij.

MERITÒ *pro honoribus eius, quæ poscit causa, allego.* 3. 69.
Vt irritus spei cunctationis arcessar. 7. 17.
Auctoritas tua usq; ad officij mulctam condemnatione progressa est. 7. 96.
In sui aut suorum excusationem, nostros quoq; homines falsâ assertione subdiderunt. 9. 10.
Ad posteriores judices transtulerunt. 9. 131.
Vbi refusas in dominam comperimus actiones. 10. 39.
Rursus aliquem objectis urgere. 10. 45.
Fraudis aliquem incessere. Ibid.
Arguere aliquem. Ibid.
Quem Cyriades vir parilis dignitatis, mutuâ accusatione credidit remordendum. 10. 45.
Cùm & actione civili, & criminali accusatione premeretur. 10. 51.
Qui laqueos criminis prioris evasit. Ibid.
Divi Principis denegata est improbis audientia. 10. 61.
Africanus violentiæ crimen objecit. 10. 70.

Adesse. *Vide* Præsentiæ.

Adhortandi. Admonendi. Cohortandi. Hortandi. Monendi. Suadendi. Exhortandi. Stimuli. Incitandi.

HÆC *me, atq; alia huiusmodi oppidò perpulerunt, scribendi*

bendi munus insuper non habere. 1. 1.
Calcar quoddam alicui suppingere, h. e, *subdere. 1. 62.*
Non est necesse, voluntarijs officijs aculeos exhortationis adhibere. 2. 26.
Tibi viam quoq; dedit inusitata referendi. 2. 35.
Epistolarum stimulos non requiro. 2. 64.
Expectare monitorem. Ibid.
Qua res nos acuere debet ad officia promptiora. 2. 73.
Si me vicissitudinis stimulo faceres promptiorem. 3. 2.
Tenaciter memorem rursus admoneo. 3. 31.
Admonentis potiùs, quàm docentis personam recepi. 3 47.
Vrget te expectatio bonis semper onerosa. Ibid.
Fides alligata voluntario sacramento, stili admonitione non indiget. 4 33.
Nunc mihi admonitionis verba, non repetitionis adhibenda sunt. 4. 60.
Spontanea officia stimulo exhortationis non oportet incitari. 5. 3.
Satis esse arbitror ad incitamentum diligentiæ tuæ. 5 22.
Sola amici voluntas studium tuum debet acuere. Ibid.
Quibus exsequendis par esse non poterit, nisi tuo impulsu & monitu urgeatur. 5. 26.
Te religiosâ admonitione convenio. 5. 77.
Incentivo quodam sermonis tui mutui me animaveris. 5. 89.
Te ad hoc studium religiosâ adhortatione distimulo. 5. 94.
Bona voluntas non est agitanda calcaribus. Ibid.
Religiosè à nobis voluit commoneri. 6. 40.
Felicem quoq; communem amicum monitum volo. 6. 42.
Commonitorium junxi. 6. 45.
Vt verborum meorum exiguus haustus efficacior sit ad sollicitandam sitim, quàm explendam. 7. 22.
Ratio spem dedit, has litteras revertenti stimulorum non frænorum instar futuras. Ibid.
Ego denuntio opus esse monitore, qui retrahat hærentem. 7. 27.
Adieceras ad irritamentum profectionis nostræ, filium, &c. 7. 35.

Sim-

Singularis animi tui bonitas sæpè vocat ad justas petitiones fiduciam meam; cùm ipse ad hoc me studium voti benignitate sollicites. 7 46.
Non novum atq; intentatum defero postulatum, sed quod ingestum tuis auribus recognoscas. 7. 126.
Hortor ac moneo, ut benè cœpta non deseras. 8. 68.
Studium meum incitamento religionis acuetur. 8. 74.
De animalibus apparatui ludorum præparandis admonitionem frequentare desino. Ibid.
Vt exemplo diligentiæ tuæ in officiorum vicissitudinem provocemur. 9. 15.
Mandavi Leontio monitoris officium. 9. 16.
Optimæ voluntati calcar admoveo. 9. 39.
Hortamentum petitionis adjicio. 9. 100.
Hæc me amicè & benignâ circa te voluntate suadere, recognosces. 9. 127
Circa vesperum Spoletinus Episcopus missis litteris me credidit admonendum 10. 78.

Admirandi. Mirandi. Mirabilis.

PRISCIS ademisse admirationem, noveram. 2. 73.
Multùm miratus sum. 5. 36.
Nimis miror. 7. 96.
Ideò mirari me, ac stupere confiteor. 8 1.
Vehementer admiror. 7. 100. & 7. 110.
Fungor admonendo parentis officio. 10. 4.
Partes amici monitoris implesse. 10. 9.
Religiosus animus alterum monitorem non requirit. 10. 19.

Admonendi. *Vide* Adhortandi.

Adorandi. Cultûs. Religionis. Dei. Invocandi. *Vide etiam* Rogandi, Orandi. Precum.

DEVM venerari 1 ;

Reli-

Religio sacro fonti advertitur. 1. 21.
Comprecor cœlestem potestatem: 8. 47.
Salutis præsides Deos comprecor. 8. 70.

Adveniendi. *Vide* Accedendi.

Adventandi. *Vide* Accedendi.

Adventûs. *Vide* Accedendi.

Adulandi. Assentandi. Blandiendi. Palpandi.

INHIARE blanditijs. 1. 32.
Circumlita melle pocula deprehendo. Ibid.
Hæc in te non blandius dicta videntur. Ibid.
Iugiter blandiri. 1. 37.
Non dicam dolo, utpote subpalpandi nescius. 1. 90.
Quæ humanis sensibus blandiuntur. 2. 56.
Adijcis lenocinia. 2. 60.
Ne quid fiduciâ dicere per gratiam judicarer. 2. 66.
Vt mihi falsis laudibus blandiaris. 3. 74.
Ne mihi os subleveris. 4. 18.
Relinquam verborum blanditias novis inter se amicis. 4. 42.
Aures alicuius lactare blanditijs. 5. 10.
Alterum quoq; delenificis artibus amoris retines. 7. 27.
Non debet esse prolixa gaudij mei attestatio, ne adulationis suspicio devenustet judicij veritatem. 8. 30.
Præ te fers. 8 46.
Parce verbis lenocinantibus, & fuco oblitis, & ad gratiam comparatis. 9 87.
Ne in aulâ positum viderer, 9. 88.

Ædium. Ædificij. Ædificandi. Domûs.

EXÆDIFICARE *aliquid. 1. 10.*
Amoliri ædium senectutem. Ibid.
Locare ædes Honori, atq; Virtuti. 1. 21.
Vbi magnas ædes in angustis finibus collocavi. 2. 59.
Vt ædes novas molirer. 2. 60.
Construere aliquid. Ibid.
Geminam porticum solido & incorrupto opere curvatam multis in longitudinem passibus explicari, adijcis. Ibid.
Vetera novis nitimur æmulari. Ibid.
Parvas ædes, quas precioso auxit ornatu, sub clivo Salutis emit. 5. 54
Vos nova & ævum mansura molimini. 6. 70.
Domi corruptorum parietum discidia sarciuntur. Ibid.
Semel solida collocare, & sapè integrare cadentia. Ibid.

Ægrè ferre. *Vide* Ægritudinis.

Ægritudinis. Mœroris. Tristitiæ. Doloris. Mœstitiæ. Amaritudinis. Sollicitudinis. Molestiæ. Affligendi. Perturbationis. Ægrè-ferendi. Impatientiæ.

SOLLICITVS *sum de priore. 1. 1.*
Solent impatientes dilationis esse. 1. 6.
Malo quippe aures tuas iterando obtundere, quàm fraudare reticendo. 1. 16.

Ami-

Amicitiæ doloris incussi transire mensuram. Ibid.
Res ita occupatis nihil molestiæ afferunt. 1. 18.
Non potui dissimulare, quod dolui. 1. 37.
Ducere ærumnas dierum. 1. 48.
Impendio angor animi. 1. 49.
Minimùm animi angerer. 1. 50.
Fratris obitu vulneratus, continuo animi dolore discrucior. 1. 54.
Sibi ab hominibus tuis, nescio quid agrorum ereptum deflet. 1. 74.
Sum silentij tui vehementer impatiens. 1. 82.
Dies longior sensum tanti doloris exemerit. 1. 83.
Eoq; magis factum est, ut discessu impatienter feramus. 1. 90.
Ea res impendiò augebat dolorem. 1. 91.
Instaurant dolorem sera solatia. 1. 100.
Si sollicitudinem prosperiore nuncio nihil moratus exemeris. Ibid.
Sollicitudo mihi ex ægritudine tuâ oborta est. Ibid.
Luctu amissi fratris impedior. 1. 101.
Dolori meo faciendus est modus. 1. 102.
Me finito interim tempore, aut ratione decoquere crudum dolorem. Ibid.
Quid, quod etiam parentes mihi in communi mœrore solandi sunt. 1. 101.
Eorum ærumna geminabitur. ibid.
Non videtur tibi oneri fore. 1. 14.
Cùm vos eius rei sollicitos crederemus. 2. 5.
Nec magis de navigatione fuistis anxij, quàm trepidabamus, ne diu essetis incerti. Ibid.
Contemplati sumus magnitudinem sollicitudinis vestræ. 2. 5.
Gravius ferre adversa. 2. 7.
Asperius & maius aliquid habere. Ibid.
Tibi peregrinationem senio esse, invitus audivi. 2. 17.
Graviter fero. 2. 18.

Nescio, quid amaritudinis Hephæstionem incidisse. 2. 18.
Detergere sollicitudinem. 2. 24.
Sollicitudinem de morâ eius hucusq; toleraſti. Ibid.
Qui me noveris in alienis quoq; iudicato iniquitate morderi. 2 30.
Cùm dolore saucius æstuarem. 2. 32.
Sollicitare veris amantissimos sui. 2. 37.
Levatur ægritudine animus. 2. 32.
Sollicitudines mitigare. 2. 76.
Aquæ animum tuum jure mordebant. Ibid.
Sollicitatus jamdudum litteris tuis tàm diu angar quamdiu de te secundâ cognoscam. 8. 3.
Quantum doloris accipio, cùm breves epistolas sumo. 3. 1.
Nunc & illa crudescunt, quibus stuporem diuturnitas fecerat. 3 6.
Ictus novissimus etiam veteres plagas dolore rescindit. Ibid.
Amor lucis à naturâ datus fulcit infirmitatem doloris. 3. 6.
Ægritudines animi mitigare. Ibid.
Fortuna nostra tantum vulnus est, ut ei ne tua quidem delenifica, & suada facundia cicatricem possit obducere. Ibid.
Dies longa quandoq; hebetat laxatum dolorem. Ibid.
Malis omnibus finis de tempore venit. Ibid.
Tertius hic mihi de optimis fratribus luctus est. 3. 6.
Animum tuum contrahunt amaræ sermonum. 3. 17.
Fortasse etiam vestram hilaritatem mea tristitudo contrahit 3. 21.
Ruri eram, mœstus animi ob amissam parentem. 3. 45.
Pone sollicitudinem. 3. 47.
Ægritudine laboras. 3 56.
Ægri animi curas fidibus resolvere. 3. 74.
Ne de te ante caperem exorti incommodi sollicitudinem, quàm securitatem remoti. 3. 86.
Dolorem mors incutere solet. 3. 88.
Perturbatio plebis oritur. 4. 4.

An

An existimas neglectum familiaris officij æquanimiter à me posse tolerari? 4. 10.
Quid doleam magis, nescio. 4. 27.
Repudiata censura gravat nos principio, solâ argumenti inspectatione. 4. 29.
Ægerrimè expectati gaudij dispendium tuli. 4. 31.
Inhorruisse te puto, postquam de me cognitu amara legisti. 4. 54.
In tantum me votiva sollicitant. 4. 60.
Particeps doloris alieni. 4. 74.
Doloris vacuus. 5. 12.
Ægrum proximè animum tuum litterarum lectione cognovi. 5. 36.
Hoc ipso officio damna absentiæ tuæ magis sentiuntur. 5. 20.
Periculum eius in ægritudinem vertit. 5. 33.
Ego solus dolere debeo, quòd mihi tantum bonum casus inviderit. 5. 38.
Impatienter soleo amicorum perferre discessum. 5. 40.
Nec quicquam durius sumis, quàm &c. 5. 50.
Externos quoq; & memorati viri nescios, causa urit indignitas. 5. 66.
Circa rem nostram Siculam turbidum esse Nectarium, indicio erunt litteræ. Ibid.
Fero ægrè. 5. 69.
Detrahere molestiam. 5. 76.
Decursâ pagina lectione corrugavit mihi frontem adiecta subscriptio. 6. 2.
Ægritudinem meam nunciorum acerbitate duplicastis. 6. 4.
Acrior me cura distringit, quod, &c. Ibid.
Cuius nuncij vulnus altè insedit pectori meo. 6. 8.
Molestè fero. 6. 11.
Molestè ferre. 6. 12.
Quamvis modificandæ sollicitudini vestræ prior sermo sufficeret. 6. 16.
Mox sequentibus litteris sollicitudini nostræ recidivum a-

culeum subdidisti. 6. 20.

Conflictor nuncio recentiore, quia magis adversa creduntur. Ibid.

Quod discessus noster vos excruciat. Ibid.

Mollire debet dolorem medicina patientia. 6. 22.

Non deest usus vobis adversa tolerandi. Ibid.

De filia mea sanitate sollicitor. 6. 29.

Non mediocriter nepticula mea Galla infirmitas conturbat ocij nostri securitatem. 6. 32.

Diu animi affectus frater ob amissum magistrum. 6. 34.

Cuius mœstitudo me quoq; graviter sauciavit. Ibid.

Postquam te jactatum comperi consueto dolore, omnis reliquarum sollicitudinum mearum sensus evanuit. 6. 45.

Præsentia hebetantur incommoda. Ibid.

Si cui maior dolor accessit Ibid.

Sollicitudinem de me non frustrà geritis. 6. 46.

Hoc tantum mordet animum. 6. 51.

Adhuc pendente responso crucior incertis. 6. 55.

Nuncius fuit, quantus filiam meam vexet corporis dolor, meus quoq; animus agrescit. 6. 58.

Abolere sollicitudinem. Ibid.

Sola nos vestri absentia macerat. 6. 62.

Sollititudinum acuta deponere. 6. 64.

Filia mea valetudo gravior mihi cæteris est, quibus nunc animus asperatur. 6. 65.

Vt littera neq; de sollicitis amaritudinem trahant. Ibid.

Abolere sollicitudinem. 6. 77.

Exasperat animum malè gesta ratio villicorum. 6. 81.

Anxius vulnere animi & corporis morbo. 6. 4.

Malè est animo. 6. 41.

Magnum in modum sollicitavit me inæqualitatis tua nuncius. .712.

Ne vos sollicita scriptionis iteratio conturbet. 7. 78.

Ocij nostri minuit voluptatem. 7. 80.

Vbi commune pignus decubuisse cognovi, conflictatus sum repente amaritudine lectionis. 7. 78.

Ama-

Amaritudo ex aliorum insimulatione concepta est. 7. 100.
Scipio spoliatum se amore tuo per æmulos ingemiscit. 7. 128.
Æger est animus meus, quamdiu fides certa sit. 7. 130.
Grata quidem semper tua littera nunc legentis animum momorderunt, cùm te indicarent morbi diuturnitate vexari. 8. 6.
Voluptati successit offensio. 8. 27.
Meminisse te scio, quod me quoq; idem de amico dolor perculit. 8. 28.
In gravem curam latitia derivata est. 8. 31.
Præterfers, in tantâ bonorum multitudine post discessum meum nihil ut antè jucundum esse. 8 46.
Quatenus me absentia contristet, intelligis. 8. 52.
Parem desiderij impatientiam de tuis litteris patior. 8. 62.
Hoc strictim dixisse sufficiat, ne illius verecundia oneri sit nostra purgatio. 8. 67.
Me hactenus rerum tuarum amaritudo mordebat. 8. 70.
Ne unquam paginas tuas mens tristis infuscet. Ibid.
Sollicitor tarditatis. 9. 25.
Nihil tibi indixit oneris. 9. 26.
Contristavit me, fateor. Ibid.
Premere mutuum dolorem. Ibid.
Ne sera consolatio scindat prætériti doloris cicatricē. 9. 54.
Curâ anxius eram. 9. 73.
Litteræ admoverunt tædas ferventiores. 9. 89.
Attonito animo & fronte mæstâ latos adire conventus. 9. 113.
Mordebar commemoratione irriti beneficij. 9. 117.
Nunc mentem legentis lacrimabili conquestione infuscas. 9. 123.
Impatienter fero. 10. 4.
Ego excessum viri illustris crudo adhuc dolore non sileo. 10. 31.
Nos socios animi sui tanto dolore confudit, ut ocij remedium postulemus. 10. 30.
Magnum civibus reliquit dolorem. Ibid.
Evomuit diu pressum dolorem. 10. 61.

Ægrotandi. Febris. Imbecillitatis. Morbi. Podagræ. Valetudinis adversæ. *Vide etiam* Valetudinis prosperæ.

FESSVS *virium, quas diu morbus exhausit.* 1. 21.
Bona valetudinis compos, quæ à me hucusq; dissenserat.
Quædam morbi reliquiæ sunt. 1. 100.
1. 85.
Valetudo hucusq; à me dissensit. Ibid.
Spe & gaudio morbum levare. 2. 79.
Lectulo ager tenebar. 3. 38.
Sum adhuc inops virium, quæ subindè incertis febribus deteruntur. Ibid.
Humor, qui parvuli nostri pectus obsederat, atq; importunam tussim ciebat, magnâ parte tenuatus est. 2. 48.
Itaq; spiramenta faucium libera iam nihil stridulum sonant. Ibid.
Diu à me bona valetudo dissensit. 3. 47.
Cui misere valetudinis casus accessit. 3. 73.
Tandem patuit impedito per ægritudinem visa, officiorum stetisse solertiam. 3. 86.
Ad patriam redijsse me nuncio, necdum compotem sanitatis. 4. 13.
Sum nimis ager animi. 4. 17.
Vbi per valetudinem defuisti. 4. 31.
Eusebius vetus miles privati ærarij diu obstante morbo obsequio tuo defuit. 4. 43.
Collapsam valetudinem nonnunquam sarcire. 4. 44.
Tibi valetudinem secundare amplissimè gratulor. 5. 78.
Ægritudinem dextera manus dolore sustineo. 6. 4.
Iactari instaurato languore. 6. 8.
Reliquias longæ ægritudinis armentali lacte depellere. 6. 17.
Me gravedo capitis, & Symmachum nostrum febris inopina retinet. 6. 41.

Con-

Consueto dolore meam filiam vexari comperi. 6. 41.
Te jactatam comperi dolore consueto 6 45.
Animus meus morbo corporis occupatus. 6. 47.
Corpusculi querela votum morantur 6. 56.
Cogitans filiæ meæ conturbatam valetudinem. 6. 59.
Renum dolore discrucior. 6 73.
Morbo alteratus essem. 6. 77.
Scripsi, doloris mei adversa tenuari. Ibid.
Gravissimis febribus impediri 7. 28.
Filij nostri virium vacui sunt, & me febrium noxa tentavit. 7. 32.
Pedis dolore correptus sum. 7. 73.
Primo adventu valetudo nostra perculsa est: seu insalubribus aquis, sive aëris mutatione. 7. 74.
Nunc status melior cœpit adversa tenuare; sed præ cæteris remedio fuit. Ibid.
Vos salvere cognovimus. Ibid.
Vbi commune pignus decubuisse cognovi. 7. 78.
Commune pignus paucis diebus sanguinis effusione vexatum. 7. 80.
Morbo jam diutino gravis. Ibid.
Valetudo voluntati obnititur. Ibid.
Valetudo effusione sanguinis sauciata. 7. 81.
Huius indies moribus augescit. 7. 89.
Iuliani fortunam doleo. 7. 107.
Quid vel medicorum curatio, vel abstinentia tua ad salutem promoverit, opto cognoscere. 8. 3.
Morbi diuturnitate macerari. 8 6.
Quæso custodes bonorum Deos valetudini tuæ medicas manus applicent. Ibid.
Nullam jucunditatem tristis morbi sensus admittit. 8. 18.
Mihi suburbanitas pedum ægritudine laboranti magis solatio, quàm voluptati est. Ibid.
Iactari morbo matronam tuam simulas? 8 19.
Cuius valetudini solitudo non competit. Ibid.

Obsessam à morbo conjugem, vacuo secessu, & intutâ ablegatione macerare. Ibid.

Post huius incommodi citum transitum, vita tua prospera longius porrigentur. 8. 31.

Video peregrinationi, quæ morbi instar est, damnum sanitatis adiectum. Ibid.

Humor articulis illapsus etiam nunc me tenet lectulo, & vix littorali siccitate tenuatur. 8. 46.

Valetudo saucia obstrepit voluntati. Ibid.

Non morabor expectationem tuam post conciliationem vigoris. Ibid.

Intervenit præterea ex humore solito dolor corporis. 8. 54.

Ego quoq; meorum contagia socius accessi. 8. 58.

Credo ex vigilijs nocturnis, quarum in præsentiâ exiguus fuit sensus, noxa post cruduit. Ibid.

Comprimere nitor diligentiâ, & parsimoniâ ingruens malum. Ibid.

Valetudo Filij mei diu in dubio versata. 8. 59.

Infirmis adhuc viribus tuis laborem itineris addidisti. 9. 37.

Vicem sollicitudinis mea in curam tuam recipere non recusses. 9. 6.

Nihil de Sardiniâ reportavit, nisi malam valetudinem. 9. 42.

Obsideri doloribus omnium membrorum. 9. 82.

Cùm diu Episcopus Zosimus gravi incommodo laboraret, usq; adeò, ut frequenter mortuus jactaretur. 10. 71.

Ænigmatis.

APERIRE *anigma. 9 116.*

Æqui boniq́ue consulendi.

QVÆSO, *ut æquus sis mihi, atq; has allegationes boni consulas. 1. 21.* Ia

In bonam partem traho. 2. 46.
Peto, ut in bonam partem voti erga te mei certus accipias. 3 14.
Quaso, in bonam partem, quæ à me scribuntur, accipias. 3. 53.

Ærarij.

Fiscus non sacerdotum damnis, sed hostium spolijs augeatur. 10. 61.
Privatam pecuniam pro civitatis ornatu certatim fatigant. 1. 3.

Æris alieni. Debiti. Rationum. Solvendi. Exactioris.

Facio, quod solent improbi debitores, qui adhuc alieno ære depressi, cupiunt secundo nexu fœnoris obligari 2 56.
Quaso flagitantis per Hetruriam publicis debitis sollicitudinem navare jubeatur. 4. 43.
Paterni solatij æstimationem jubetur exsolvere. 4. 51.
Precium proximâ abhinc æstate mittemus. 4. 59.
Precia pro tuâ æquitate numeranda familiares mei incunctanter exsolvent. 4. 60.
Consilio trahenda solutionis utendum est. 6. 12.
Argenti nobis facta gratia est. 6. 62.
Litteris precium rependendum est. 8 70.
Ad solutionem vigor Iudicialis adstrinxit eos. 9 103.
Pecuniæ fœnus accelero persolvere. 9. 114.
Notarium misi, qui actores nostros ad pretia, quæ statueris, solvenda impellat, ne pecuniarum videantur inopiâ hactenus tuum declinasse conspectum. 9 15.
Summam pone dispendio: non subducam pecuniam meam navis tuæ casibus. 9 117
Tu etiam pretia speratæ, nec traditæ rei postulas Ibid.

Cumu-

Cumulum debitorum sub tantâ anni facunditate contrahere 10 8.
Dignare curam nostra utilitatis adripere, & ad solutionem cogere debitores. Ibid.
Quos pro singulis donorum quadrantibus solutionis cura mordebat. 10. 50.
Quæstus publicos eruere. Ibid.
Qui census Senatoris antè tractavit. Ibid.
Per vices administrantium publici debiti occurrit exactio. 10 54.
Arcæ vinariæ debita à præfecto eius temporis, quo contracta dicuntur erui censuistis. Ibid.
Adhuc difficilis exsculpit exactio. Ibid.
Qui præfectis debita eruenda mandarunt. Ibid.
Pars maior debiti soluta Ibid.
Vberior summa exsoluta. Ibid.
Exsculpere debitum. Ibid.

Æstûs. Æstatis.

SPIRACVLIS regionis alicuius æstivam flagrantiam temperare. 1. 5.
Anni tempus calet. 1. 7.
Vt æstas mihi Paræneſtino algido frangeretur. 3 50.

Æstimandi. Judicandi. Ponderis. Censendi. Pluris-faciendi. Præferendi. Ponderandi.

IN gravi dono habeo, hanc apud vos esse de nostris epistolis censionem. 1. 3.
In gravi dono habeo. Ibid.
Ea nobis in commune, quàm cara & gravia fuére. 1. 11.
Gaudeo me tibi pluris esse, quàm cæteros. Ibid.

Cuius

Cuius ego honestamentum præopto muneribus. 1. 6.
In summâ gratiâ & honore aliquid ponere. 1. 26.
Quid ille tam serius arbiter super continuo silentio ac dissimulato scribendi munere censuisset? 1. 34.
Amicorum facta, dictaq; indulgentiâ censeamus. 1. 78.
Indulgentiâ plerunq; singuli vitia nostra diligimus. Ibid.
Scio apud te tantum loci esse litteris meis. 1 107.
Hæc commendatio maximi testimonij instar habebitur. Ibid.
In deliberando persona censentium pondus sententijs facit. 2. 7.
Hoc parvi faciet inscientia 2. 36.
Facit lex Curiæ nostræ, ut maioris apud me numeri antistet auctoritas. 4. 27.
Habet plurimum ponderis fides. 4. 33.
Plus habet ponderis tecta veneratio 4. 47.
Credo, tanti apud te litteras meas esse momenti, ut effectum sperare fas fuerit. 4 53
Totius ordinis secunda suffragia cœpisse videmur. 5. 43.
In te uno summam testimonij collocamus. Ibid.
Quam sciam apud te pro magno ære censeri. 5. 49.
Præsumo apud animum tuum litteras plurimùm profuturas. 5. 84.
Non ex officij parcitate amicorum religio, & cura pendenda est. 5 89.
Sint licet plures hominum sententiæ, quæ maritimis montana postponant: ego tamen vitandis æstibus magis judico nemorosa, quàm cultu aperta congruere. 7. 35.
Quid ponderis habeat pignorum commendatio apud eum, qui suos diligit. 7. 95.
Colloquia mea, scio, apud eximium virum magni esse momenti. 7. 118.
Quo impetrato omnium perceptionum donum putabo. 7. 122.
Rarum est in amante judicium. 8. 46.
Quid de me sentias, scio. Ibid.
Si tantarum rerum autoritas apud te quid ponderis habet. 9. 7.

Si

Si quid apud te valet amicorum absentium cura. 9.12.
Expecto ut responsio tua testimonium meum vires apud te habuisse declaret. 9. 49.
Si nihil virium frequens interventus habuisset. 9. 61.
Si quid consilijs meis apud te loci est. 9. 126.
Me quoq; arbitror pluris habitum esse, quàm cateros. 10. 2.

Ætatis. Temporis. Sæculi.

PAVCOS nostra ætas tulit, quorum germana sapientia ad vetustatem vergeret. 1. 29.
Si essem id ætatis, ut discerem. 1. 32.
Degimus in comitatu ambo ævo dispari. Ibid.
In laude est prisca munus ætatis. 1. 13.
Dij dabunt parvulo meo incrementa annorum. 8. 69.
Procedere in annos graves. 3 15.
Annis inflectam vergentibus. 4. 18.
Candidior post quam tontenti barba cadebat. Ibid.
Valemus, quantum ætas admittit declivis in senium. 4. 32.
Procedente ævo. 5. 85.
Triginta annorum diebus incanuit ætas possessionis. 5. 45.
Gravis annis. 5. 68.
Si cedentibus viribus re usemus uti laborum vacatione. 5. 68.
Victis ævo redde novitatem. 7. 20.
Hesiodum ferunt posito senio in virides annos redijsse. Ibid.
Ducentis vitibus aut arboribus inserendis crudam senectutem fovere. 8 69.
Dij te donent ob meritum largo ætatis excursu. 9. 83.

Æternitatis. Ævi. *Vide tit.* Temporis.

Affinitatis. Cognationis.

QVEM mihi adiungit affinitas. 9. 112.
Tu jus affinis exerces. 8. 57. Affi-

Affligendi. *Vide* Ægritudinisi

Agriculturæ. Ruris. Arandi. Rei-rusticæ. Seminandi. Plantandi.

VITA M innocuis tenuisti latus in arvis. 1. 2. VERIN.
Rus alere. 1. 5.
Spes agri voluntarijs dispendij fulcitur. Ibid.
Campania nitet agri ubere & arbusti honore. 1. 7.
Fascibus aratra mutavit, & in medio sementis opere boves anhelos statuit rusticus. 1. 58.
Frui agrorum salubritate. 2. 22.
Ruri sum, nec tamen rusticor. 3. 82.
Rarò nobis ager visitur. 4. 32.
Exercere culturas. 5. 78.
Agri quiete delector. Ibid.
Vacuatos dotibus agros serò docuistis. 6. 11.
Neq; ager culturâ nitet, & fructuum pars magna debetur, nihilq; jam colonis superest facultatum, quod opituletur cultui. 6 81.
An ullis agris nostris cultus accesserit. 7 18.
Cùm ruri agerem libertate caligressum reformans. 7. 43.
In agro me esse miraris. 8. 17.
In communem patriam strete otio ruris revertisse. Ibid.
Quid si tibi respondisset opimitas segetis, aut vindemiæ arrisisset ubertas. 8. 19.
Negocijs rusticis immorari. 8. 18.
Rusticari te asseris, & ducendis vitibus, aut arboribus inserendis crudam senectutem fovere. 8 69.
Non rubigo segetibus obfuit, nec avena fruges necavit. 10. 61.
Imputemus tantam famem vicibus annorum. Ibid.
Gravis hanc sterilitatem aura constrinxit. Ibid.

Ali mo-

Alimoniæ. *Vide* Annonæ.
Amaritudinis. *Vide* Ægritud.
Ambitionis. *Vide* Superbiæ.

Amicitiæ. Familiaritatis. Neceſſitudinis. Conjunctionis. Conſortij. Societatis.

VITO conſortium. 1. 2.
Mihi honeſtæ multitudinis nulla vitatio eſt. 1. 7.
Sui amantem uſu rerum probare. 1. 16.
Sum de ſummatibus amicorum tuorum. 1. 19.
Suſcipere aliquem. Ibid.
Obtinere apud aliquem veterem gratiam. 1. 21.
Amicitiam viri prudentis amplecti. 1. 29.
Amicitiæ operam nuſquam locavi æquè benè. 1. 34.
Gratulor fratri amicitias tuas contigiſſe. 1. 36.
Amicitiam ſtabili diligentiâ perſeveras. 1. 37.
Conciliare alicui amicitias alicuius. 1. 41.
Te oratum volo, ut noſtri diligentiam perſeveres. Ibid.
Amicitiam benè locare. 1. 42.
Amicitiam quotidiè experiundo provehere. Ibid.
Amicitiam tuam boni uberant. 1. 43.
Amicitiarum munia exequi. 1. 47.
Abiuratas amicitias affectare. 1. 55.
Venire in alicuius amicitiam. 1. 67.
Qui eſt non minus tibi, quàm mihi familiaris. 1. 69.
Quo cum mihi jamdiu familiaritas eſt. 1. 73.
Nemo in amicos utitur fide promptiore. Ibid.
Peccare in amicitiæ fidem 1. 68.
Sanctus Zeno ad clientelam tuam & amicitias pertinet. 1. 93.
Amicitia uſu credita eſt, & expenſa documentis. 1. 98.

Satis

Satis muneris communi amicitiæ dabis. 1. 100.
Amicitiæ honore affici. 1. 103.
Amicitia inter nos longâ adolevit ætate. 1. 104.
Videturne tibi dignus esse, quem diligas? 2. 2.
Aurelianum filium meum in amicitiam te jubente suscepi. 2. 14.
Quæso subintelligant, meis precibus auctam circa se gratiam tuam. 2. 15.
Pro concordiâ, quæ mihi tecum est. 2. 20.
Illum gratiæ accessurum existimo. 2. 38.
Inter familiarium suorum præcipuos, atq; honorabiles aliquem censere. 2. 39.
Optimis quibusq; jungi. Ibid.
Volo mihi apud te servatæ amicitiæ constare rationem. 2. 54.
Frustrà neglectæ familiaritatis accusor. Ibid.
Qui nos vel affinitatis, vel amicitiæ officijs prosequuntur. 2. 59.
Conciliare aliquem bonis, quibusq;. 2. 67.
Viri amicitiæ servantissimus. 2. 68.
Ad familiaritatem alicuius accedere. 2. 72.
Mihi quoq; eundem priscâ familiaritate conjungi. 2. 76.
Advertis igitur, quàm prompto & patulo amicitiæ sinu receptandus sit. 2. 79.
Si tibi probatus amicus accedat. 2. 80.
Tuo ac meo nomine amicitias accurrentis amplectere. 2. 82.
Ego in viam reduxi amicitiæ nostræ fortuitum stuporem. 3. 5.
Vt in reliquum pensi habeas amicitiæ diligentiam. 3. 17.
Plenæ atq; inveteratæ inter nos amicitiæ nihil adjici posse credideram. 3. 25.
Vt tibi amicitiam bonorum primus congressus aperiret. 3. 29.
Vnde factum est, ut æquitati petitionis favor amicitiæ jungeretur. 3. 41.
Mihi cum eo summa familiaritas fuit. Ibid.
Amicitiæ meæ viros edecumata honestatis adiungis. 3. 49.

Mihi familiaritatem probatissimi cuiusq; concilias. 3. 51.
Cur mihi bona nostra commendas? Cedas alios usu incognitos, emendatione consimiles. Ibid.
Illos ego amicos beneficio tuo acquisitos putabo, quos nescio. Ibid.
Istum in hi reddidisti potiùs, quàm dedisti. Ibid.
Flaviano meo aliquandiu solus frueris. 3. 58.
Si gratiam dilatus sermo solvisset. 3. 62.
Amicitiam munerare affectu religionis. 3. 64.
Amcitiam adventantis amplecti. 3. 66.
Moribus tuis proximis à te diligitur. Ibid.
Vt faciliori aditu ad tuam notitiam perveniret. 3. 67.
Religio te hortante sumsit exordium, me annitente augmẽtum sumat. 3. 78.
Amicitiam excolere. Ibid.
Amplector inter nos futuræ familiaritatis auspicem voluntatem. Ibid.
Novæ familiaritatis auspicibus plus debetur officijs. 3. 79.
Excolere amicitiam litterario munere. Ibid.
Vt perspicias benè cum his miseri fœdus amicorum, &c. Ibid.
Stet inter nos animorum fida sinceritas. 3. 80.
Hoc unum prætereundum non puto, summam mihi cum illo esse officiorum familiarium societatem. 3. 91.
Vndè arbitror exabundanti promptam fore in eum præclaræ tuæ mentis affectionem, quam illi & decus proprium, & meæ amicitiæ prærogativa conciliat. Ibid.
Hoc ad conjungendum Flaviano meo præstantia tua animum multùm credo valiturum. 4. 2.
Te fama eius amicitiorem cùm fides militia, tùm necessitudinis affectio reddit. 4. 7.
Hinc est, quod illi promerendi undiq; amoris vias invenias. Ibid.
Amicitia de mutuis constat officijs. 4. 39.
Vir servantissimus amicitiæ. 4. 11.
Est tibi animus tenax fidei, & ut in recipiendis familiaritatibus circumspecta cautela, ita in retinendis firma constantia. 4. 13.

Non

Non cadit in te ista suspicio, ut consultò amicitiæ negligens fuisse credaris. Ibid.

Docuisti omnes, nihil ulterius ad destruendas amicitias callidum cogitare, quas vident insidijs suis crescere. Ibid.

Hilaraſti mihi diem litteris quæ testatæ sunt vigere apud te nostræ amicitiæ diligentiam. 4. 20.

Ipsum nostrum Martianum credo tibi sedulò prodidisse, quanta memoria & prædicatio tui in ore ac pectore meo vigeat. 4. 21.

Quid his testimonijs diligentiæ in te meæ nitor adserere? Ib.

Nemo flagrantius amicitiam colit, quàm qui iraſcitur negligentiæ. Ibid.

Nullum quippe delictum curæ erga te frigentis cognosco. Ib.

Constantiæ religionis pares esse nitemur. 4. 26.

Multijugis officijs amicitiam nostram pergis excolere. 4. 22.

Eusebius pars pectoris mei. Ibid.

Queſo, ne amicitiæ vigorem languere, & munia frigere patiaris, quæ impatienter requiro. 4. 25.

Amicitiam sicuti facis, in exemplum tuere. 4. 26.

Facit securitas mea, ut diligi me etiam à tacente non ambigam. 4. 28.

Amicitiæ nostræ fiducia non ex litteris pendet. Ibid.

Sufficiat aliquandò celebrandæ amicitiæ. Ibid.

Nec tamen, cùm à litteris temperares, ullam decessionem diligentiæ in me tuæ factum putavi. 4. 30.

Tanta est securitas veræ amicitiæ, ut de suâ fide æstimationem mutui amoris assumat. Ibid.

Non fero, ut ædes quodammodo amicitiæ novus salutator adisse videaris. 4. 35.

Iamdudum virtutes tuas pares fraternis in pectoris mei possessionem recepi. Ibid.

Crevisti etiam pro parte legitimâ paternæ in me familiaritatis successionem. Ibid.

Singulis vobis soliditas mei amoris accessit. Ibid.

Spargere bona animi in plures. Ibid.

Tot tantisq; pignoribus annexi, non æstimemus de epistolari tyrocinio charitatis ætatem. 4. 35.

Cùm Palatinæ eloquentiæ militares, amicitiæ tuæ porrexi dexteram. 4. 35.

Longa obsequiorum eius inspectio faciet, ut me judices minora dixisse. 4. 38.

Simul vereor, ne quid amori tuo in filium derogem. 4. 47.

Aliquem in primore congressu penetrali familiaritate dignari. 4. 46.

Amicitijs alicuius inseri. Ibid.

Cum illo mihi privatæ vitæ conditio communis est. 4. 50.

Suspicor aliquid amicitiæ nostræ ex alloquij raritate decedere. 4. 59.

In pectoribus sedem esse religionis scio. Ibid.

Amicitia nostra in ore multorum est. 4. 62.

Cùm amici res agitur. 4. 63.

Amicitiæ tuæ viros bonæ frugis adiungo. 4. 73.

Cui siquid amoris impenderis, ad meam gratiam pertinebit. Ibid.

Amicitiæ observantissimus. 4. 74.

Incognitos quoq; ad amorem propriæ familiaritatis invitant. 5. 4.

His maximè nutrimentis amicitiarum cultus adolescit. 5. 8.

Tibi, ut æstimo, amicorum conventus non onerosus est. 5. 35.

Spera plures tibi hospites actutùm adfuturos. Ibid.

Relatum in cultores tuos Aurelium familiarem meum, gaudeo. 5. 50.

Quòd amicitiæ meæ VC. Scipio, te mystagogo usus, accessit. 5. 64.

Quærere familiaritatem bonorum. Ibid.

Committi in amicitiam puto. 5. 81.

Munia familiaris explere officij Ibid.

Et rebus & litteris partes religionis exsequeris. 5. 91.

Meus in te cultus annosus est. 6. 17.

Si quid parentis testimonio tribuis, adultam mox apud te religionem primus aditus inveniat, continuoq; experiatur

riatur facilitatem pectoris tui. 6. 25.

Zenodorus filius meus nondum te consuetudine propiore cognovit, sed famâ conciliante iam suscipit. Ibid.

Iustini antiqua nobiscum familiaritas. 6. 27.

Deserere consortium alicuius. 7. 27.

Invides nobis exoptatissimam societatem? Ibid.

Est ille ager, ut prædicas in tuo rure densus cupressis, & fontium largus, & montano situ frigidus. 7. 31.

Ne veteris inter nos amicitiæ memoriam scribendi neglectus attenuet. 7. 42.

Commeanti primum apud te notitiæ limen aperio. 7. 43.

Illi amoris fructus eveniat. Ibid.

Augere inter se commercium religionis. Ibid.

Diebus proximis ultrò amicitiam stili opere frequentavi. 7. 44.

Obsoleſcere quadam silentij rubigine animorum fœdus existimas. 7. 55.

Et virtutis & propositi tui, bonos quosq; suscipere. 7. 57.

Frustrà à te diligor, nisi affectione saltim nos patiaris comparari. 7. 60.

Vt amicitia nostra litteris excolatur. 7. 84.

Vt ad intimam familiaritatem bonorum tuiq; similium purâ conciliatione perveniat. 7. 85.

Amicitiæ parentum rectè in liberos transferuntur. 7. 88.

Amicitia semel inita, successoribus eorum velut hereditario jure proficiat. Ibid.

Optimi viri quondam Gregorij filium diligendum pariter ac tuendum recepi. Ibid.

Fuit mihi cum patre eius fidum fœdus animorum. Ibid.

Religionis debitum tecum opto partiri. 7. 88.

Indicio prosperorum meorum partes amantis implevi, 7. 92.

Amplecti amicitias domini & filij mei Flaviani ante dignatus es. 7. 95.

Alicui documenta veræ familiaritatis exhibere. Ibid.

Dignum esse prædico, qui ordini nostro copuletur. 7. 96.

Cultum amicitiæ libenter exerceo; video enim mihi à te

talionem cura parilis non negari. 7. 99.
Miror, quod Flavianum erga amicitias tuas imparem esse suspicaris. 7. 100.
Vetus inter nos amicitia revertetur ad usũ feliciorẽ. 7. 102.
Novo aditu alicuius amicitiam petere. 7. 111.
Familiaritatem ipsi & vita decus & familiæ antiquitas conciliat. 7. 112.
Cùm tibi omnium meorum cura præcipua sit, præsumo filio meo intimam familiaritatem tuam posse reserari. Ibid.
Vbi propiore cõgressu probitatis ornamẽta patuerunt. 7. 115.
Gaudia amicorum sibi vendicare. 7. 122.
Hunc vestra unanimitas antè non dedicit. 7 123.
Ad clientelã splendidissimæ alicuius domũs pervenire. 7. 124
Tantum abest, ut sinam veteres tibi amicos insimulationum improbitate decerpi. 7. 128.
Vir clarissimus Scipio spoliatum se amore tuo per æmulos ingemiscit. Ibid.
Sume fiduciam, quam ad invitamentum familiaritatis ingerimus. 8. 8.
Familiaritatis nostræ aditum ingredere securus. 8. 9.
Inchoata per me amicitia convalescit. Ibid.
Velim cogites amicitiarum non frigere respectum. 8. 12.
Inter dura negociorum amicitiæ meminisse. 8. 14.
Receptum in familiam tuam Auxentium in meo ære duco. 8. 16.
Quo nomine amicitia nostra in arctiora fidei jura convenit. Ibid.
Potissimis amicorum annumerari. 8. 21.
Tu es amicorum diligens. 8. 22.
Amicorum mihi subindè affluentium largiter est. 8. 23.
Quod serò ad te scribo, amicitiæ tenacis indicium est, cuius ex intervallo repetitis officijs memoria probatur. 8. 35.
Inter cætera parentum decedentium bona, amicitia quoq; affectanda successio est. 8 43.
Studio validiore captanda familiaritatis hæreditas. Ibid.
Volo inter nos promptiùs convalescat familia tua propagata coniunctio. Ibid.

Si

Si amicitiæ veteris memoria perseverat. 9. 1.
Studiosos sapientiæ viros in amicitiæ possessionem vocare. 9. 2.
Amicorum te summatem esse, jamdiu attestantur experti. Ibid.
Amicitiæ tuæ dexteram porrigo. Ibid.
Amicitiæ tuæ manum porrigo, & te sponte ad fidem nostræ familiaritatis invito. 9. 4.
Amicitias inter nos, cùm Romæ ageres, inchoatas munere scriptionis accumulo. 8. 5.
Quædam scintilla sapientiæ est virtutum luminibus applicari. 9. 9.
Inter amicos ac familiares meos jure numeratur. 9. 16.
Votiva me in amicitiam tuam causa reducit, quamvis ob decus generis & morum tuorum familiaritas tua mihi fuerit ambienda. 6. 19.
Vita sua atq; eruditio conciliabit amicitiam pleniorem. 9. 33.
Familiaritas maioribus delata. 9. 34.
Bono omine familiaritas copulanda. 9. 68.
Animorum nostrorum conciliatio tuo invitamento sumpsit exordium. Ibid.
Amicitias optimorum expetere. Ibid.
Prior votum sarciendæ familiaritatis habuisti. 9. 71.
Amicitias inchoare. Ibid.
Amicitiæ sinceritas magis fidem postulat, quàm delimenta sermonis. 9. 92.
Amicitias jungere. 8. 112.
Maneat tantum amicitia, nihilq; fortuna in eam liceat. 9. 117.
Amicitiam votivo pignore fœderare. 9. 125.
Tibi autem plus me favoris impendere hortatur affinitas. 10. 4.
Olim me, ut res indicat, cogitationes numinis vestri secundo favore respiciunt. 10. 23.

Amoris. Diligendi. Amandi.

COMPLECTI aliquem. 1. 11.
Est hoc veri amoris indicium. 1. 14.
Si te amor habet naturalis historiæ, quam Plinius elaboravit, en tibi libellos, &c. 1. 24.
Amore dignari aliquem. 1. 30.
Nemo est mortalium, quem præ te diligam. 1. 31.
Vadatum me honorabili amore tenuisti. Ibid.
In comitatu me tibi, & parente & amico, & si quid utroque charius est chariorem fuisse sensisti. 1. 32.
Vereor, ne forte in nos parentis claudat affectio. 1. 33.
Adeò mihi in te veteris amoris nulla discessio est. 1. 34.
Cumulatius diligere aliquem. 1. 36.
Ferre alicui honorem amicitiæ. 1. 46.
Nostræ in te affectioni honorem mutuum facis. 1. 47.
Implere jus amici. Ibid.
Scio germani amoris esse, quod suades. 1. 55.
Nostro circa vos amore functus sum. 1. 63.
Ama hominem placitum mihi. 1. 71.
Bassus optimis viris complacitus est. 1. 72.
Pensi aliquem habere. 1. 73.
Alicuius amicitiâ non gravari. Ibid.
Promerere amorem alicuius. 1. 81.
Id tantam videtur egisse, ut mihi ex munere conciliatio tui uberior proveniret. Ibid.
Viget in eo vena fraterna. 1. 90.
Quem sanctè atq; efflictè diligis. Ibid.
Scis certè, nunquam me faciliorem favoris esse, quàm veri. 99.
Potiri alicuius amore. 1. 107.
In summâ pono gratiæ, quòd te nostri diligentissimum familiaris stili frequens usus ostendit. 5. 1.
Fraternâ aliquem affectione complecti. 2. 10.
Paternum animum visu pignoris ubi foveris. 2. 19.
Mentibus convenire. 2. 62.

Cresco-

Cresconio amico meo amorem tuum multa conciliant. 2. 63.

Gratiam sui esse geminatam 2. 67.

Quæso, ut commoditatem eius prompto favore respicias. 2. 71.

Vir clarissimus honoratus, cumprimis mihi vita honestatisq; complacitus. 2 72.

Ille nulli unquam nostrum tui amore cessit: quin imò semper primus sibi erga te partes observantia vendicavit. 2. 84.

Nunquam modum circa te habebit affectio. 3. 6.

Tibi ergastuli istius amor tantus est. 3 23.

Vno lapsu amica vendicatio claudicavit 3. 25.

Affectionem alicui dependere. 3 65.

Affectionem litterarum munere, quotiens usus tulerit, augere. Ibid.

Ambo idem sumus. 3. 66.

Quod Firmo incunctanter evenerit, si tuus favor vota hominis ad consueta nitentis annuerit. 3. 67.

Si nosse dignaris, quanta sit in domino Flaviano pectoris mei portio; amicitiam adventantis amplectére, ut duos obliges. 3. 66.

Miror in hoc te mei amore progressum 3. 74.

Mihi ut est curæ; ita solatio erit, si eum sciam verè in te Symmachum reperisse. 3. 81.

Mente & affectione te non desero. 3. 84.

Flavianum pectoris mei dominum, tui socium, harere animo tuo usq; ad improborum dolorem nimis gratulor. 3. 86.

Sæpè apud me de tali amicitiâ gratulatur. Ibid.

Interest amoris, quem filio meo verè debeo. 4. 2.

Dum meritis filij aliquid deesse contemplor, officium parentis omitto. Ibid.

Nihil bonæ rei inter vos dividi amor æquus mutuus sinit. 4. 18.

Neque molestè fero, quòd apud te gratia fratris antistat. 4. 20.

Dederam provinciam germano tuo, cuius amore tibi non cesserim. 3. 20.

Crescere inter nos cottidiè amoris debitum volo. 4. 32.

Certamen cum aliquo de amore alicuius ingredi. 4. 39.

Si consideres, quanta sit innocentium raritas, amabis Desiderium filium meum, in paucorum electione numerandum. 4. 40.

Quaeso, ut illi per me amicitia tua sacrarium recludatur. Ibid.

Nostra caritas adyto pectorum recondatur. Ipsa habitatio cordis in aperto est 4. 42.

Huic ad promerendum favorem tuum non solùm ipsius probitas, sed etiam commendatio mea aditum debet aperire. 4. 53.

Elaborandum tibi non est, ut mihi amoris tui fidem facias. 4 59.

Diligentiam mei continuo amore servaveris. 4. 65.

Si tibi cordi sum. 4. 66. Et *Quibus cordi sumus. 5. 18.*

Huic si quid amoris impenderis. 4. 73.

Semper te in primore affectionum mearum fronte constituo. 5. 19.

Tribuere alicui favorem. 5. 30.

Erit tua circa me affectionis. 5. 34.

Quem judicio probamus & amore complectimur. 5. 39.

Quibus ille cura est. 5. 41.

Adolescens multorum gratiâ viget. 5. 48.

Pensius amare aliquid 5. 69.

Fraternam religionem, quam mihi semper mente exhibes, assiduo sermone testare. 5 73.

Admoneo, ut in meam gratiam valdius diligatur. 5. 80.

Mei apud te curam vigere documento aucti circa se amoris intelliget. Ibid.

Meretur alicuius favorem 5. 84.

Cupidissimum sui obvio sermone suscipere, & amicitiam postulatam non in longi usus tentamenta procrastinare, sed statim pari voluntate desiderio adventantis occurrere 6 24.

Amorem solitum alicui deferre. 6. 27.

Curam

Curam diligentiæ tuæ in me usu probatam crescere in dies gaudeo. 7. 32.
A te justum favorem per me optat adipisci. 7 34.
Tua erga eum diligentia non recipit augmentum. 7. 47.
Tantum esse apud te loci Aurelio meo gaudeo. 7. 63.
Nulla caritas ita plena est, ut augmentum non capiat. Ibid.
Vicisti nostram pro eo diligentiam, quam jubes avere. Ibid.
Dignum est, quantum apud me meriti collocavit, tantùm apud te benignitatis inveniat. 7. 86.
Quin immò religiosis officijs crescere inter nos causas mutui amoris exopto. 7. 96
Hæc summa est desiderij mei, ut in animo tuo reperiat amorem meo similem. 7. 95.
Commendatio pignorum quid ponderis habeat apud eum, qui suos diligit, non in dubium venit. Ibid.
In favorem me Dynami cohortaris, cuius tibi amore non cesserim. 7. 96.
Flavianus te parilt amore complectitur. 7. 100.
Athanasium bonis artibus clarum securius amare cœpi, postquam de eo judicium tuum comperi. 7. 125.
Nihil existimes amori decerptum. 8. 11.
Amore certamus. 8. 22.
Promptiùs igitur te diligo, postquam hoc votum bonæ mentis inspexi. 8. 29.
Etiam de tacito amore non dubito. 8. 35.
Epistola declarat mutuæ in nos diligētiæ impetrationē. 9. 2.
Tuam circa nos diligentiam privatim litterarum vicissitudò testabitur. 9 5.
In bona paterna nitentes, & ex eo genitos propagato amore contemplor. 9. 34.
Solam de te mercedem justi amoris expectat. 9. 42.
Ex amore descendit. 9. 101.
In amorem vestrum promptâ inclinatione concessit. 10. 29.
Vos populus amore complectitur. Ibid.
Quibus parentum immoratur affectio. Ibid.
Vivit in amore cunctorum. 10. 32.

Nunc

Nunc in amorem tuum ſtudia noſtra creverunt. 10. 33.

Animi. Sententiæ.

BONO animo ſumus. 1. 7.
Animus eſt, amoliri odium ſenectutem. 1. 10.
Sententia nihil claudicat. 1. 11.
Turbare conſtantiam decreti. Ibid.
Quid noſtri patres ſuper eâ oratione ſenſerunt. 1. 13.
Animum alicui exaugere 1. 27.
Satis animi confirmatus eſt 1. 17.
Tractare animum diligentius. 1. 34.
Animum durius tenere. Ibid.
Stat ſententia. Ibid.
Animum religio convenit. 1. 44.
Levare animum. 1. 48.
Spectari animo Ibid.
Habitum latiorem mentibus ſuadere. Ibid.
Nunc ſententia eſt. 1. 49.
Deſtinata mutare. 1. 51.
Neq; enim animus fert. Ibid.
Quando eo ſtudio atq; propoſito es. 2. 80.
Ingentem animum ſolitudine domare. 1. 47.
Spectata mihi eſt in eo quies animi. 1. 73.
Non ſententia tua ex aliorum conſenſu quaratur auctoritas. 1. 78.
Æquus animi. 1. 101.
Habitum mentis de amicorum ore ducimus. 3. 11.
Animadverto tui non eſſe judicij. 7. 37.
Sententiam ſuam in gratiam præſentium mutare. Ibid.
Verba ſua in gratiam præſentium mutare. Ibid.
Deſcivi à propoſito. 7. 61.
Mihi quoq; eadem de tui ſermonis jocunditate ſententia eſt. 8. 74.

Anni. Temporis. Diu. Perpetuò. Æternitatis.

PRIMORES *Calendâ Ianuarij appetebant. 1. 13.*
Anno ineunte. 9. 24.
Cùm jam Decembrium KL. tempus appeteret. 9. 112.
Dandum quoq; est instaurationi largius tempus. 10. 14.
In manu temporum est. 10. 22.
Annus ferè secundus est. 10. 62.
Iam sextus annus à testamenti recitatione numeratur. Ibid.

Annonæ. Caritatis. Rei-frumentariæ. Frumenti. Ftugum. Victûs. Victûs. Escæ. Messis. Alimoniæ.

CVNCTATIONEM *Formianam multâ fruge & alijs hoc genus in usum necessarijs instruere. 1. 11.*
Bonam frugem facere 1. 7.
Spernere alienam sententiam. 2. 91.
Discrepare à propriâ sententiâ. Ibid.
Congerere frugem in proximæ hyemis impendium. 1. 61.
Defectum timemus annonæ. 2. 7.
Sterilis annus ne semina quidem terris commissa reddidit. 2. 52.
Frumentariam urbis nostræ nulla auget invectio Ibid.
Vtilitatis metus in angustias coegit civitatem. 2. 55.
Hinc libens video, quid frugis æternæ urbi indies accedat, quid Romanis horreis Macedonicus adijciat commeatus. 3. 55.

Iam

Iam securitate saturamur. 3. 55.

Post urbis nostræ exitiabilem famem re frumentariâ in tranquillum reductâ 4. 21.

Ad spem progressus. 5. 16.

Postquam Romanæ juventutis magistris subsidia solemnis alimoniæ detracta sunt. 5. 35.

Quum refoverit studium meum rei frumentariæ instaurata securitas. 5. 47.

Nutrimenta senescentibus ætas prima vicissim comportat. 5 67.

Ad eam diem convictum tibi paramus. 5. 85.

Patriæ communi largas rei annonariæ copias polliceris 5.94.

Pollucibilem victum utriusq; elementi (terræ ac maris) ut vobis ministret opulentia. 6. 71.

Nobis satis est, quod omnium, quæ capitis parte defruimur adeò largiter, ut ipsi quoq; opimis dapibo affluamus. Ibi.

Mittere legationem ob angustias rei frumentariæ. 6. 12.

Subsidia annonæ in dies viginti oblatio prorogavit. Ibid.

Iussi ex re nostrâ Apula ad Campaniã frumenta deferri. Ib.

Nunc votis opus est, ut divina opitulatio invehat commeatus. 6. 14.

Solatur inter hæc populum spes frumenti à Patribus oblati. Ibid.

Salus civium privatâ conlatione producitur. Ibid.

In eas angustias communis Patriæ fortuna deducta est, ut extrema vitanda sint. 6. 15.

Didici commeatu annonario convalescere urbis securitatem. 9. 124.

Alimonia interim provisofulta subsidio, frugis Lybicæ stipulatur adventum. 7. 38.

Æstate res rationesq; nostræ novâ fruge ditescunt. 8. 20.

Horreis tantùm frugis invexit. 9 42.

De communis patriæ victu celeriter invehendo, silere me apud te non sinunt angustiæ conditorum. 9. 14.

Quæso, ut vigore, quo præditus es, annonarios urgeri jubeas paratus. Ibid.

Quamdiu in alteram messem procedat ratio conditorũ. Ib.

Facito

Facito sciam, quid invehant horreis dies singuli. 10. 2.
Pari vigilia prospectum videmus, ut res annonaria satietati urbanæ liberaliùs ingeratur. 10. 21
Subsidia victui nostro largitas vestra præstabit. 10. 26.
Quæ classis annonarijs copijs augeat devota plebis alimoniam. 10. 29.
Puppes felicia onera Ægyptiæ frugis invexerunt. Ibid.
Cùm populo & virginibus sacris communis esset annona. 10. 61.
Quàm primùm judices Africanos super hac specie Romanis horreis inserenda divinus sermo dissimulet. 10. 55.
Ingravescente defectu. Ibid.
Res annonaria in graves cogitur angustias. 10. 38.
Secuta est publica fames, & spem provinciarum omnium messis agra decepit. 10. 61.
Puteolanis municipibus Divus Constantinus c. l. M. mod. in alimoniam civitatis indulsit. 10. 60.
Honoraverat lex parentum Vestales virgines, ac ministros Deorum victu modico. 10. 61.
Sylvestribus arbustis vita producitur. Ibid.

Annumerandi. Adscribendi.

TE illa ora totum sibi vendicat. 1. 47. (88.
Præstabis forsitan culpæ meæ, quod non reddis officijs. 3.
Vtinam boni Principis circumspectio, ipsius quoq; operam sibi vendicet. 4. 50.
Tibi refertur acceptum. 5. 47.
Nec impetrationis gratiam mihi vendico. 5 58.
Quo in numero jure censemini. 7. 76.
Annumerandus est cæteris sperantibus æquitatem jucundus amicissimus meus. 7. 81.
Non est in eâ parte numerandus. 7. 86.
Frumentum ego in numerum bonorum esse referendum judicavi. 7. 115.
Laudi propriæ aliquid vendicare. 8. 2.

Tibi

Tibi in solidum assumere noluisti omnem captura & sylvestris eventum. 8. 2.
Nihil assumam gratia mea. 9. 101.

Ansæ. *Vide* Occasionis.

Antiquitatis. Vetustatis.

EGO quoq; *in scribendo formam vetustatis amplector. 2. 35.*
Spectator veteris monet & solus superstum. 3. 11.

Appellendi. *Vide* Accedendi.
Appetendi. *Vide* Cupiditatis.
Appropinquandi. *Vide* Accedendi.
Approbandi. *Vide* Probandi.
Arandi. *Vide* Agriculturæ.

Arbitrij. Judicij.

QVÆSO, *veri arbiter esse digneris. 6. 9.*
Diri mendas partium quæstiones meo dicuntur doluisse judicio. 6 22.
In arbitrium tuum statuenda reieci. 6. 29.
Quid super hoc agendum sit, in tuo iure constituo. 10. 9.

Armorum. *Vide* Belli.

Artium.

Artium. *Vide* Studiorum.
Adscribendi. *Vide* Annumerandi.
Astutiæ. *Vide* Doli.
Auctionis. *Vide* Emendi.

NIMIVM QVANTVM avarus es 7. 16.
Publico bono sine satietate defrueris. 9. 86.

Audiendi. Auscultandi. Attendendi.

SI nobis vacuas aures intendas datis. 1. 3.
Aurium obsequia tibi commodabo. 1. 4.
Vtendum mihi tantisper animum facremittas. 1. 13.
Quæso præstes aurem benignam causarum suarum justa narranti. 4. 40.
Tuæ aures fratrum laudibus gaudent. 4. 52.
Miseratio pias aures applicat votis parentum. 5. 33.
Oculis subtracta miracula, auribus prehendo. 7. 41.
Aurem præbere alicui. 9. 16.
Cui audientiam negare non potui. 10. 45.

Augendi. Incrementi. Augmenti. Amplificandi.

SVBNECTERE *aliquid alicuius versibus.* 1. 4.
Augmentum poscere. 1. 67.
Officiorum diligentia fructu vicissitudinis incaluescit. 3. 71.

Augmentum sumere. 3. 78. (4 5.
Inconstantem putas amorem qui in crementa non accipit.
Præcipuus honor rerum talium non requirit augmenta. 4. 8.
Non ut fastigio Consulari, quod proximè tui culminis felix, & olim debitus magistratus ornavit, ex hoc aliquid adderetur. Ibid.
An ullis agris nostris cultus, ædibus nitor, pecori numerus accesserit. 7. 18.
Augmentum non capere. 7. 63.
Provocatum me ad amicitiæ incrementa protestor. 10. 10.

Auri. *Vide* Divitiarum.

Auxilij. Adjuvandi. Juvandi. Opis. Præsidij.

OPIS meæ indigus es. 1. 3. Et *Opis indigos sublevare.* 4. 67.
Subvenire rei alicui properatâ curâ. 1. 10.
Nihil herili mensæ, nihil servitijs, aut pecori defuturum. 1. 11.
Noctu dare operam amicis. 1. 23.
In eam rem tuum munus imploro. 1. 62.
Iuvare salutem alicuius. 1. 66.
Prodesse alicui juvandâ salute. Ibid.
Effice, oro te, ut divinitus videatur oblatum tui honoris auxilium. 1. 68.
Hinc spes oritur, quæ Theophilo clarissimo viro tuam opem de meo sermone promittit. 1. 106.
Quid eius commodo velimus, in aperto est. Ibid.
Amicorum desiderijs operam non negamus. 1. 72.
Omnes, qui Palatinis stipendijs enituescunt, juvare præsidio. 1. 104.
Lapsum desiderat sublevari. 2. 14.
Plus de meo auxilio sperat. 2. 21.

De

Deseri auxilio. 2. 28.
Iustas alicuius petitiones humanitate prosequi. 2. 29.
Nunc eius consilio vulnus meum in cicatricem convenit. Illius monitis acquiesco: illius opere spiro. 2. 32.
Alicui aliquid opis conferre. 2. 67.
A dstipulationis adminicula non requirit. Ibid.
Si ope atq; humanitate fortunam peregrinantis adjuveris. 2. 61.
Sortiri alicuius adminiculum. 2. 75.
Ergò accurrenti religiosam manum porrige. 2. 79.
Opem desiderantes ad suffragia probata confugiunt. 3. 35.
Fac oro, commendatum tuearis auxilio. 3. 37.
Eluctandis difficultatibus adminicula uberiora decernas. 3. 62.
Porrige, oro te, adjutricem manum legitima pramia ex more captanti. 3. 67.
Suscipe, oro te, plenum bonitatis negocium, & amici inopiam. 3. 73. (4. 6.
Praturam filij mei virtute, quâ polles, juvare dignatus es.
Necessitas tui culminis provocavit auxilium. 4. 9.
Fac, si quid opis in te est, ut afflicta domui pia temporum parcat humanitas. 4. 19.
Opem filius meus Caecilianus exhibuit. 4. 41.
Iuris auxilijs potius munitur. 4. 48. (4. 51.
Per te ac tui similes amoliri oportet imminentem ruinam.
Omnia te facere ad salutem Flaviani rebus experior. Ibid.
Hinc mihi spes oritur, posse eius catera te medico incommoda sanari. Ibid.
Adjuvare alicuius fortunam. 4. 53.
Supplementa meliora fortuna dare. 4. 67.
Si modò vestra insinuatio juvet exhausti senatoris oratum. Ibid.
Interea dum maior ab illis salubritas petitur, humanitas tua foveat exhaustos. 4. 74.
Pratendere obvias manus. 5. 5.
Merebitur, ut spero, orationis assertio, ut tu etiam vetustatis patronus auctoritati Ordinis manum porrigas. 5. 9.

Pleniora præsidia atq; ornamenta de amico præsente capimus. 5. 20.

Plurimis præferendus, qui firmo patrocinio proteguntur. 5. 41.

Gratiam boni reditûs de tuo potissimùm sperat auxilio. 5. 60.

Multum rebus omnibus additurus. 5. 59.

Cuius iniuriæ affectatio tuum moderamen expectat. 5. 62.

Levamine iuvare Candidatos. Ibid.

Felicem opis indigum esse non patior. 5. 75.

Spopondi bonæ indoli & moribus defæcatis, nequaquam defore tuæ mentis auxilium. Ibid.

Si quid opis & favoris oraverint. 5. 83.

Si votis eius cura vestra profuerit. 6. 3.

Germano Taburnio, cui me auxilio esse voluistis, etiam salutis dubius affuissem. 6. 19.

Ago gratias, quòd necessitatem fratris vestri congruis adminiculis iuveritis. 6. 26.

Adiutore non indiget. 6. 74.

Patria in rebus angustis, vel opem bonorum, vel societatem requirit. 7. 38.

Feras opem, quæso te, ne res tot iniurijs exhausta succumbat. 7. 66.

Ad collationem vocati remedia patriæ usitata promisimus. 7. 68.

Inceptum meum viribus fratris utetur. 7. 82.

Quæso mecum religiosè votiva officia partiaris. Ibid.

In tuâ manu est, & illius meritum, & meum studium supplementis adiuvare. 7. 96.

Opimis indigos sublevare 7. 107.

Credo cum eo omnia in gratiam reditura, si patrocinio & humanitate tuâ foveatur. Ibid.

Familiaribus adminiculis deseruntur. 7. 116.

Opis tuæ levamen expectat. 7 126.

Gravi pondere victam, si salutaris defensor erexeris. Ibid.

Maior opitulatio ex tui arbitrij favore proveniet, cùm, &c. 9. 11.

Iam

Iam nunc in favorem præteuntium curam tuam provoco. 9. 22.
Provincialium mederis adversis & salutarem laborantibus manum porrigis. 9. 29.
Editionibus nostris amicam operam polliceris. 9. 74.
Præsentia tua cœptis calcar admoverit. 10. 9.
Piæ supplicationi adiumentū meū negare non possum. 10. 11.
Dignare juvare effectum pij desiderij. Ibid.
Convenientia apud præturam domûs nostræ decerne præsidia. 10. 13.
Iuvare adminiculo non graveris. 10. 15.
Editio nostra tuis auxilijs instruatur. Ibid.
Cùm per se mederi afflictis rebus nequiret. 10. 57.
Opem alicuius orare. Ibid
Quæso, ut utilitati publicæ velox remedium porrigatis. Ibid.
Vrgentibus causis, negari non potest illatio solemnis impendij. Ibid.
Ferte propitij, ut soletis, auxilium. Ibid.

B.

Balnei. *Vide* Lavandi.

Belli. Militiæ.

TV veteris militiæ præmia tyro meruisti, ego tyrocinium iam Veteranus exercui. 1. 32.
Tyrocinium exercere. Ibid.
Belli notus, domi clarus. 1. 43.
Vir militiæ notus. 1. 74.
Vrget Ostiense prædium nostrum militaris impressio. 2. 52.
A militari notâ defendi. 2. 74.

Impetrare commeatum. Ibid. (2. 78.
Curulibus ſtabulis urbis æternæ quina mancipia largiri.
Vt poſt homines ſtrenuos viginti juvenis prædicto negocio congruentes jubeas comparari. Ibid.
Arma ab Samnitibus, inſignia à Tuſcis ſumſeramus. 3. 11.
Militiæ vacationem poſcere 3. 13.
Militiæ ſtipendijs cum honeſtate perfungi. 3. 67.
Paulus jam diu ærario ſacro militat. 4. 37.
Numerum alicuius ſtipendiorum examinare. Ibid.
In eum militiæ gradum labore veniſti. 4. 53.
Militiæ ſtipendijs affluere. 5. 35.
Obvia militum arma timere. 7. 38.
Hoſtienſe prædium noſtrum frequens pulſat impreſſio. 6. 72.
Verſari diu in caſtris. 7 38.
Quos caſtrenſis honor illuminat. 7. 96.
Nondum antè januas eminentium poteſtatum vigilem noctem ſalutator expertus es. 8. 41.
Nondum te militares contumeliæ perculerunt. Ibid.
In urbanis caſtris Aſellus militiæ ſtipendia ſine offenſione confecit 9. 57.
Ad palatina caſtra tranſire. 10. 58.
Hic cultus in meas leges orbem redegit. 10. 61.
More inſtitutoq; maiorum teſtimonium meruit caſtrenſis induſtriæ. 10. 63.
Teſtimonium cæteris quoq; poſt honeſtum curſum ſtipendiorum judicia detulerunt. Ibid.
Peractam ſine offenſione militiam prærogativa ſolennis exornet. Ibid.
Dudum fando acceperat P.R. caſorum funera Sarmatarum. 10. 68.
Eos, qui auſus impios in Romanum nomen extulerint, fortitudo militum capiat, arena urbis expendat. Ibid.
Vidimus catenatum agmen victæ gentis induci. Ibid.
Ex numero hoſtium alios ad ſecuritatem provinciarum penitus extinxit, alios ad lætitiam plebis Martiæ reſervavit. Ibid.
Sit vobis frequens uſus, ac facilis laurearum. Ibid.

Bene-

Beneficiorum. Benefaciendi. Beneficentiæ. Benemerendi. Benignitatis. Meritorum.

SVMMA *afficior gratiâ* 1. 3. (1.6.
Suarum rerum munifici moram non ferunt largiendi.
In absentes aliquid benè consulere. 1. 11.
Cura flectit benignitatem. 1. 23.
Si familiari meo fructus aliquis pro tantâ in nos sedulitate respondit. 1. 26.
Detrimentum meriti sui pati. 1. 25.
Stabit apud me memoria beneficij tui, nec unquam tacita erit. 1. 62.
Ex medicinâ facta est illi via meritorum. 1. 66.
Beneficij loco aliquid habere. 1. 67.
Quicquid muneris in præsentes contulisti. 1. 103.
Deferre alicui aliquid. Ibid.
Ita fiet, ut mihi quoq; acceptum referant. 2. 15.
Alicuius beneficia frequenter enumerare. 2. 22.
Spero probitati eius respondsuram beneficentiam tuam. 2. 41.
Voluntaria beneficia tuâ sponte tribuis. Ibid.
Bonum naturæ tuæ in meam gratiam transit. Ibid.
Gratiæ instar existimant. 2. 45.
Neq; vana spes est, validiora fore apud te merita præsentis.
Beneficium præstare & sumere. 2. 77. (Ibid.
Quæ studiosè fratribus pro magnitudine animi tui tribuis. Ibid.
Quo alio possum eum beneficio munerari? 2. 80.
Instar gratiæ aliquid habere. Ibid.
Vt beneficijs votiva reddat officia 2. 83.
Hoc tantùm subijcere contentus, me quoq; tibi eius nomine, si quid gratiæ cœperit, obligandum. 2. 84.
Quâ rectè cæteris benefactis tuis etiam hic titulus procedet in numerum. 2. 90.
Alicuius beneficijs obligari. 2. 91.
Necesse est, ad hæredes nexum debiti pervenire. Ibid.

Cuius ego devinctus officijs, filio opto persolvere, quod de parente contraxi. 2. 91.

Sola magnificentia tua potest me contractu gratiæ liberare, si posteritatem eius adiuverit, præcipuè in ijs rebus, quæ iustitiæ patrocinio fulciuntur. 2. 91.

Dare beneficium. 3. 25.

Sallustio amico meo multa sponte tribuisti. 3. 30.

Partem beneficij adipisci. Ibid.

Alicui effectum beneficij sui nunciare. 3. 55.

Scio apud amantem mei nec illius petitionem beneficio carituram, nec meum inefficacem futurum sermonem. 3. 76.

Alijs gaudent esse apud te locum meritis. 3. 85.

Ex quo fiet, ut plura in eum congeras studij tui munera, pro quo tibi non unus obnoxius est. 3. 89.

Nihil tuo beneficio derogabo. Ibid.

Mihi pro beneficio intelligis imputandum. 4. 2.

Cùm in debita tibi obsequia pergeret. 4. 3.

Quod illi solo judicio detulisses. Ibid.

Perlatori talium litterarum benignus arride. 5. 30.

Tribuere alicui favorem. Ibid.

Novos beneficiorum gradus invenis. 4. 5.

Quid Flaviano meo amplius velim, nescio, cùm tu sponte præcurrens, impudentes nos facias æstimari, si adhuc aliquid optamus. Ibid.

Reddideras inclinatum pristinum statum, & putabaris consumsisse præstanda. Ibid.

Flavianus filius meus fretus culminis tui beneficijs, levat curam parentis 4. 5.

Beneficij tui magnitudinem dictis æquare non possum. 4. 7.

Cùm æquare non possint vicem gratiæ. Ibid.

Illa te potius gaudia munerentur, quæ meritorum securitas parit. Ibid.

Nolo ex verbis cuiusquam speres tanti beneficij solutionem. Ibid.

Conscientiæ bonæ præmium satisfacere potest magna præstantibus. Ibid.

Do-

Domino nostro Honorio divinæ stirpis Augusto benefaciendi semper addis calorem. 4 12.

Consulatum meum liberalitate continuas, & in futuros etiam magistratus Imperialem provocas largitatem. Ibid.

Quæsumus recipiendo obsequio manum, atq; animum benignus admoveas. 4. 14.

Quâ in re his quoq; succensere non debeo, qui me exsortem prioris honorificentiæ esse voluerunt. 4. 15.

Sequetur paterna benefacta Augustus: ad quem sicuti successit Imperij V. C. patre pervenit, ita bonitatis imitatio. 4. 19.

Spargere bona animi in plures. 4. 35.

Si quid in eum benè consulueris. 4. 40.

Nisi illi aliquid beneficij propitiatus adjeceris. 4. 43.

Exercere in aliquem benignitatem. 4. 46.

Tui beneficij erit. 4. 60.

Vel do mo præbeas, vel de aliorum gregibus excerpas. Ibid.

Neq; potest ambigi, quid de optimo quoq; mereatur. 4. 67.

Opulento afficis me bono. 5. 2.

In summâ pono gratiæ. Ibid.

Duobus à te muneribus affectus. Ibid.

Remunerare beneficia. 5. 47.

Quum probaverit, sicuti opto, invictissimus Princeps, beneficia huiusmodi apud memorem se collocasse. 5. 49.

Exstruere novis erga amicum beneficijs veterem diligentiam. 5. 53.

Hoc mihi munus lubens attribue, ut merita, quæ suis apud te fundavit obsequijs, sentiat meo favore crevisse. Ibid.

Inepta est munificentia, quæ præstatur indignis. 5. 59.

Beneficij istius gratia perveniet, & ad Senatum, & ad Populum. 5. 65.

Apud me indies singulas meritorum vestrorum cultus augescit. 5. 71.

Amicitia nunquam certo fine contestata est. Ibid.

Hanc de te gratiam peto. 5. 82.

In gravi dono habiturus sum. 6. 3.

Vicem meam suscipe, ut animum meum se in te reperisse lætentur. 6. 21.

Quicquid illo honorificentiæ tribueris, ad omnes bonos, qui eum diligunt, perveniet. 6. 31.

A sublimi viro, & magnificentissimo libentiùs expectata præstantur. 7. 122

Exprobrare officia. 7. 44.

Diligentiam, quam domui sanctæ tuæ defero, intelligo nimiùm tibi esse compertam. 7. 68.

Tibi integrum est, adijcere beneficia, si quæ stilus petentis omisit. 7. 82.

Probè de optimis viris emeritus. 7. 85.

Quantum apud me meriti collocavit. 7. 86.

Alicui vicissitudinem ex amore persolvere. Ibid.

Meritum, quod apud nos honestis officijs collocavit, tua pro me cura compenset. 7. 87.

Te meritorum ratio summis proximum facit, famæ ergò & gratiæ decus benignitate conquire. 7. 94.

Quæso, ut tantùm ei posthac deferre digneris, quantùm tibi invicem convenit exhiberi. 7. 96.

Beneficij loco aliquid exprobare. 7. 99.

Qui mihi fida obsequia detulerunt. 7. 101.

A quo profectum est beneficium. 7. 104.

Ex gaudio conscientiæ mensuram facti sui colligit. Ibid.

Talia sunt, quæ præstat, ut vincant spem solutionis. Ibid.

Cui semper voluptas est, supra spem magna præstare. 7. 110.

Quicquid eorum poscit utilitas, favor tuus non gravetur impendere. 7. 116.

Quicquid claræ domûs usus exegerit. 7. 126.

Ipsius rei exitus officia testabitur. 7. 127.

Mihi quidem à te multiplex, atq; varium munus exhibitum est. 8. 2.

Tribuere collegæ, quod sibi quandoq; bonos cupiat exhibere. 8. 40.

Multum relaturus gratiæ. 9. 1.

Tu benignam mentem litteris meis applica. 9. 31.

Ne illud quidem beneficij minoris existimo. 9. 80.

Instar beneficij erit. 9. 97.

Officia tribuere. 9. 100.
Cumulare officia Ibid.
Petere beneficium. 9. 102.
Præstare beneficium. Ibid.
Multâ me gratiâ nexuisti. 9. 113.
Prioribus officijs tuis adhuc solvendo non sum Ibid.
Qui mentibus pijs novâ P.R beneficia defertis, etiam prisca servare. 10. 57.
Omnes officiorum partes ultrò arripit. 10. 73.

Benevolentiæ. Favoris. Gratiæ.

MALO esse promptus officij. 1. 1.
Pro se quisq; operam boni civis affectat. 1. 3.
Si huic fautor accesseris. 1. 17.
Scio judicio erga illum tuo nihil adijci posse. 1. 20.
Fautum velle alicui. 1. 27.
Esto, ut es, benignâ in me voluntate. 5. 37.
Superest tamen aliquid, quod huic in me studio adijci velim. Ibid.
Innocentiam supplicis secundo favore respicere. 1. 40.
In dies singulos justo cumulo tui crescit affectio. 1. 42.
Vti adiumento alicuius favoris. 1. 52.
Cui ego factum volo. 1 60.
Interventus meus libram tui favoris inclinat. 1. 96.
Illius apud me grande momentum est Ibid.
Quæso, ut ei virtute, quâ celsus es, factum velis. 1. 77.
Cui vel in meam gratiam præstandus est favor, vel ad tuam gloriam juris prærogativa servanda est. Ibid.
Alicui factum velle. 1. 66.
Beneficij loco habebo, si in eam sancti animi tui gliscat affectio. 1. 67.
Propensius aliquem fovere 1. 93.
Acquirere alicuius gratiam. 1. 7.
Cui si nihil conciliationis cætera vita honestamenta præstarent. Ibid.
Amoris tui sumemus indicium. Ibid.

Adju-

Adjuvare aliquem. Ibid.
Huic ad conciliationem gratiæ tuæ sufficit, quod & Romanus & amicus est 2. 9.
Promerere studium alicuius. 2. 10.
Vt novam causidico benevolentiam præstes. 2. 42.
Vt jam tributam benevolentiam augere digneris. Ibid.
Absentem aliquem favore respicere. 2. 45.
Si eum patrocinij tui splendor illuminet. 2. 63.
Præstare alicui affectionem 2. 70.
Hinc patrocinium tui cupio provenire. Ibid.
Vt meo suffragio diligatur. Ibid.
Conciliare sibi plebis favorem. 2. 76.
Quæres illi incrementũ patrocinij tui, ut spero, præstabit. Ib.
Probabiliorem quippe eum tibi faciet communis similitudo judicij. Ibid.
Scit sibi plus esse loci apud tuum animum, quàm posset meo sermone conquirere. 2. 84.
Est redundantis operæ. 2. 88.
Vt ei celeriter arrideat affectus. 3. 35.
Spem favoris tui hausisse illum. 3. 36.
Ne studium circa me tuum malè locatum putares. 3. 62.
Alicuius amorem contrahere 3. 34.
Mea gratia in animo redundabit. 4. 12.
Spero benignitatem largiorem. 4. 72.
Bonis familiare est, studia benigna cumulare. Ibid.
Vt homines meos solito honore favore tuearis. 5. 96.
Serva in eum deprompta benignitatis tenorem. 5. 6.
Debemus novitati eorum favorem plebis allicere. 6. 42.
Benevolentia tibi innata est. 7. 62.
Si portitori fructum patrocinij tui sermo iste quæsiverit. 7. 42.
Vt tua in eum affectio crescat. 7. 95.
In favorem me Dynami cohortaris, cuius tibi amore non cesserim. 7. 96.
Sentio, quid mihi affectionis invicem deferre digneris. 7. 100.
Præsumtum teneo, his favorem tuum minimè defuturum. 7. 101.

Vt favorem commendatus acquirat. 7. 103.
Sermonis mei hæc summa est. ut in patriam redux sibi perpetuum amorem vestrum reportet. 7. 102.
Huic si fautor accesseris. 7. 113.
Curam de te meam nolo ex epistolâ metiaris. 7. 129.
Innocenti fautor arrideas. 9 1.

Bibendi. Vini.

SITIVNT cochleæ aëris. 1. 33.
Illis de cœlo nihil liquitur. Ibid.
Postquam dolijs nova vina commisimus. 3. 23.
Vina calce & prælo subacta finxerunt. Ibid.
Plerique condita musta defacant. Ibid.
In potu fontium ideò maior est sitis, quia sapor dulcior. 8. 62.

Bonorum. *Vide* Divitiarum.

Brevitatis. Compendij.

QVOUSque longùm moror? 1. 7.
Mitto verba. Ibid.
Laconicæ studere brevitati. 1. 14.
Indulgere verbis. 1. 15.
Tecum succinctâ brevitate loquar. Ibid.
Cætera quæ noscere aves, compendifaciam. 1. 32.
Scripta compendij facere. 1. 46.
Ex fastidio nascitur cura compendij. 1. 50.
Meritò salutatione libatâ, frugi epistolam necessario stringo compendio. 1. 56.
Nunc in multiloquio temperandum est, cùm satisfactum esse videatur, & illius voluntati, & tuo honori, & meo muneri. 1. 75.
Operam verborum facere compendij. Ibid.
Quæ nunc insinuare non decuit: sed per alium scribere non pigebit. 1. 90.

Memi-

Memini brevitatem Spartanam laudi quondam fuisse. 1. 45.
Odi parsimoniam verborum honorum. Ibid.
Scribendi brevitas fastidio est proxima. Ibid.
Parcius de aliquâ re loqui. 1 55.
Sed de illo satis habeo dictum. 1. 65.
Sed de hoc satis habeo dictum. 1. 95.
Succinctâ enumeratione omnia complexus es. 2. 8.
Longùm loqui non est necesse. 2. 9.
Pro tempore pauca libavimus. 2. 11.
Ne longùm loquar. 2. 36.
Multis non opus est 2. 38.
Si defit causa longioris alloquij, seriem pagina stringe compendio 2. 69.
Arctare paginam limite parciore 3. 1.
Scribendi talione aliquem mordere. Ibid.
Captare compendium. 3 32.
Meritò parciùs loquor. 3. 82.
Longiùs procederem, nisi, &c. 4. 12.
Ero igitur verborum modicus, dum singulari tua verecundia obsequor. Ibid.
Parca sermonis est mea gratia. Ibid.
Non ibo longiùs. 4 18.
Plura in hunc modum dicere piget. 4. 30.
Longùm fiat, si pergam similia contexere. 4. 34.
In re apertâ piget esse prolixum. 4. 59.
Voluntas in nos tua ambitum non requirit. 4. 60.
Nihil de præsenti fortunâ loquor, quæ scribentem debuit temperare 4. 71.
Sed quid hæc pluribus ? Ibid.
Litteræ tuæ Spartanâ brevitate succinctæ sunt. 5. 37.
Cesso longiùs pergere. 5. 47.
Brevi erant transcursu. 5. 50.
Longiùs pergerem, si æquitas vellet multis precibus adjuvari. 5. 63.
Cuius breviter fastigia & capita contingam. 5. 66.
Meritò mihi de eo apud scientem facilis sermo, & brevis est. 5. 80.
Sed hæc longiùs exsequi non est necesse. 6. 1. Pro-

Pronis ac facilibus admoveri ambitum non oportet. 6 3.
Breviter & strictim, quid frater meus Fulvius de vobis favoris poscat, advertite. Ibid.
In hac expositione servo brevitatem. 6. 40.
Ire longius piget. 6. 54.
Pergerem longius, si adjicienda suppeterent. 6. 78.
Non ibo longius. 7. 16.
Consulto affecto brevitatem. 7 22.
Nec in multam seriem propagare litteras valui, quarum brevitas inculpabilis est, cum, &c. 7. 28.
Sed de hoc non longius ibo. 7. 35.
Et quid de hoc multa. Ibid.
Suo praditus merito, testimonium pro te meum, non ambitum postulavit. 7. 53.
De hoc parcius loqui. 7. 97.
Plura non dicam. 7. 107.
Parco copiæ, tuoque judicio. 7. 111.
Arbitror, longo ambitu litterarum apud te non esse utendum. 7. 16.
Officium pium brevi paginâ tanquam parvo ære persolvere. 7. 129.
Devotio non requirit excursum. Ibid.
De his non ibo longius. 7. 9.
Prolixus esse non debeo enarrator injuriæ. 7 49.
Verbis pluribus elaborare non debeo. 7. 101.
De hoc largius loqui non oportet. 8. 11.
Quid hoc longius traho, quum brevitatem verecundia tua postulet. 8. 23.
Convenit brevitas huic paginæ, quia relatu digna præcepsi. 8. 24.
Paucis ista perstrinxerim. 8 27.
Tu quoque verba succingis. 8. 48.
Tanquam levis armatura milites Rorarius æmularis. Ibid.
Hoc strictim dixisse sufficiat. 8. 67.
Possem longius loqui, sed non vult veritas verbis juvari. 9. 7.
Hæc produci longius non oportet. 9. 25.

Post hac

Post hac cave parcius loqui, ne me quoq; in arctum revocet voluntaria tua frugalitas. 9. 45.
Prolixior gratijs agendis sermo etiam nunc competeret, ni vererer, ne &c. 9. 114.
Presso dente aliquid perstringo. 10. 1
De quâ planè & indulgentius loquerer, nisi &c. Ibid.
Pauca cogo sermone. 10. 6.
Possem plura connectere, sed parco esse prolixior- 10. 14.
Cessare æquum est longæ orationis excursum 10. 58.
Prolixius in talibus rebus esse non debeo. 10. 66.

C.

Calamitatis. *Vide plura* Ægritudinis.

GRAVIBVS civitas nostra sollicitatur ostentis. 6. 40.
Nondum te militares contumeliæ perculerunt: nondum catervas mulierum scissâ veste fugisti. 8. 41.
Quid amaritudinis incidissem. 7. 38.
Gravior Apulos casus incessit. 9. 29.

Calumniandi. Convicij. Contumeliæ.

VINDICARE *contumeliam. 2. 30.*
Si falsis syngraphis excitata calumnia consederit. 5. 63.
Criminosis verborum interpretationibus implicantur. Ibid.
Patienter admitte, neq; Præfecturam, neq; amantissimum tui virum tali contumeliâ debuisse perstringi. 7. 96.
Contumelia talione correctus est. 9. 31.
Calumnia inanis objecta est. 10. 62.

Canendi. Musicæ.

SIBI & *Musis cantum ciebat. 9. 115.*

Ægri

Ægri animi curas fidibus resolvere. 3. 74.
Musicæ facundiæ inopiam confitemur. Ibid.

Carceris. Vinculorum.

QVOS ob discessum litigatoris custodia carceris jusserat attineri. 10. 43.
Reos custodia militaris dissimulatâ dignitate circumdedit. 10. 70.

Caritatis. *Vide* Annonæ.

Carminum. Poëseos. Poëtarum. Versuum.

PICTVRÆ licentiam in rationem coëgi. 1. 1.
Liceat inter olores canoros, anserem strepere. Ibid.
ἐμμετρα verba libavi. Ibid.
Laboratam soloci filo accipe cantilenam. Ibid.
Actutùm poëtica plectra movere. Ibid.
Pictura nitorem pulchrioribus versibus illuminare. 1. 2.
Quæ epigrammata compegi, misi. Ibid.
Quæ in nostrates viros nunc nuper condis epigrammata. 1. 4.
Epigrammata bono metallo cudere. Ibid.
In poëtas nomen dare. 1. 8.
Consecrare aliquid divinis versibus. 1. 14.
Ego tuum carmen libris Maronis adjungo. Ibid.
Quæ pigmentis illius carminis supra naturæ dona fucasti. Ibid.
Semel à te carmen profectum est. 1. 31.
Nomini alicuius carmen adjudicare. Ibid.
Pangere eclogas. 3. 11.
Dum epigrammata componis. 3. 13.

Noſtrum eſt inflare calamos paſtorales: tuum ſacris tibijs carmen incinere. 7. 60.

Bibliotheca noſtra carminum tuorum divitias intuliſti. 8. 22.

Quem Poëticâ lauru Camenalis familia coronavit. 1 53.

Cavendi. Cautionis.

MAGNÆ partis hominum ab hoc morbo nulla cautio eſt. 1. 37.

Simul cautio, ne te ſermo multus offendat. 1. 45.

Sed longùm de his loqui. cautio eſt. 1. 50.

Circumſcriptus improvidâ cautione. 9. 11.

Cedendi. Concedendi.

INSIDIATORI meo nihil loci relictum. 1. 27.

Tibi ſine cunctatione cedimus. 3. 29.

Meritò laudibus eius noſtrum cedit ingenium. 3. 91.

Decedere conductione. 4. 68.

Conductio contemptu hominis, & interventu quorundam frequenter eluſa eſt. Ibid.

Celandi.

EAM rem ſuperſedit mihi ingerere. 1. 16.

Quem præteritæ ſollicitudinis participem habere vitavi. 1. 85.

Hoc ſolùm etiam nunc noticiæ veſtræ oſtentationis pudore ſubtraxeram. 6. 6.

Legendo noſcetis, quæ verborum meorum verecundia noluit explicare. 6. 22.

Cuius corporales querelas præſtat ſilere, ne &c. 6. 41.

Cen-

Censendi. *Vide* Æstimandi.
Censûs. *Vide* Tributi.

Certiorem-faciendi. Enumerandi. Indicandi. Enarrandi. Narrandi. Nunciandi.

CLAM te esse non debuit. l. 15.
Facite vicissim vestra salutis atq; actuum prospera noverimus. l. 10.
Hactenus est, quod scire debueras. l. 12
Deinceps tantum adjiciemus cognitione tua, quantum. &c. Ibid.
Habe igitur,, quantum, &c. Ibid.
Prospera nunciorum clam me esse non pateris. l. 16.
Epistolæ assertio nihil relinquit opinionis ambiguo. Ibid.
Clam te esse non patior. Ibid.
Te tabellarij sermonis mei compotem reddiderunt. Ibid.
Quis tibi honoris nostri fecit indicium. l. 38.
Tibi germanus meus verbis suis uberius satisfacturus videtur. l. 46.
Edictum Principum, nisi jam notum est, idem tibi assertor expediet. l. 46.
Fungi indicium. Ibid.
Indulgentius alicui aliquid narrare. Ibid.
Inducias alicui dare muneris. l. 47.
Vt dudum tibi fama fecit indicium. l. 54.
Adventus vestri mihi feciſtis indicium. l. 62.
Scire postulas, quid de lacessentibus sentiamus. l. 65.
Nobis ad testimonium religionis satis est, non siluisse sententiam cæterorum. l. 89.
Fac, in mentem veniat, quis ille dies illuxerit, quo quasi ex mediâ acie profectus auribus & animis omnium salutarem nuncium primus infudi. l. 95.

Affectare indicium victoriæ. 1. 95.
Habes summam voluntatis meæ. Ibid.
Mihi vir honestus Antonius fecit indicium. 2. 4.
Nunciare alicui fidem impleti offi ij. 2. 12.
Sanitatis vestræ, & felicitatis indicio nihil antiquius æstimamus. 2. 26.
Nequaquam morabor index esse meliorum. 2. 37.
Sed religio monuit, ut diei quoq; certior reddereris. 2. 50.
Optatum de eâre indicium non morabor. 2. 55.
Patricij sermo fecit indicium. 2. 90.
Nuncium recitus mei exhibere non differo. 3. 8.
Nullum mihi indicium communis gaudij præstitisti. 3. 17.
Tùm demum tibi judicij publici facturus indicium 3. 18.
Littera tuæ nobis gratum admodùm salutis tuæ indicium præstiterunt. 3. 27.
Vnum hoc à nobis indubitatâ veritate cognosce. 3. 31.
Tali indicio nuper me hilarasti. 3. 40.
Fama lætis nuncijs rigat aures & mentes bonorum. 3. 45.
Postquam purgationis tuæ fama vexit indicium. Ibid.
Ægritudinis, quâ laboras, dudum nuncius pertulisset. 3 56.
Quod cùm à te posset fama perferre, dignius visum est, me indice nunciari. 3. 63.
Postquam mihi indicium de fratris honore feciſti. 3. 81.
Me quoq; familiariter indicem gestarei esse jussisti. 4. 4.
Summatim, quæ decreta sunt, non tacebo. Ibid.
Quæso, ut super hâc quoq; parte expectationem meam litteris digneris instruere. 4. 9.
De me, si quid pro amicitiâ postulas edoceri, erit quæsitorum index, qui rerum mearum arbiter fuit. 4. 24.
Postquam te Mediolanum venisse asseveratio commeantium palam fecit. 4. 36.
Vltrò in certamen scriptorum familiarium solus duos advoco. 4. 50.
Si fidem paupertatis eius exploratio, ratam fecerit. 4. 61.
Epistola tua series indicavit, quod tristium rerum index esse vita veris. 4. 74.
Tali indicio nuper me hilarasti. 5. 1.

Cuius

Cuius rei indicium singulari generositati tuæ credidi deferendum, ut cognitionem tuæ sospitatis mihi mutuus rependat affectus. 5. 8.

Quæso, ut indicio per scriptionis expectationem meam non graveris instruere. 5. 26

Malui te de laboris nostri absolutione facere securum. 5. 28.

Facito me certum sententia tua. 5. 43.

Simul quid rerum geras, pande cupienti. Ibid.

Eadem viro illustri morum eius securus palam facere curassem. 5. 54. (psimus. Ibid.

Erit optio amplitudinis tuæ, in aures eius perferre, quæ scri-

Vtilitati tuæ non commonitus affuissem, vir spectabilis non tacebit. 5. 57.

Ne hæream diu expectationis incertus, confirmari scriptis recentioribus volo. 5. 79.

Erit muneris tui, ut ocio meo securitatem sanitatis adjiciat. 5. 90.

Attentatam denuò valetudinem tuam meorum cura suggessit. Ibid.

Subditâ enumeratione aliquid signare. 6. 2.

Irrita ad aliquem & dissimulata perferre. 6. 7.

Missi litteras, quibus amici de tutoris fraudibus instruantur. 6. 6.

Ego denuò nunciabo, si quid super hoc novæ cognitionis accesserit. 6 10

Docere aliquem aliquid. 6. 11.

Quibus ille meorum scriptorum fecit indicium 6. 12.

De ordinando reditu facite noverim, quid consilij ceperitis. 6 16.

Quæso, ut inter feriarum moras, quid facto opus sit, digneris aperire. 6. 29.

Hoc etsi adhuc mihi incertum videtur, tacendum tamen non credidi. 6. 30.

Quæso, cura habeas indicare hoc. 6 37.

Erit hoc testimonium religiosi in me animi. 6. 32.

Si in noscentiam meam placitura pertuleris. 6. 37.

Si quid auditu dignum fideq; subnixum recentior sermo pervexerit, neq; nunciandi, neq; suadendi partibus abstinebo. 6. 35.

Vnum hoc anterei necessitatem de meo sume consilio. Ibid.

Paucis habitum propriæ voluntatis exposui. 6. 38.

Eruditre ipsos debemus. 6. 42.

De filiæ meæ valetudine amara cognitu nunciastis. 6. 55.

Peto edoceri, quid &c. Ibid.

Rerum præsentium nullum vobis indicium facere decreveram, ne in aures vestras redirent. Ibid.

Postquam mihi indicium feciſtis. 6. 56.

Scribenda non desunt, sed horret animus loqui dura memoratu. 6. 65.

Fama in maius, ut fieri amat, præsentia nunciabit. Id ne accidat, breviario addito noscenda discrevimus. Ibid.

Indicio erunt litteræ. 6 66.

Salutis vestræ latam fidem de adventantium sermone capiebam. 6. 70.

Avet animus edoceri. 6. 76.

Vestrum est, procul positos ditare comperti. 6. 78.

Spera, frequentibus, scriptis in notitiam tuam similiter ventura, qua gaudeas. 7. 10.

Quem mox affore nunciorum confirmat assertio. 7. 14.

Spero etiam legationem brevi in notitiam divini Principis perferendam. 7 13.

Indicium autem respirantis vigoris tuarum litterarum jucunditas prætulit. 7. 16.

Datum mox negocium est Theophilo, ut & ad te in Tyburem agrum reditûs mei nuncius pergeret, & salutationis verba deferret. 7. 18.

Ipse index fuisti. Ibid.

Indicia tua prosperitatis littera tua adportant. 7. 71.

Filium nostrum redditum sanitati adjuncta docuerunt. 7. 78.

Puto vobis ad cognitionem sufficere. 7. 80.

Si ad vicarium tuum disceptatio transferatur. 7. 81.

Capita rerum subjecto indiculo strictim notavi. 7. 82.

Lon-

Longùm fiat, si velim litteris præstanda percurrere. 7. 82.
Indicio prosperorum meorum partes amantis implevi. 7. 92.
Tu mihi adhuc sanitatis tuæ gaudia debes. Ibid.
Vt soli dâ fide in notitiam meam veniant, Deorum favor præstabit. Ibid.
Si quid in notitiam tuam æmulus sermo pervexit. 7. 100.
Quæso mecum participes. Ibid.
Habitum mentis meæ apud eum plenius exsequaris. 7. 105.
Si quid aliud tuis auribus amicorum meorum sermo suggesserit. Ibid.
Sæpè evenit, ut homines tui nec profectionis suæ mihi indicium faciant. 8. 11.
Spero de te cognitu lætiora, & aures jam felicibus nuncijs paro. 8. 31.
Tuorum actuum Eusebius narrator fuit. 8. 68.
Dabit tibi judicij mei non mediocre documentum. 9. 4.
Vt me securum de apparatu Prætoriæ functionis facere digneris exhoror. 9. 15.
Si promissum maior causa mutabit: id ipsum notitiæ meæ protinus pande, & scire me facito. 9. 29.
In avitis penatibus ociari constantior fides attulit. 9. 23.
De actibus tuis certum me facere dignata es. 9. 109.
Vbi te scientem doloris mei fecerit. 9. 116.
Accuso litteras tuas, quas male-credulus desiderio in te meo futuras medicinam putavi. 9. 89.
Lætari animum putas dulci nuncio. 9. 62.
Quæ in meam notitiam pertulisti. 9. 133.
Id falsò in aures publicas præsumo perlatum. 10. 4.
Silere apud te nequeo. 10. 9.
Vbi comperit meo præfatu. 10. 29.
Omnia necesse est rursus ad serenitatis vestræ notitiam pervenire. 10. 44.
Cupio edoceri, quid facto usus sit de æstimatione sumptuum. 10. 45.

Clementiæ. Humanitatis. Mansuetudinis.

HVMANITATEM nostri ordinis Editoribus dignanter impertias. 5. 65.

Clementiam maximi Principis sentiant vota & facta cunctorum. 9. 1.

Partes ingenitæ tibi æquitatis promptiùs arripias. 9. 122.

Per notarium mihi fecit indicium. 10. 45.

Facilis in aliam partem esse non potui. 10. 59.

Harum rerum æternitati vestræ fidum exhibebit indicium trimestris instructio. 10. 67.

Quod ne in aliquo clementiam vestram lateat, eadem, quæ obtulerunt, Actibus inserta transmisi. 10. 76.

Id clementiæ nostræ sedit arbitrio. 10. 77.

Excellentiæ vestræ suggerere properavi. 10. 78.

Clientelæ. Patrocinij. Tutelæ. Defendendi.

CÆSARE AM tutatus est. 1. 64.

Nequaquam patior huic per impressionem fratris sui liberis tutelæ munus imponi. 1. 77.

Hoc testimonio adversum omnes vel fortuitas querelas, vel affectatas insidias protegêris. 2. 27.

Aliquem in curam recipere. 3. 31.

Tutelam alicuius oblivione destituere. Ibid.

Quare te rursus ad amici defensionem exhortor. 3. 33.

Te oro, ne quid in tales amicos fascino liceat. 3. 86.

Cuius considerationem, ut habeas, commonere non audeo, cùm tua æquitas tantum pro eo possit efficere, quantum favor meus optare. 3. 72.

Petitio Domini ac fratris Stemmatij monitorem magis apud te; quàm precatorem requirit. Nam cùm tanta sit tibi

eius

eius antiquitas, ut votum nostrum amore præcurras. 3. 73.
Gaudentius amicus meus in gremium patrocinij tui confugit, vir omnibus rebus amari dignus. 4. 38.
Qui sororis fortunas tuetur. 4. 48.
Quem tuendum summatis viri cura suscepit. 5. 50.
Quisquis famam amici negligit. 5. 54.
Si validius justa nostra defenderit. 6. 66.
Tuendum illum recepi. 7. 88.
Tutari opto per vos earum sollicitudinem. 7. 126.
Illustris memoriæ viri Rufini ex præfecto urbi filias paternâ affectione defendo. Ibid.
Si gravi pondere victam salutaris defensor erexeris. Ibid.
Vt tuo auxilio tutata possessio, & ipsa à molestijs vindicetur; & nobis aliquid commoditatis exhibeat. 9. 11.
Quos judiciaria tuitio defendit. 9. 24.
Petitio Felici, si nondum tibi cognitus est, præstet clientelæ aditum: si jam notus, augmentum. 9. 56.
Admissus in clientelam tuam, & meum patrocinium, sibi profuisse, & tuum accessisse latetur. 9. 57.
Suscipere partes defensionis 10. 7.
His dejectum curatoris patrocinium cœpit exigere. 10. 39.
Vt se à quorundam criminatione purgaret. 10. 45.
Noster labor pro clementiâ vestrâ ducit excubias. 10. 61.
Patriæ jura & fata defendimus. Ibid.
Senatorum jura tutari. 10. 69.

Cogitandi. Deliberandi. Considerandi. Perpendendi.

HÆC pensius tecum æstimabis. 1. 34.
Ponere cogitationes ocij sui felicis. 1. 18.
Non minùs ingenium tuum, quàm meritum meum cogitans. 1. 88.

Priusquam reverentiam sublimis sacerdotij, aut longæ ætatis usum, vel conditionem temporis præsentis expenderent. 2. 36.

Allicis cogitationes nostras religione. 2. 86.

Non meditabor tua verba. 20.

Cùm vestrum amorem cogito 3. 21.

Ipse quid statuas, altiùs cogita, & sapienter expende. 6. 10.

Itineris ulterioris ambiguus deliberationem sequestro. 6. 76.

Longa me deliberatio habuit, an &c. 7. 22.

Cùm molestias urbanas retracto, abesse delectat: cum vos cogitatione contemplor, tædet absentiæ meæ. 7. 70.

Humanæ fortunæ vices cogitans. 8. 40.

Rerum omnium consideratio apud sapientiam tuam viget. 10 14.

Quæ patribus deliberanda serenitas vestra legavit. 10. 28.

Presbyterorum legatio causam nobis non supervacuæ deliberationis injecit. 10. 75.

Cognitionis. Cognoscendi. Intelligendi. Experientiæ. Notitiæ. Nosse. Scire. Sciendi.

INFANTIÆ & impudentiæ meæ Patrem conscium non impudenter elegi. 1. 1 .

Certiores natura habet vindicias benè sentiendi. 1. 15.

Mihi placibilitas tua experiundo probè cognita est. 1. 19.

Si sum tibi spectatus ex animo. 1. 21.

Comperi ex tuis litteris. 1. 42.

Es studij mei gnarus. 1. 28.

Habeo compertum. 1. 43.

Accipe rerum capita & summas negociorum. 1. 46.

Certis indicibus secunda cognovimus. 1. 49.

Spectata mihi est in eo quies animi, officij diligentia. 1. 73.

Pru-

Præsumptum aut compertum tenes. 1. 79.
Quod te curaturum liquidò habeo compertum. 1. 88.
Non minore sanè curâ cupio cognoscere, an omnes obsignatas sumseris eo annulo &c. 2. 12.
Non latet. 2. 13.
Amplitudo tua, quæ de me cognitu digna crediderit, accipiet. 2. 21.
Qui sanctum penetral animi tui nesciunt. 2. 34.
Quod tibi & antè compertum est. 2. 50.
Valetudinem tuam tenemus. 2. 86.
Ita fiet, ut tibi cognitio gestorum plena proveniat. 3. 4.
Certo cognovit indicio. 3. 35.
Qui animum meum spectatum habes. 3. 43.
Apud me liquet. Ibid.
Hoc ego liquere apud te satis habeo compertum. 3. 46.
Sat est, quod accepisti voti mei indicia. 3. 66.
In aperto est. 3. 91.
Veniet in manus tuas, quid pronunciaverim. 4. 4.
Reperies, & facti huius me adseruisse justitiam. Ibid.
Quid de Asforum dolore amplissimus ordo censuerit, plenè atq; apertè Gestorum curialium inspectione cognosces. 4. 4.
Vt fando comperi. 4. 20.
Vt fando didici. 4. 29.
Postquam cognoverit suorum relatu. 5. 64.
Vt vobis possit liquere. 5. 70.
Credo sanctæ unanimitati vestræ incomperta non esse 6 7.
Quæ ad urbem pertinent, indiculi coherentis lectione noscetis. 6. 48.
Adverti ex quorundam colloquio. 6. 49.
De quâ, si voto apta comperero. 6. 65.
Illa nobis per nuncios incognita non fuerunt. 6 69.
Vt didici. 6. 76.
Cuius qualitas virtutibus tuis precum lectione pandetur. 7. 49.
Seriem desiderij fides supplicationis exponit. Ibid.

Vt

Vt fando comperi. 7. 16.
Ex ipso latiùs audies. 7. 46.
Intelligo diligentiam, quam sanctæ domui tuæ defero, nimiùm tibi esse compertam. 7. 68.
Puto jam liquere tibi. 7. 86.
Præsumtum teneo. 7. 101.
Certum habeo. 7. 118.
Adde, si placet, quod antè tenues. 7. 122.
Proximè indicium salutis meæ pratuli nec dum quod invicem de prosperis tuis legerem, reddidisti. 7.35.

Non piget ante solutionem religiosum fœnus iterare. Ibidem.

Salutationis honorificentiam prælocutus exsequor postulatum. 7.34.

Auspiciis literarum lenire amicorum desideria debuisti. 7.40.

Speranti recursum tuum, litteraria levamenta tribuisti. 7.41.

Illicò amicam studio meo amplexus communionem scripta non distuli. 7.43.

Familiarissimus meus ordiendo itineri paratus fecit ad scribendum sui copiam. 7.43.

Mihi sermonis tui gratia eveniat. 7.43.

Illicò amicam studio meo amplexus communem, scripta non distuli: quæ & inter nos gerent commercium religionis, & commeanti primum apud te notitiæ limen aperirent. 7.43.

Remuneror mihi dictam à te salutem, quamvis diebus proximis ultrò amicitiam stili opere frequentaverim. 7.44.

Est tua optio, an in me velis sæpe litterarum esse munificus. 7.44.

Si quando nobis fructus iste defuerit, eadem mihi gaudia tecum loquendi sermo noster præstabit. Ibid.

Ex ipso latius audies, quicquid epistolæ brevitas recusset absolvere. 7.46.

Et tibi litteras salutationem ferentes, quas sensibus tuis voluptati esse testabitur officii æmulatio. 7.47.

Abrumpenda iustè cessatio est, & in affectus mutuos cura tendenda. Ibid.

Nec abstinere litteris possum, proficiscente avos domino & filio meo Flaviano. Ibid.

Interea

Interea quaso, ut in epistolis frequentandis morem tuum teneas.7.50.

Sepè nos, ut condecet, litteris muneraris.7.55.

Pro quâ tibi vicem sermonis referre non distuli.7.55.

Ad scribendum diligens esse perseverа. Ibid.

Nos litterarum solatia suggeremus, quibus aut animum mulceas occupatus, aut vicem referas ociosus. Ibid.

Mihi vicissitudinem sermonis exsolvas.6.57.

Orationum mearum te, ut amantem mei, opto esse lectorem.7.58.

Iulius sacras mihi litteras exhibuit.7.59.

Paginam tuam desideratam nobis simul idem tradidit. Ibid.

Principe loco tibi salvo salutationis reverentiam. Ibid.

Onerant verecundiam meam, quòd prior scripseras, continuò altera epistola tua gravida fronti duplex fœnus imposuit.7.60.

Formido, quod cupio, ne mihi ante solutionem duorum contractuum tertius à te sermo tribuatur. Ibid.

Fac deinceps, qui vales scribendi copiâ, ut tantum mihi afferat facultatis exemplum tuum, quantum ingenium meum non dedit.7.60.

Post hanc professionem meam laudata facundia donum frequenta.7.60.

Provocare scriptis epistolarum Regiarum Magistratum. Ibid.

Hanc nostram privata vita vacationem magis opportunam frequentandis literis putas.7.60.

Habet hanc impatientiam, qua in te pollet oris ubertas, ut intervallum vicissitudini neget, & officia nondum compensata praveniat.7.60.

Denunciaveram, quòd rarior in scribendo essem futurus. 7.61.

An prior in me jaculatus es oris tui munera? Quibus ego veluti herbam porrigens, cum venia petitione respondeo.7.61.

Salutationis honore profato familiarem precationem tui animi adnecto.7.66.

Fasti-

Fastidium non creat litterarij usus officij 7.67.

Celebro honorem tuum salute dicendâ, nec interim posco rescriptum, quia fœnus styli mei fabularum munere ex proximo repensabimus. Ibid.

Scribendis epistolis abstinere. 7.67.

Filia mea valetudinem stylo indicas in spem redire meliorem, 7.68.

Tradiderunt memoriæ, qui res priscas locuti sunt. 7.69.

Litteras ad te dedi, ut secutus exemplum, tuas mihi epistolas præstes. 7.70.

Hinc honorificentiam vobis debitæ salutationis exhibeo. 7.72.

Æquum est, ut mea cura de vobis relatu vicissitudinis mitigetur. Ibid.

Ideò pauca dictavi, mox in scribendo futurus uberior, si me sanitas respexerit. 7.73.

Si me vestra littera invicem provocaverint. 7.73.

Vt scripto superiore signavimus. 7.73.

Scio & desiderari & expectari à vobis litteras meas, quiæ moris est, ut munus hujusmodi à proficiscentibus inchoet. 7.75.

Auspicium vobis servandæ inter nos salutationis emitto, nequaquam dubitans, tanquam signo dato adrespondendum vos desides non futuros. Ibid.

Nunc paulatim dolore cedente, officium salutationis differre non potui. 7.77.

Vestri erit muneris referre mutuam vicem. Ibid.

Postquam paginam, quæ vobis salutationem ferret, emisi, tempore affuit, q mihi vestras litteras exhiberet. 7.78.

Meæ valetudinis statum superioribus scriptis indicavi. 7.78.

De reditu filij nostri Fausti pranuncias paulò antè litteras nisi. 7.39.

Munus salutationis iterare ipso proficiscente non piguit. Ibid.

Sermone vobis redditos sanitati communes liberos indicavimus, 7.79.

Superioribus diebus litteras frequentavi. 7.80.

Litteris præstanda percurrere. 7.82.

Longum fiat, si velim litteris præstanda percurrere 7.82.

Pro valetudine familiaris mei instaurosermonem. 7.83.

Superest ut mihi sermonis tui vicissitudo respondeat. 7.84.

Primam mihi scribendi causam religio fecit, ut amicitia nostra litteris excolatur. 7.84.

Integratum Flaviani filii mei honorem styli gratulatione prosequeris 7.93.

Iamdudum desideratas litteras tuas nunc immodicâ animi gratulatione suscepi. 7.98.

Debitâ reverentiâ & amore respondens adjicio, ut in reliquum frequentare digneris munus voluptabile, quod sponte tribuisti. Ibid.

Alicui sospitatis suæ litteras non negare 7.101.

Datis ad potissimos Hispanniarum litteris. 7.105.

Vestras litteras super hoc expectare non debui. 7.110.

Differre litteras per verecundiam. Ibid.

In posterum curam capessas integrandi istius muneris. 7.117.

Ero tum promtior exhibendis litteris, qui ne tum tempero, cùm gratiam mutuam non reporto. 7.117.

Exortem te sermonis mei esse non patior, neque à scribendi perseverantiâ silentij tui imitationem deducar. 7.117.

Certum habeo, nihil apud animum tuum amicorum litteris esse jucundius: & ideò promtissimè frequento colloquia, quæ scio apud eximium virum magni esse momenti. 7.118.

Superest ut ipse, quàm benigne litteras meas sumis, tam libenter indicia propriæ sospitatis emittas. 7.118.

Cordi est frequenter alloqui vos. 7.119.

Salutem votis opto, litteris dico. 7.119.

Dispendium meum frequentior stylus sarciat. 7.122.

Iuncta

Iuncta scripta compensare. Ibid.

Tibi præscribo styli terminos. 7.129.

Erunt mihi quæ de te scripseris, nimis magna, si lata sint. Ibid.

Pauca salutantium verba sunt, sed vota prolixa. 7.129.

Officium pium brevi paginâ tanquam parvo ære persolvere. 7.129.

Honorem mihi fieri obsequio litterarum exopto. 7.130.

Huic exspectationi satisfacias volo. 7.130.

Nelonga colloquii intercapedo, quamvis cogar timere neglectum, quasi constanter munia familiaritatis exerceas. 7.131.

Hinc factum est, ut epistolam latus teras. 8.5.

Primas litteras sponte tribuisti, secundas mea cura debet elicere. 8.4.

Sume salutationem quam vicissitudine muneris, polliceor itidem cum responsis tuis paria me facturum. Ibid.

Indebitis fungor alloquiis. 8.7.

Adventante Euscio speravi litteras tuas. 8.7.

Nihil hactenus nobis alloquii detulisti. 8.8.

Gratas tibi fuisse litteras meas sermonis assiduitate testare. 8.8.

Scriptionis auspicio fiduciam tuam provoco 8.9.

Expectasse te arbitror litteras meas, vt in mutua officia provocatus erumperes. 8.10.

Sume igitur sermonem, cuius sequeris exemplum. Ibid.

Ero post hac inscribendo diligentior, si cœptis nostris vicissitudo, respondeat. Ibid.

Si tibi inscribendo rarior videar, nihil amori existimes deceptum. 8.11.

Et in deferendis & in rependendis litteris desidem me arbitror non videri. 8.12.

Etsi memini ad te diebus proximis officia nostra manasse, curavi tamen etiam debito fœnore sermonis absolvi. Ibid.

Ex de-

Ex debito venit sermo, qui redditur ex beneficio, qui spontè tribuitur 8. 15.

Stylus tuus mea scripta prævertit. Ibid.

Vice salutationis repensâ, operam tuam curamque deposco, in his, &c, Ibid.

Ipsum te malo, quàm delinimenta verborum. 8. 19.

Tu contra epistolis absentiæ moras redimis. Ibid.

Quid vel animi voluptate jucundius, vel ad officium amicitiæ accommodatius præstari potest, quàm ut te mei amantem usu crebri sermonis experiar? 8. 20.

Pacatâ navigatione, desideratas mihi litteras tuas frequens invehit commeatus. 8. 20.

Ergò dum anni tempus invitat, dum pervium mare est; pabula quædam & nutrimenta mutuæ affectionis veluti in hyemem congerantur. 8. 20.

Cùm hæc scriberem, salus mihi ex sententiâ suppetebat. Ibid.

Tu verò animum lectione exerces. 8. 4.

Quia multo itinere discernimur, verbis pagina fungetur, 8. 21.

Nec desideraveris æqua styli mei munera. 8. 22.

Litteris vincimur. Ibid.

Meritò rescriberem, si solam epistolam detulisses. Ibid.

Si quid stilo adjeceris, cum mediocre judice, sed non ingrato lectore participa 8. 22.

Videor plenè hoc anteloquio scribendi complexus, de tuâ sanitate votum, de meâ gaudium. 8. 23.

Epistolas breves esse non pateris. Quæ igitur ὑπόθεσις *erit paginæ longioris?* Ibid.

Duos meatus replere uno fonte difficile est: uni alveo abundè influunt duplicata principia. 8. 24.

Ergò & litteras, quas ad ejus reverentiam misi, ut omnium particeps in acceptum referre potuisti. 8. 24.

Prætereà cavi, ne respondente uno imputaretur mihi vicissim munus duorum. Ibid.

Convenit huic paginæ brevitas, quia relatu digna percer-

psi.

psi. Quare sermonem istum tanquam amoris in te nostri tenebis testem. Ibid

Te in rescribendo decet esse prolixum. Ibid.

Credo arbitreris circumsessum me Campaniæ amœnitatibus, scribendi ad te hactenus negligentem fuisse. 8.25.

Nec possum facilè ad hæc amicitiæ munia retorquere. 8. 25.

Dedi ad parentem tuum litteras, quibus contentus esse potuisti: satisfaciet idem cultus ambobus 8.26.

Metui imitationem, ne mihi alter è vobis duorum vice & ore rescriberet. Ibid.

Ipse copiam redde brevitati; quia familiares paginas eos oportet extendere, quibus necesse non est geminare. 8. 26.

Promptâ & avidâ manu litteras tuas, cùm mihi offerrentur, invasi, Ibid.

Cùm percurrerem lectione enumerationem dispendiorum tuorum. Ibid.

Paucis ita perstrinxeram, cùm tibi pro eruditione plura succurrunt. 8.27.

Nunc ad illa respondeo, quæ me scire voluisti. Ibid.

Fecerit religiosa causa, ne prior scriberes: non eris tàm irreverens ut provocatus non scribas. 8.28.

Viro excellentissimo scriptorum gratiam pro Flaviani fratris mei honore retulerim. 8.29.

Auspicium mihi scribendi prior, ut mos est, facere debuisti. 8.31.

Accipe libens dictam salutem. Ibid.

Sumere litteras alicujus. 8.31.

Quia nobis vel oblivio, vel occupationis religionis tuæ desideratum munus invidit, ego usurpo principium. 8.32.

Æstimaturus in reliquum de raritate vel copiâ tuorum apicum, utrum voluntate litteris ordiendis, an magis necessitate defueris. Ibid.

Fiêt ex optimo nuncio mora compensatio. 8.33.

Scio me in scribendo tardum fuisse. 8 33.

Consulto stylum distuli, quò tibi de me lata cupienti voto similis pagina traderetur. Ibid.

Dicere legem amicorum litteris. Ibid.

Scribere ad te voluissem ante, sed commeantibus multis fidam occasionem debet excerpere electio 8.34.

Curare dignaberis, ut ad me quoque responsa tua idoneis commissa perveniant. 8.34.

Styli honorificentiam quaro certus fidei tuæ. 8.35.

Quod serò ad te scribo, amicitiæ tenacis indicium est. 8.35.

Vereor ne ista sententia tibi suadeat negligentiam scriptionis, & hac amicitiæ munia judicii mei securus omittas. 8.35.

Ad indicium mei circa te amoris hæc scribimus, ut ipse ad respondendum provoceris exemplo. 8.36.

Cùm ego partes religionis impleverim, expecto ut ipse etiam vicissitudinis solutione fungaris. Ibid.

Animi illâ jucunditate quam coram te sermone tuo hucusq; capiebam voluptatem compenso. 8. 37.

Tantam mihi delata amicitiæ tuæ scriptio gratiam tribuit, quanto amplius relata præstabit. Ibid.

Mea quoque valetudinis esto securus & ad vicem talium nunciorum curam de te meam similibus responsis absolve. 8.38.

Si simile styli operiris auspicium, sume exemplum religiosi officij, quod debeas amulari. 8.39.

Ero deinceps ad exercendum stylum promptior, si me fructu mutui sermonis animaveris. Ibid.

Queri de silentio non potes, qui nihil scriptorum mihi hucusq; tribuisti. 8.39.

Quis Siciliam recto itinere petens sermonem meum potest reddere in longinquis studiis constituto 8.42.

Tu tene

Tu tene curam circa te meam de numero epistolarum non debere perpendi. Ibid.

Occasionum raritas sæpè scripta distinguit. Ibid.

In reliquum sermonis esto munificus 8. 43.

Mea cura non deerit, quæ styli vicissitudine muneret. Ibid.

Litteras tuas agrorum fructibus jure contulerim. Nam ut illorum proventus non fallit temporis sui debitum, ita fidem nostræ expectationis annuus dignitatis tuæ sermo non decipit. 8. 44.

Litterarum tuarum nunc mihi per homines nostros advectio satisfecit. Ibid.

Redditum est mihi annuum quodammodo sermonis tui debitum. 8. 45.

Tibi quoque gaudium solemne de nobis hæc responsa præstabant. Ibid.

Quædam salutis indicio mutua inter nos securitas recondatur. Ibid.

Propter tantam longinquitatem, responsa frequentare non possumus, sed bonâ fide certis temporibus exhibemus. 8. 45.

Vellem sedatam filii mei ægritudinem nunciare. 8. 47.

Non violanda est mihi pagina tua formula. Expectabo tamen, an copiam de me exigas, si plura rescripserim. 8. 48.

Tu verba succingis & tanquam levis armaturæ miles Rorarios amularis. 8. 48.

Quid faciam senex garrulus, cui mensura sermonis à juvene præscribitur. Ibid.

Soles in scribendo esse prolixus, pro ingenii tui viribus. 8. 48.

Diu sanitati pariter ac vetustati litterarum tuarum mediocris eloquis conscius respondere dubitavi. 8. 49.

Malui stylo, quàm superbiâ displicere 8.49.

Quicquid hoc est, quod tenet pagina quæso boni consulas, teque summittas ad mediocritatem scriptorum meorum. Ibid.

Iam diu datis ad te litteris mutua scripta non merui, & tamen propositum meum servans honorificentiam scriptionis instauro 8.52.

Assiduitatem scriptorum meorum tibi esse fastidio propè asseruit tuorum raritas. 8.51.

Erit potestas tua, hunc animi mei habitum, vel augere silentio, vel litteris amoliri. 8.51.

Debitum tibi rependo sermonem. 8.53.

Dudum parem mihi scriptorum tuorum honorificentiam communis amicus exhibuit. Ibid.

Seras tibi videri arbitror littteras meas. 8.54.

Nunc quia laboravi, & valetudini quies reddita est, salutationis verba non differo pretium laturus obsequij de remuneratione responsi. 8.54.

Si benè in te animum meum nosti, dubitare non potes, adversam valetudinem corporis mei missitandis huc usq; litteris obstitisse. Ibid.

Hac parte purgatus salutatricem tibi paginam reddo, quæ testabitur esse me sospitem. Ibid.

Fungor erga te salute dicendâ, & eligendum relinquo, an responsum mihi malis persolvere. 8.55.

Sanitas silentij excusationem removit. 8.55.

Ex debito venit, ut emisso à me muneri solvas amica responsa 8.56.

Domo profecti litteras auspicantur. 8.56.

Es prater solitum parcus adloquij. Ibid.

Epistolis abstinere. 8.55.

Si se amor speratus ex mutuo debitus lactari laude pateretur. 8.58.

Valetudo filij mei diu in dubio versata, cessationem ab hujusmodi officijs imperavit. 8.59.

Secutus est illicò scribendi usus securitatem, Ibid.

Ad

*Ad scribendum creber esse voluisse*m.8.59.

Satis mihi erit ad plenam satisfactionem, si aversatus scribendi occupare principium, saltim sequaris exemplum,8.60.

Operiris, ut intelligo, litteras meas 8.60.

Ipse familiaris officij Præsul esse debes. Ibid.

Sermonis tui, ut in potu fontium, ideò major est sitis, quia sapor dulcior.8.62.

Sermonem tuum ut merear.8.62.

Erumpe in familiaris stili munera mecumque communica, quid, &c.8.63.

Admonueras, si vellem tibi aditum scriptionis aperire, ut prior litteras inchoarem.8.63.

Scribe etiam, quid tibi apud urbem mandata cura permiserit.8.64.

Solare hunc casum litteris frequentibus.8.64.

Litteras meas more desideras.8.67.

Nunc tibi honorem salutationis impendo, nec reposco, quod sponte facturus es, ut nos mutuis alloquaris. 8. 67.

Auspicium salutationis profectis est apiendum.8,67.

Desideratas quidem litteras tuas libens sumsi. 8.68.

Interea frequentibus epistolis desidiam meam stimula. 8. 68

Vnum quippe hoc genus litterarum superest, post amaros casus orationum mearum, quod me ad usum scribendi possit allicere. Ibid.

Prosperis scriptis responsa consentiant.8.70.

Interea talibus litteris precium rependendum est 8.70.

Salutis Præsides Deos comprecor, ne unquam paginas tuas mens tristis infuscet.8.70.

Redit animus ad amicitiæ munia; ut si quem tibi taciturnitas mea metum fecerat, sermonis securitas solvat.8 73.

Amicitiæ munus meritò arripui.8.74.

Litteras meas libenter accipias, quas fiduciâ mutui amoris emisi.9.1.

Officio meo vicissitudo respondeat. Ibid.
Mihi epistola à te relata declarat concordiam voluntatis tuæ. 9. 2.

Tuam circa nos diligentiam privatim literarum vicissitudo testabitur. 9. 5.

Amicitiæ inter nos inchoatæ munere scriptionis accumulo. 9. 5.

Ob has causas epistolam tanquam præsulem misi. 9. 6.
Honorificentiam dicendæ salutis exerceo. 9. 10.
Vicissitudo testabitur, quod paginam meam libenter acceperis. Ibid.

Saluto te. Ibid.
Ne amarissimæ scriptionum vices sine fide procedant. 9. 13.

Salutationis honore præfato, mutuum de te posco responsum. 9. 15.

Suavitate pagina tua mulceor 9. 17.
Votiva mihi emersit occasio, quæ tibi salutationis apportaret obsequium. 9. 18.
Litterarum cultum tibi par fuit exhibere. Ibid.
Tantum litteris juva. 9. 23.
De quâre ad te per familiares meos plenius scripsi. 9. 24.
Quoties se monis tui munus accipio. 9. 24.
Est in litteris & sanitatis & amoris indicium. 9. 24.
Paginarum tuarum cultus asseruit. 9. 18.
Posthac & ipse omissum munus instaura, & nobis rescribendi per eosdem copiam præsta. 9. 27.
Denuò styli cessabit officium, nisi tui familiares nostra ad te redituri susceperint. Ibid.
Multas inter nos officiorum vices scribendi cunctatione perdidimus. 9. 35.
Assumo mihi religiosi muneris partes priores: & si referre verba distuleris, non mutabo propositum. Ibid.
Salutationem litterarum tibi defero. 9. 41.
Principe loco fungor apud te salute dicendâ. 9. 56.

Dome

Domo profecti præstent auspicium mutuæ scriptionis. 9.63.

Prior tibi honorificentiam styli defero. Ibid.

In usum veterem revertamur & mutuam diligẽtiam religiosis salutationibus excolamus. 9.76.

Frequentanda tibi est opera scriptionis, ut meus etiam stylus ad vicissitudinem provocetur 9.77.

Fungor apud te salute dicendâ. 9.83.

Desiderium tuarum litterarum solatio mitigasti. 9.79.

Litteras frequentare dignaberis. Ibid.

Mihi ultrò appetenda est excusatio probabilium litterarum. 9.80.

Sermonis assiduitate delector 9 80.

Dignari aliquem litterarum honore. 9.87.

Compensare meditabor pudenti silentii moras crebrioribus paginis. 9 88.

Littera tua decursa oculis meis. 9.89.

Fac epistolis tuis temporis intervalla breviora 9.89.

Officium salutationis styli honore compensa 9.94.

Oro ingravatam vicem referas, quæ suadeat desiderari ex me crebra alloquia. Ibid.

Integro Largam salutationem, nec diffido reddenda saltim mihi esse officia, quæ à te fuerant inchoanda 9.96.

Etsi à litteris temperasti, exempli tamen imitator esse non debeo 9.96.

Quod nunc epistolæ detrahimus, coram fabulis rependemus 9.99.

Te memorem nostri scriptorum assiduitate testaris. 9. 100.

Rependo libenter sermonem. Ibid.

Promitto præterita officiorum dispendia crebris à me epistolis sarcienda 9.101.

Quibus lectis atq; decursis lætatus sum 9 109.

Nos subindè verborum honore locupletes 9.121.

Tu nunc etiam de me scriptorum vices postulas.9.116
Animum, quem nobis impendis, agnovimus recentiũ serie litterarum.9.127.
Frequenter arripias indicium familiaris officij. Ibid.
Te cultu salutationis impertio.9.25.
Otium nos styli assiduitate testamur.9.133.
Salute præfatâ, quam litteris anteferre solemne est: ut seriem familiarium scriptorum vota præveniant. 10. 9.
*De quo meæ litteræ non loquentur.*10.16.
*Prima scribendi causa, ut honorificentiam salutationis exhibeam.*10.18.
*Sacrum munus auxistis honore verborum.*10.19.
Postquam de freto Siculo litteras tuas sumsi; ad curam vicissitudinis incitatus, salutem mihi nuncio secundare. 10.19.

Litis. Controversiæ. Rixarum.

*SI quid controversiæ erit, in pignoris nostri differatur præsentiam.*1.74.
Molestiâ litis quamprimùm te cognitore mavult absolvi. 1.69.
*Suscipere certamen pro absentis existimatione.*2 31.
*Habeo expostulandi tecum probabiles causas.*3.17.
*Certamen mecum de amore ejus ingredere.*4.39.
*Fugitans litium.*4.68.
*Cum pignore meo tibi limitum nonnulla certatio est.*4.71.
Fuit matri ejus cum procuratore tuo finalis quæstio in Siciliâ. Ibid.
*Ampelij illustris memoriæ viri necessitudines incessuntur lite privatâ.*5.66.
*Agitari jurgijs vos de peculio pagina indicavit.*6.2.

Si quid

Si quid inter eos concertationis est. 6. 5.
Quæso, ut viro optimo terminando apud te litis auctor esse digneris. Ibid.
Hinc orta certatio usq; ad nefarias pugnas me absente processit. 6. 22.
Inclinatum alicuius negocium depulsâ lite sanare. 7. 94.
Iterata lis tibi causam reditûs attulit. 8. 18.
Si quid inter illos decertationis est, tuo cædatur examine. 9. 50.
Huic parti longius, quàm oportuit, immorata contentio est. 10. 39.
In litem venire. 10. 39.
Difficilis est exitus veterum jurgiorum 10. 39. (10. 39.
Precor, ut metas curiosæ liti absolutâ definitione ponatis.

Loquendi. Sermonis. Verborum.

VERBA tribuere alicui. 1. 1.
Ego tibi linguæ obsequia nego. 1 4.
Rumor allatus est, sermonem desiderati principis multâ nocte venisse. 1. 13.
Alium in præsentiâ sermonem sumere. 1. 20.
Quæ mihi nunc potissimùm super viro honorabili genere tuo verba sumenda sunt 1. 25.
Interpello occupationes assiduitate colloquij. 1. 36.
Dies facultatem loquendi apud collegas attulit. 1. 44.
Idus Ianuarij verba feci in amplissimo ordine. 1. 44.
Longùm de his loqui. 1. 50.
Qui humanæ voci divinas litteras crediderunt; quorum victorias ex mei oris promptuario Senatus audivit. 1.
Delegare alicui orationem legendam. 1. 95. (95.
Si quando mihi apud amicum testimonij dictio est. 1. 99.
In alia potius sermo vertendus est. 1. 100.
Vnum os contrarijs affectionibus induere. 1. 101.
Verecundia tua verbis meis ponit modum. 1. 103.
Latius evagari. Ibid.
Indulgere verbis. 2. 2.
Sed memento exactis ferijs participes facere luxuriæ tuæ,

quos tantoperè laborasti consortes habere jejunij. 2. 13.

Æquius admitte linguam sæculi nostri 3. 11.

Ipsa etiam verba melius ex oris fontibus fluunt, quàm mandantur textis papyri. 3. 12.

Novitatis impatientes. Ibid.

Aptius est negocijs mutuò intimandis viva vocis indicium. 3, 30.

Noluissem constantiam boni facti in hac trepidæ verecundiæ verba descendere. 3. 25.

Delimenta exercitij sensibus admovere 3. 74.

Misi duas oratiunculas nostras ad eruditionem tuam: quarum una ex recenti negotio nata est; altera dudum à me parata. 4. 45.

Oratiunculam, quam proximè in senatu habui, ad te misi. 5. 42.

Non verborum fœnus exerceo. 9. 46.

Hilarare aliquem munere sermonis. 9. 83.

Dehinc, quod à què manu & ore promptus, fidem gestorum tuorum debueras linguæ honore dotare. 10. 1.

Lucri. *Vide* Fœnoris.

Ludibrij. *Vide* Contemnendi.

Ludorum. *Vide* Feriarum.

Luxuriæ. Prodigalitatis. Profusionis.

VIDEOR vobis quasi multa luxuria ebrius. 1. 8.

Non vereor, ne me lascivire in tantâ locorum amœnitate, & rerum copiâ putes. 8. 23.

Macu-

M.

Maculæ. *Vide* Dedecoris.

Magistratûs. Consulatûs. Honoris. Muneris. Functionis.

SVA sola licentia vexit eum ad lucem Romuleam. 1. 2.

Senatus frequens maturimè in curiam venerat. 1 13.

Te Consulem novus annus excepit. 1. 20.

Cui hæc Curulis Sella insigne pepererunt. 1.21.

Capessere Magistratum. 1. 21.

Cæteris ornamentis animi tui adijcietur decus præsentis officij. 1. 95.

Quoniq; magistratum longinqua provincia solatio tuo vēdicas. 2. 22.

Quibus cognoscerem clarè in aures publicas designationem consulatûs mei debere proferri 2. 62.

Vt consilio publico vir laudatus accederes. 3 43.

In ordinem Senatorium lege transcriptus est. 3. 87.

Restat, ut post dignitatem curiæ, etiam Reip. provinciali specimen sui præbeat. 3. 87.

Interpretatus Divo Principi tempus non animum defuisse. 4. 7.

Nec ante opinatus sum, me exemtum numero cæterorum, quibus principio anni munus consulare tribuisti. 4.15.

Nunc mihi amplius quàm reliquis illud munus credo delatum. Nam quod illis generalis oblatio dedit, nobis specialis cura restituit. Ibid.

Designatum tibi ad urbanam Præturam filium meum nuncio. 4.39.

Præ-

Praturam filij mei, si fors dictum juverit, proximus annus expectat. 4 60.
Domini nostri Theodosii sacro divinoq; judicio merui consulatum. 5. 15.
Impetravit sibi quodammodo consulatum, quem tibi solveret. 5. 38.
Illi Tribuni ac Notarij dignitatem Dominus Valentinianus Augustus ante irruptionem tyrannicam detulit. 5. 39.
Toleranſ onera ſenatoria dignitatis 5. 62.
Ampelius de ſummatibus quondam Senatûs. 5. 66.
Catones atq; Atilios vomis & ſtiva ad conſulares miſit ſecures. 7. 15.
Poſtquam te ſibi Reſpublica vendicavit. 7. 81.
Filij mei Praturia inſtat editio. 7. 106.
Prono curſu in conſulares legetur. 7. 96.
Nunc primùm honoris limen ingreſſus, nimis immaturè adventum ſucceſſoris exoptas. 8. 41.
Pratorem Symmachum meum mox urbanum tribunal accipiet. 8 21.
Migrare in tribus Romuleas. Ibid.
Iam delicato feſtidio renuis magiſtratum. 8. 41.
Commuta, ſi vales, animum, teq; in annum, vel biennium obdura. Ibid.
Vrbana Pratura faſces filius meus Symmachus Kalendis Ianuarijs ſortietur. 8. 71.
Filius meus Symmachus Kalendis Ianuarijs Vrbana Pratura accipiet magiſtratum. 8. 72.
Filius meus Pratura editione fungetur. 9. 12.
Depoſitis Reipub. habenis. 9. 94.
Tribunalibus praſidere. 9 32.
Littera tua te annalem trabeam meruiſſe loquerentur. 9. 112.
Hoſpitem tuum Senatus in ſocietatem recepit. 9. 118.
Cui provinciarum jura mandata ſunt. 9 129.
Delatus ordinarius conſulatus eſt. 9. 130.
Pratura domum noſtram expectat. 9. 132.

Deſe-

Deserere functiones. 10. 4.
Quieto mihi, & jam pridem à desiderijs honorum remoto, Præfecturam multis cupitam, sponte tribuistis. 10. 22.
Bonos magistratus favor Principum facit, semperq; de moribus vestris virtutes judicium fluunt. 10. 22.
Præfectos sæpè fecistis, & immensâ ætate facietis, sed assiduitas & usus ingesserit. 10. 23.
Me dudum Proconsularem virum, cedentem jam diu potentium moribus, antè capere magistratum, quàm expectare voluisti. Ibid.
Præesse civibus. Ibid.
Oculi civitatis. 10. 24.
Animum vitijs avaritiæ liberum, dignitatis præmio muneremur. 10. 25.
Athenienses curia Carneadem Cyrenæum societate dignata est. Ibid.
Salutariter Rempublicam regitis. 10. 27.
Quibus Respublica emendata tradetur. 10. 28.
Quem jure consulem fecerat is. 10. 32.
Si melioribus viris officia intramurana mandetis. 10. 37.
Meis humeris rerum omnium pondera sustinentur. Ibid.
Præfecturam in aliquem conferre. 10. 43.
Romana jura & fata moderante. 10. 54.
Si urbanum officium cessaret per se huius tituli integritatem posse sarciri 10. 54.
Qui Reipublicæ præfuerunt. 10. 54.
Regere Rempublicam. 10. 60.
Moderans Rempublicam. 10. 60.
Mamertinus id temporis Præfectura honore pollebat. Ibid.
Vicem principis tueri. 10. 62.
Varias functiones alicui mandare. 10. 66.
Muneribus exhibendis, aut subeundis fascibus destinati. 10. 66.
His copulati sunt, quos senatui vestro recens ortus adjecit. Ibid.
Quis in amplissimam curiam collegarum numerus influxerit. 10. 67.

Quid

Quid reverendo ordini, vel Senatorum novorum accessus adijciat. 10. 67.
Certa officia sunt omnium potestatum. 10. 69.
Prafectura urbana proprium negocium est, Senatorum jura tutari. Ibid.

Malitiæ. *Vide* Impietatis.

Mandandi. Mandati. *Vide* Imperij.

Manendi. Morandi. Commorandi.

APVD *aliquem desidere.* 1. 4.
Diu in Campania secessibus ociatus. 1. 35.
Frater meus diutina apud Picenses indulgebit quieti. 1. 39.
Constitueramus in externis adhuc morari. 1. 51.
Quousq; vos Hetruria retinebit? 1. 51.
Hic triduum commorati ad levandum laborem. 2. 3.
Fors fuat, an possit biduo tenus eiusdem nos prædâ annona retinere. Ibid.
Filij nostri in sinu avia etiam nunc morantur. 2. 17.
Quo apparatu instruxeris mansiones. 2. 27.
Si quid morarum est. 9. 86.
Fortuna te regenda Apulia voluit admovere. 10. 13.
Absolvere moras. 2. 46.
Ager, qui me interim tenet, Tiberim nostrum juncto aquis latere prospectat. 3. 53.
Ergò hospitij securus appropera, & aliquantulo Roma intervallo quietis refotus, attolle fasces. 5. 11.
Quid juvat, proximis regionibus immorari? 5. 13.
Demorari ob rem uxoriam. 5. 32.
Misi diplomatis sacri tarda perlatio arctasset intervallum dierum. 5. 38.

Ipse

Ipse Formijs adhuc residere constituì. 5. 97.
In otio Campaniæ paulisper hærebunt. 6. 21.
In Aprilis Kalendas villæ otio defruemur. 6. 58.
Longitudinem viæ dierum interpositione distinguo. 7. 13.
Iuvat æstivos dies in pomarijs tuis ducere. 7. 19.
Litteræ tuis nos in adventum tuam Baijs residere jussisti. 7. 24.
Diutius in Campaniâ demoraris. 7. 40.
Me domo abesse, & Campaniæ pasci octo libens admittes. 7. 63.
Diebus pauculis etiam nunc morari Capuæ destinavi. 8. 2.
Pluisculos in eo littore dies, sed deliciarum parcus exegi, tantam cæli salubritate, & aquarum frigore suadentibus moram. 8. 23.
Illic honoris urbis religiosa intervallum bidui deputabo. 8. 27.
Non famam captans triduo domi commoratus. 8. 40.
Ipse quantum civi optimati fuerat deferendum, triduo domi commoratus implevi. 8. 40.
Nuncio filium meum Prætortos fasces anno ineunte sumturum. 9. 24.
In his locis, quæ tibi contermina sunt, delitescunt. 10. 18.

Matrimonij. Conjugij. Nubendi. Nuptiarum. Liberorum. Prolis. Sobolis.

CVM tibi comperi jugales Deos matrem-familiâs copulasse, atq; ex eâ filium jam tempestivo dedisse proventu. 3. 24.
Non prius conjugem tibi, quàm sobolem accessisse cognovi. 3. 24.
Vnis litteris & nuncium filiola edita & nuptialem sportulam detulisti. Ibid.
Effectum nuptialibus votis Deus præstitit. 4. 14.

Spes

Spes secundas inter sponsalia ornamenta non numero. 5. 3.
Effectum nuptialibus votis Deus præstitit. 4. 14.
Sororem Pompejani olim viro maturam, te auspice in manum optat accipere 6. 3.
Sino ut amici tui nuptiale festum curæ vacuus exerceas. 7. 19.
Pacta ei, & nobis arbitris juncta obligatione pignorum nuptia denegantur. 7. 120.
Ei dignare filiæ tuæ spondere coniugium. 9. 7.
Quod ei filiam tuam fidâ pactione desponderis. 9. 39.
Quod pactas filiæ tuæ nuptias cum Herculio hæsitatione suspendas. 9. 43.
Vt filio eius coniunctionem filiæ tuæ spondeas. 9. 49.
Pignora nostra coniunximus. 9. 93.
Vt filia eius fratris sui filio copuletur. 10. 11.
Qui felicissimum sidus & imperio salutare progenuit. 10. 29.

Medicinæ. Medendi. Vulnerum.

MEDICINAM cum primis nostræ ætatis exercuit. 1. 66.
Vulnera cicatricem processu temporis ducunt. 1. 100.
Intempestivè contrectare vulnus. Vulnus crudescit. Ib.
Medicinâ alicui occurrere. 2. 13.
Medicinam facere alicui. 3. 46.
Litterarijs delinimentis remedia vulneri meo facio. 4. 17.
Quæ etsi pro magnitudine doloris invalida sint; medicinam tamen mihi efficacissimam tui sermonis afferunt. Ibid.
Medicâ ope & abstinentiâ noxiorum ad sanitatem juvari. 6. 58.
Purgatorio medicamento alvum vacuasse te scripseras, ut fervor oculorum cum cætero onere decederet. 6. 64.
Scire postulo, an prædicta curatio efficax fuerit, nec subegerit causa etiam sanguinis emissione venas juvari. Ib.

Medi-

Medicas manus valetudini alicuius applicare. 8. 6.
Plura Roma salubritatis instrumenta sunt, maior medentium numerus. 8. 19.
Feriatâ manu curationem juvare præceptis. 10. 1.
Callere medicinam. 10. 1.
Affecta diuturno morbo corpora, saviorem medicinam ferre non possunt. 10. 14.
Ferre alicui medicinam. 10. 57.

Memoriæ. Recordandi. Reminiscendi.

SVBIT me majorum meorum misera recordatio. 1. 2.
Poëta noster scriptum reliquit. 1. 9.
Fac veniat in mentem. 1. 23.
Præteritorum memor. 1. 38
Fac, veniat in mentem. 1. 95.
Stabit apud me memoria beneficij tui, nec umquam tacita erit. 1. 62.
Stabit apud me gratia tributi officij, quasi nulla legati culpa præcesserit. 1. 98.
Sermo interim parcus erit, memoria prolixior. 1. 103.
Tui cotidiè blandam commemorationem sermo noster ex- *Amicitia bonum mente custodire.* 3. 68. *ercet.* 2. 32.
Te animi affectione non desero. 3. 72.
Apud nos recens jucunditas tua viget. 3. 84.
Stabit igitur apud animum meum jugis tua gratia, & memoria constantis officij nullâ oblivione tenuabitur, sive error istud, sive dolus fecerit. 4. 15.
Quanta memoria & prædicatio tui in ore ac pectore meo viget. 4. 21.
Iugiter de aliquo loqui. 4. 21.
Moribus meis, quandiu ipse mei sum memor, obijcere tui oblivionem non potes. 4. 27.
Eius probitatem mente colo, sermone commendo. 4. 66.
Continuò convenit me recordatio mandatorum tuorum. 5. 74.
Tibi memoriam amicitia nostræ superesse amplissimè gratulor. 5. 78.

Memores fumus procedente ævo puerilium feriarum. 5. 85.

Mecum diligentia tui peregrinatur, totumq; animi affectione circumfero. 7. 23.

Ne veteris inter nos amicitiæ memoriam scribendi neglectus attenuet. 7. 42.

Litteræ tuæ te memorem nostri testantur. 7. 71.

Etiam nunc te mente & cogitatione respicio. 8. 37.

Enavigato Malæo oblimari eorum memoriam, quos domi reliquerit. 8. 61.

Me quoquo versum pedem tulero, amicorum cura comitatur. Ibid.

Sperate honorem huius muneris circa vos esse mansurum. Ibid.

Si amicitiæ veteris memoria perseverat, nec ullâ oblivione tenuata est. 9. 1.

Stabit apud me jugiter beneficij tui gratia. 9. 12.

Si memoria viget mandatorum meorum. 9. 15.

Si qua apud te memoria domûs nostræ residet. 9. 17.

Totum animum recensenda pagina usque ad memoriam mancipavi. 9. 45.

In miseras cogitationes recurrunt dissimulata paululùm mala. 9. 78.

Vt vigere apud me tuam memoriam votivâ oblatione testarer. 9. 107.

In pectore memoria versatur. 9. 114.

Honesta beneficia apud memores non pereunt. 10. 10.

Vivit in memoriâ & amore cunctorum. 10. 31.

Optimi quiq; civium in longam memoriam mittuntur. 10. 32.

Qui in pectoribus omnium manet, est in ore plurimorum. Ibid.

Mentiendi. Mendacij. Vanitatis.

EN

EN tibi aliud alucinationis meæ prodo secretum. 1. 1.
Ostentatio non caret suspicione mendacij. 1. 1.
Philosophiam fastu & superbiâ mentiuntur. 1. 19.
Refellere mendacium. 1. 50.
Innocentium causa deterior, si ad eos tantùm falsi redeat occasio. 2. 13.
Hæ si vera sunt, tamen assiduitate detrita in invidiam mendacij reciderunt. 3. 4.
Vnum hoc scio de seditionibus nuncios esse mentites; atque adeò à vero dissentire rumorem. 6. 47.
Despuas, deprecor, si qua sunt inculcata mendacia. 7. 128.
Errorem suum compositis mendacijs excusarunt. 10. 76.

Mentionis. *Vide* Indicandi. Narrandi.

Messis. *Vide* Annonæ.

Metûs. *Vide* Formidinis.

Migrandi. *Vide* Abeundi.

Minarum. Comminandi.

RELATIONIS minas amoliri optat examine. 3. 63.
Minatus ipsi atq; officio, ut fieri assolet, sub conditione dispendium. 9. 131.
Vim veteris comminationis in mortuum tetèdisset. 10. 54.
Comminatio ad hæredes etiam porrecta est. 10. 54.
Officijs quoq; interminatus sum ac majores deterrui Regionum. 10. 71.

Miserationis. Miserandi.

QVI miserationem meretur. 7. 89.

Mittendi.

PRISCAS Gallorum memorias deferri in manus tuas postulas. 4. 18.
Oratiunculas nostras in manus tuas non editas deferri præcipis. 4. 64.
Amicum tibi cum litterariâ salutatione restituo. 5. 27.
Redire ad vos jumenta præcepi, gratias agens, &c. 6. 26.
In manus eius facies pervenire. 9. 124.
Quam primùm pervehi justis precijs comparata præcipias. 9. 130.

Molestiæ. *Vide* Ægritudinis.

Mæroris. *Vide* Ægritudinis.

Mæstitiæ. *Vide* Ægritudinis.

Monendi. *Vide* Adhortandi.

Monumentorum.

EÆ res publicis signata monumentis. 1. 77.
Prætextato nostro monumentum statuæ dicare destinant virgines sacri vestalis antistites. 2. 36.

Moræ. *Vide* Impediendi.

Morandi. *Vide* Impediendi.

Morandi. *Vide etiam* Manendi.

Moriendi. Mortalitatis. Obeundi. Obitûs.

PARVIS nutrimentis defendimur à morte. 1. 23.

For-

Fortuna me amantissimo atq; optimo fratre privavit. 1. 83.
Amittere liberos. 3. 6.
Nec longo intervallo pars succubuit traditorum equorum. 5. 56.
Secundis ludis cõgressionum morte confecti sunt crocodili. 6 43.
Nihil hominibus aternum est. 8. 27.
Tanti viri obitu destitutus. 9. 44.
Soceri mei ante annos quindecim sine ullâ tituli huius cõventione demortui, pulsatur hereditas. 9. 131.
Pratextatus vester invidâ morte subtractus est. 10. 30.
Functus est lege naturæ. Ibid.
Excessum viri non sileo. 10. 31.
Vettium virtutum omnium fata rapuerunt summo patriæ gemitu. Ibid.
Naturæ lege Vettius resolutus est. 10. 32.
Cæli particeps parens vester. 10. 34.
Finem facere vivendi. 10. 52.
Vitam peregit. 10. 54.
Novissimè relatus in cælum. Ib.
Receptus in cœlum germanus. 10. 62.
Accidit, ut secundo die post ingressum meum vitâ decederet. 10. 71.

Morum. Consuetudinis.

TVNC mores alios nesciebant. 1. 13.
Facies rem morum tuorum. 2. 61.
Meus mos est. 3. 54.
Morem suum servare. 3. 63.
Vt mos est tibi. 3. 69.
Solemne est Domino nostro Theodosio in suos exercere censuram. 3. 81.
Quin age, ut mos est virtutibus tuis. 4. 10.
Sancto tuo ingenio familiare est. 4. 67.
Vt mos est tibi. 4. 69.
Bonis familiare est. 4. 72.

Solet amicis esse pro lege. 5. 30.
Rumpere consuetudinem religione. Ibid.
Dominum & fratrem meum obsecravi, ne à suo more dissentiat. 5. 36.
Vetere instituto hic usus increbuit. 5. 73.
Serva consuetudinem tuam. 7. 56.
Suus cuique mos, suus cuique ritus est. 10. 61.

Morum. Indolis. Ingenij.

PLVRIMVM moribus meis derogasti. 1. 14.
Est probus moribus. 1. 15.
Morum alicuius decora parcè attingere. 1. 25.
Cuius pudorem, vel prima facies, cætera bona longus usus expediet. 1. 41.
Tuos mores decet officij negligentia. 1. 50.
Plus habet honoris in moribus. 1. 66.
Vita spectat ad laudem. 1. 99.
Mores de legibus trahere. 2. 13.
Semper bonus & integer moribus fuit. 2. 13.
Si nec dum filij mei Nicasii laudabiles mores, & honestum institutum didicisti. 2. 16.
Oblitus es morum meorum. 2. 28.
Dum contemplor venam morum tuorum. 2. 34.
Plus laudis habet in moribus, magúq; probitate conspicuus est. 3. 3.
Præclaris moribus tuis familiare est. 7. 107.
Vt mos eius est. 7. 110.
Novi futuros generos moribus æstimari 9. 7.
Huic census ad honestatem redundat. Ibid.
Morus mei est. 9. 57.

Mutui.

QVOD Aricià tenùs precarium de amico cantherium mutuatus. 7. 69.
Hoc negotium tibi nostri officij vicissitudo commendat. 9. 84.

Nar-

N.

Narrandi. Recensendi. Nunciandi. Tabellariorum. *Vide plura* Indicandi, *&* Certiorem faciendi. *Item:* Litterarum.

DO nuncium properè nos esse redituros. 1. 3. Vbi *To nuncium* videtur positum: ambiguè tamen. *Nam alibi vix invenias: nisi fortè apud Plautum, quod notavi in Lex. Plaut.*

Nunc vobis actuum nostrorum ordo pandendus est. 1. 1.

Monumenta curiæ nostræ plenius tecum loquentur. 1. 13.

Deerant dignæ memoratu. 1. 15.

Novi seculi fata recitantur. 1 13.

Hæc apud te silenda non credidi. 1. 15.

Longùm de aliquâ re loqui. 1. 28.

Ne lateant honesta prolatu. 1. 15.

Non peregrè composita fabulari. 1. 32.

Quid diutius ea retexo, quorum te oblivisci volo? 1. 37.

Habemus summam petitionis meæ. 1. 68.

Singula autem tibi vel commonitorij series indicabit, vel Rufus expediet. 1. 68.

Qui non solum epistolam, sed insinuationem quoq; actuum meorum fideliter exhibebit. 1. 87.

Hæc pro me copiosius & ornatius, quantum es linguâ melior, apud auctorem beneficij prosequeris. 1. 95.

Nunc si qua meorum actuum scire postulas, explicabit. 2. 40.

Habes omnem rem. 2. 47. *&* 57.

Commune bonum scriptionis fide mecum participa. 2. 58.

Adijcit scriptis digna quæsitu, & de te tradit auditui, si quid defuit lectioni. 4. 44.

Quid mihi insusurras Africana tenues commeatus. 4. 54.

Ideò clàm te esse non patior. 4. 70.

In publicam notitiam aliquid proferre. 4. 74.

Vt ut est, fratres nostros non invitus emisi, certus aliquid ad nos ex fabulis atq; actibus tuis eorum relatione rediturum. 5. 40.

Cum fratre nostro Sperchio, illustri viro quæso ista communices. 5. 66.

Nunc si quid scitu dignum putabitis, sine nostri sermonis excursu plenius à commeante discetis. 6. 13.

Plura auribus, quàm lectione noscetis. 6. 18.

Quæ ad nos pertinent, nunc ore ipsius pandentur. 6. 27.

Ideò apparitorem placuit postulari, qui peragratis ubiq; littoribus explorata in aures nostras reportet. 6. 31.

Luculentioribus verbis, & propter ingenij tui magnitudinem, & sine adulationis pudore absentis gaudium prosequéris 7. 122.

Quæso, ut etiam magnitudinem gratulationis meæ apud auctorem tanti beneficij digneris astruere. 8. 29.

Lætarum rerum index esse malueram: sed ratio officij publici necessitatem mihi nuncij tristis imposuit. 10. 30.

Accepisti causam tardioris silentij 8. 34.

Gestorum quoq; documenta subtexui. 10. 62.

Ad æternitatis vestræ perfero noticnem. 10. 66.

Bellorum vestrorum vestrorum glorioſos exitus fama non occulit. 10. 68.

Dum fando acceperat P. R. 10. 68.

* *
*

Nata-

Natalis.

CVM jam filiæ nostræ dies natalis appeteret. 1. 11.
Natalitium munus frequentari à vobis per multos annos communis felicitas faciet. 6 48.
Quanto luculentius natalem mihi diem, si affuissetis, egissem. 6. 67.
Natalem filiæ meæ, quem per annorum recursus optamus esse numerosum, vobiscum agere & participare voluissem. 6. 80.
Alicujus solemnem diem sedulâ religione celebrare. 6. 81.

Naturæ. *Vide plura* Ingenii.

CONSENTANEVM est naturæ. 8. 45.
Insitum est bonis mentibus. 3. 16.
Ex naturâ venit. 3. 66.
Ita naturâ paratum est. 4. 65.

Navigationis. Navigandi. Naufragii. Navium.

CLASSEM in alios convertere cursus. 1. 6.
Amicorum, quos minor navis accepit, tardior navigatio fuit; incertum vento obstante, an per negligentiam ministrorum. 2. 4.
Vbi è Cumano navem solvimus, penè albente cœlo majore ope remigum, quàm ventorum favore, Formianum littus accessi. 2. 4.
Ope Deûm secundâ navigatione & facili ittnere ad destinata perveninus. 2. 47.
Formianum littus accessimus. 3. 16.
Iam portum nostrum complurium prima classis salutat. 3. 55.
De ripâ Tyberis onusta spectio navigia 3. 82.
Optimos gubernatores haud mediocriter etiam remigum manus juvat. 4. 7.
Mare adhuc justis cursibus patet. 4. 54.

Propulsâ hyeme patescunt navium via. 4.58.
Harent apud nos defectu navigationis. 4.58.
Cùm primùm mare navigatio verna patefecerit. 4.63.
Quapropter dum navigatio intractabilis est, in oris Campaniæ paulisper harebunt. 6.21.
Nos in patria salo vivimus, & fluctibus verberamur. 7.114.
Mare pervium est 8.20.
Pacatâ navigatione desideratas mihi literas tuas frequens vehit commeatus. 8.20.
Vrsos intempestate dicis amissos naufragio. 9.117.
Tractabilis navigatio est. 10.38.
Aderunt optatis cursibus plena navigia, & Romanos portus frequens atq; onusta classis intrabit, si &c. 10.38.

Nauseæ. *Vide* Fastidii.

Necessitatis.

Et necesse fuit prævenire itinere &c. 6.29.
Insolitis omnia necessitatibus strepunt 8.25.

Necessitudinis. *Vide* Amicitiæ.

Negligendi. *Vide plura* Contemnendi.

NOSTRA ora præterlabitur. 1.14.
Cur meistius libelli exsortem esse voluisti? 1.14.
Præ tui amore nihil habeo pensi. 1.15.
Post tergum aliquid relinquere. 1.95.
Nolo mireris gravissimum ordinem magisterium respuisse. 4.45.
Pro nihilo aliquid habere. 5.48.
Hortor & deprecor despuas, si quæ sunt inculcata mendacia. 7.128.
Susurros excludere. 7.100.
Quicquid ipse causationis attuleris, surdis, ut ajunt, auribus ingeretur. 9.69.

Nequi-

Nequitiâ meorum arbitror accidisse, ut missa ad te scripta resederint. 9.92.

Negligentiæ. *Vide* Ignaviæ.

Negotii. Occupationis. *Vide plura* Laboris.

CVRARE negotium. 1.11.
Vix tibi otium est pauca dictare. 1.23.
Diurna negotia nunquam distingues quiete. 1.23.
Opus expedire. 1.28.
Occupationes te in procinctu aliquantisper tenebunt. 1.39.
Occupari publicis negociis. 1.56.
Secundante fortunâ in te hujus negotij spes recumbit. 1.77.
Exoneratum te publicis necessitatibus fama nunciavit. 2.27.
Cujus tibi negotia cùm in rem missus solverit. 2.29.
Quo animo acceperim Sicilienſe negotium vulneratum, facilè conjectas. 2.30.
Te multiplex actuum publicorum turba circumsonat. 2.32.
Feriari à negotiis. Ibid.
Sibi negotium vendicavit 2.44.
Exercet me votivis ac fœlicibus negotiis præparatio Consulatûs. 2.64.
Neque quùquam constantiam firmiorem familiaribus impendit officiis, præsertim in tantâ publicarum rerum mole. 4.72.
Domesticis occupationibus attinetur. 2.74.
Ideò magnopere popoſcit ob eundem sibi aliquod negocium per ſuburbanas provincias impetrari. Ibid.
Familiari meo desideratum munus exclude. Ibid.
Ad negotia seria animum conferre. 5.37.
Opus domi construis. 6.49.

Nostri

Nostri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet.5.65.
Quod tanti negotij adhuc mutat effectus.5.76.
Renunciare operi.5.68.
Servile munus jure habeatur cura venandi.5.68.
Publicis negotiis & variâ injunctorum occupatione distringitur.5.22.
Suscipere } *negotium.6.56.*
Expedire }
Te optat negocio adhiberi. Ibid.
Vacui omnium negociorum.6.70.
Tibi verò Baja apposita curam sobrij operis detrahere non possunt.6.67.
Datum mox negocium est Theophilo communi amico. 7.18.
Suffragia negotij promovendi adnuere.7.82.
Negocium pro ocio reperi 8.25.
Promptum mihi atque declive negocium credidisti.9.121.
Circumsessus domesticis negotus.9.133.
Opus emolvi.10.9.

Notandi.

TITVLVM præclari testimonii albo calculo veterum more signabo 1.96.
Vereor,ne temerè à me effusa verba in paginis librarij tui referas.5.86.

Nefas. *vide plura* Dedecoris.

VEHEMENTER injurium est. 7.54.
Nec } *par fuit.7.50.*

Noctis. *vide* Temporis.

Noxæ.

Noxæ. *vide plura* Criminis.

AD unius pertinent hac noxam. 3.69.
Denunciò mihi vir illustris ob conlationem Senatûs, & alia remedia urbis Augustæ offensas. 6.12.
Non debet noxam rustica facilitatis incidere. 9.11.

Nubendi. *Vide* Matrimonii.

Nuncii. *Vide paulò antè* Narrandi.

Nuptiarum. *Vide* Matrimonii.

O

Obediendi. Obsequendi. Obtemperandi.

INVETERATO obsequio honoris tui impedior. 1. 101.
Tradere aliquem obsequio alicujus. 2.18.
Sum tibi dicto audiens. 3.44.
Dare herbam voluntati alicujus. Ibid.
Deesse alicujus obsequio. 4.43.
Voluntati tuæ pareo. 5.86.
Dicto sum audiens. 7.63.
Voluntati tuæ mos gerendus est. 9.110.
Nequaquam adversatus est postulatis. 9.121.
Libenter parentis sume consilium. 10.14.
Iussis paruimus. 10.28
Nec obsequium defuit imperatis. 10.46.
Morem gerens cœlestibus constitutis. 10.72.

Obiur-

Objurgandi. Reprehendendi. Vituperandi.

ARGVERE *alicujus impiam voluntatem*, 2.1.
Pudorem refragantis privatâ objurgatione confundas, quaso. 2.87.
Contumaciam alicujus frangere. Ibid.
Sed cur aquis tecum conditionibus agè? 3.5.
Objicies mihi dissimulati officii negligentiam: in te hæc referetur oratio. 3.5.
Fortasse arguas diutinum silentium meum. 3.16.
Nolo applices hanc moram negligentiæ. Ibid.
Nolo primas litteras meas felle objurgationis imbuere. 3.17.
Nolo hanc moram applices negligentiæ 3.16.
Quem piè objurgare meditabar. 3.81.
Parcè obliquè stylo cadere. 3.88.
Sed te mihi dare vitio non oportet. 4.27.
Ingenia humana prompta ad arguendum esse omnibus iisquet. 4.28.
Castigasti item, quod te fratribus tuis dicendâ salute consocium. 4.27.
Malo tamen ingenio meo convitium, quàm moribus facias. 4.27.
Nec ullâ à nobis expostulatione perstringeris. 4.28.
Ideò injustè mihi culpa datur. 4.30.
Non statim mereor desidiæ notam, si nequeo tui amoris in me avaritiæ satisfacere. 4.33.
Nunc mihi amicè objurgandus es. 4.61.
Tu nobis infrequentiam vitio ducis. 4.64.
Vtrò curam assiduitatis exprobras. Ibid.
Perstringere aliquem expostulatione. 5.14.
Tu nisi malo coactus rectè facere nescis. Ibid.
Nolo puerum crimineris ob reditum tardiorem. 5.33.
Dissimulati officij objurgatione morderis in epistolâ blandiore. 5.44.
Vtinam reddita filio meo littera nihil asperitatis ex conventione fraterni debiti habuissent! 5.92.

Respon-

Respondendo imparem judicari me non arbitror. 8. 44.
Volo architecti nostri tarditatem oratione castiges. 9. 17.
Vicem mei fellis exerceas. Ibid.
De tuâ objurgatione conjiciat, quanta illi pernicies, nisi commissa curaverit, ex meâ indignatione metuenda sit. Ibid.
Longam cessationem incusare alicujus. 9. 83.

Obligandi. Obligationis.

VADATVM me hoc munere velim credas. 4. 35.
Erit tibi Epictetus emendationis suæ debitor. 5. 41.
Officio me agnosco devinctum. 5. 45.
Tibi valdius obligabor. 7 48.
Me facies quoque tibi gratiæ debitorem, si gravi pondere victam erexeris. 7. 126
Cujus rei nomine vadari me tibi in majoris gratiæ modum fateor. 8. 66.
Fateor me ita tibi vadatum gratiâ, ut sperata perfeceris. 9. 74.
Rescripto se asseruit non teneri. 9. 131.

Obliviscendi. Oblivionis.

TIBI scribendi oblivionem peperit res secunda. 1. 13.
Mihi religio fuit, tegere, quæ dolebant. 1. 34.
Oblivio glíscit. 1 34.
Nolo memineris, aliquando quòd tuo animo succensui. 1.37.
Qualibet offensa tanquam Lethæo poculo mergitur. 1. 91.
Abjice Bajanas cogitationes, & virtuti infructuosam quietem. 2. 17.
Me ad omnium injuriarum silentium cohortantur. 2. 28.
Non locorum intercedente divortio in oblivionem familiaritatis adducor. 3. 2.
Tutelam alicujus oblivione destituere. 3. 31.
Volo, memoriam malorum joci venustate frangamus. 3. 39.
Quorum oblivionem dies longior non posset obducere. 3. 59.
Itane sublimem animum tuum mei cœpit oblivio? 4. 10.

An

An interlabi amicitiæ memoriam per silentium putas? 4.33.

Hanc partem curarum depone, mentemq; ad meliora compone 5 25.

Littera tua officij plenitudine memoriam successionis obliterant. 5 37.

